12 Si enim platonem sequimur qui asserit naturam esse dei voluntatem profecto istorum nichil evenit contra naturam. Cum ille omnia quecumque voluit fecit. Ille quidem dum verorum causas exequitur. hinc omnium diuina astruit bonitate. Optimus est inquit porro ab optimo longe relegata est omnis inuidia. Itaque consequenter cuncta sui similia. prout natura cuiusque beatitudinis capax esse poterat. effici voluit. Quam quidem dei voluntatem certissimam rerum originem esse siquis ponat recte eum putare consenciam. Et quidem sapientia dei et bonitas. que rebus omnibus originem prebet. natura rectissime appellatur. contra quam utique nichil fit. quia dispositionem dei nichil euacuat. aut causas. que in mente illius qui fecit celos in intellectu. ab eterno constiterunt. suos parat effectus. In sunt itaque rebus seminales euentuum cause. et originarie rationes que preordinato tempore. in suos procedunt effectus. Ex eo quidem mirabiles. non quia nullas. sed quia occultissimas habeant rationes. Humor siquidem detentus terre visceribus. ab ab[is] arborum et vinearum radicibus. appetitiua quadam virtute attrahitur. deinde quadam distributione nature digeritur per plantarum membra et cum sua decoctione perfecerit. turgescat in surculos. et quod ad sustentationem sui non indiget. in folia et fructus emittit. qui cum maturuerint. in musta desinat. et sic per interualla temporum. consueto usu vina procurrunt. Si vero occulta dispositione dei quibusdam nature circulis digestus et maturatus humor absque temporis intersticiis mox mature vertatur in vinum. miraculum quidem est quia altitudo diuine dispensationis nostrum transcendit intellectum. Sed ut ait sapiens cedat rustice nubilus error. cessent profecto mira videri. Non tamen mirabilium dei fidem vel auctoritatem infringo. sed altitudinem diuiciarum sapientie et sciencie sue plena humilitate veneror. et admiror. sciens quia quod stultum est dei. sapientius est hominibus. In multis et cum labore labitur humana infirmitas est sicut in nullo aliter se tute quam res se habeat. angelica vel diuina perfectio. Quia deus signis sua premunire dignatur creatu[ram]

13 Hoc quoque diuine miseracionis est. quod signorum suorum indiciis. ignorantiam nostram quoque premunit. Cometa siquidem apparente. credunt imminere tonicia. An ignoras terris mutantem regna cometem. Italie quoque imminente excidio que signa contigerunt. non nescit quisquis aliquatenus rerum publicarum hystorias attigit. Hystoricorum volumina que de rebus memorabilibus scribuntur. prodigiis plena sunt et ostentis. Denique sub helya et helizeo. multa fidei et virtutis signa precessisse. non ambigis. Niniuite quoque signorum indiciis penitentiam egerunt in predicatione Jone. Infidelitas namque signorum argumentis erigitur. et fides tenera eisdem roboratur.

Unde illud quod signum audis nobis Et iudei signa querunt greci 18
sapientiam **Quid sit signum et de sompniis Sequitur Capitulum**
Hi non intelligunt signa quecumque quominus indicio divinam homi
ni innuunt voluntatem Signum signatum est quod se ipsum sensui et preter
se aliquid animo ostendit Quedam signa tamen sunt que nulli corporali sen
sui aliquid ostendunt sed animo tamen sui ipsius mediante. aut citra
medii difficultatem. unum sit ne frequenter ingerunt. Signa et enim interdu
na interdum falsa sunt Quis negat sompniorum varias esse signifi
cationes. quas et usus approbat. et maiorum confirmat auctoritas Iucis
utique qui sompnus est. animales virtutes sedium sensus qui dicitur cor
pus. et sunt cum ne quiescunt spirituales intendunt Contingit interim
ut animus corporis contactu revelatus in se ipsum liberius videat et in
utitate. nunc per figuras et enigmata nunc irradiata facie. Intentius con
templetur Nec illud non latuit qui sompnii depingens portas. al
teram eburneam. altam corneam finxit Cum et cornu sit primum
visui. quod non frequenter cernit. et ebur nature densioris. et usque
ad extremam tenuitatem rasum. nullo visus acumine penetretur Hoc qui
dem dentibus. illud oculis vicinius similius est hinc vera sompnia
sunt falsa ad celum mittunt insompnia manes **De speciebus et sompniorum et causis figuris et significationibus**
Sunt autem multe species 17
sompniorum. et multiplices cause et varie figure. et significa
tiones. aut enim insompniorum id est sompnium fantasma. aut sompnium aut
oraculum. aut visio est Porro insompnia ex ebrietate vel crapula aut Insomnium
variis passionibus corporis. affectuumque tumultibus et reliquiis
cogitationum. frequentissime oriuntur. Unde et male sanis amantium
Virgilius mentibus. insompnia nunquam desunt. que produnt animi merorem.
Anna soror que me suspensam insompnia terrent. multa viri vir
tus animo. multusque recursat gentis honos herent infixi pectore
vultus. Verba que nec placidam membris dat cura quietem Hec quoque
dolentium. aut gaudentium. aut quos timoris vexat angustia. Aut
in maceritate turpitudinis ardor attendit. non preterunt passione
fantasmatum veras ignare videntur species. qualitate vel quantitate. aut
parum modo vel nimis a natura discrepantes. ut si forte nec species vel
tamen viri reddantur forme. dum tetrum desunt insignem mul
ier formosa supplice. has quidem species conformitate mentis et corporis
tradunt phisici provenire cum quod causas magis attendunt quam ex
eis aliquas significationes Nuque hinc et ephialtem. quo quis
variis pressuris. quodam quasi inter vigilias et sompnum positus
inquieto animo se vigilare cum dormiat putat ab aliquo
interim oppressus. quamvis nunc arbitratur Tunc quidem omnia

medicorum potius indigent cura quam ventilacione interpretum. Porro in his
nihil in eis verum apparet. nisi quod verissime sunt et molestissime
Sompnium passiones. ¶ Sompnium vero tunc appellatur quod est. licet in specie
ipsa teneatur. tamen quedam involucra rerum gerit ymagines. in quibus
coniectorum precipue disciplina versatur et idem simul triplex est. aut ali-
enum aut commune aut medium publicum aut generale est. In hiis vero omnibus
qualitas personarum rerum et temporum diligentissime observatur. Ut
enim aut Nestor de statu publico regis credat sompnio aut eius
qui magistratum gerit vel re quidem vel rei urbane predestinatione a
ac publice fortune signum ostensum est multorum. ut in eo quod plerique
Italianis civibus. secundum quosdam. sibilla interprete deum scilicet incar-
nationis revelatum scribit. ¶ Et quidem non modo incarnationis.
sed passionis. ascensionis post resurrectionem adventus quoque secundi
misteria. docente et dictante spiritu patefecit archana. sicut in
versibus sibillinis. manifeste reperies. Quorum istud sicut in plerisque
patrum scriptis invenitur initium est. Iudicii signum tellus sudore
madescet. Cui vero apices capitales singulorum versuum eo ordine co-
niungantur. ad confundendam perfidiam iudeorum hoc inveniuntur exprimere
Ihesus Christus dei filius salvator. nisi in lingua latina grecarum litterarum
proprietas ad plenum non potuit observari. Quos vero ut estimo versus
apud beatum Augustinum in libro de civitate dei invenies. Est ergo myste-
rii visionis eius caput. et summa intencio illum qui prefigura-
batur indubitanter esse filium dei. vivi. hominem verum inducere omnium
regem etiam remuneratorem sperandum in se auctorem vite. et eterne
beatitudinis gloriam largitorem. Re quidem vel rei urbane predestina-
cione ideo dictum est. quia magistratus nunc presens intelligitur. nunc fu-
turus. Scipioni quippe in numantie. iunioris innotuit affricano
dum adhuc esset pene miles. ¶ Dum antiquus adultus est. ac
prospectus sompnia frequencius evanescunt. Arbor namque laben-
tibus foliis. in sompniorum vanitas dicitur. quod et virgilius in
libro in quo totius philozophie rimatur archana. sensisse visus
est. dum labencia folia. apud inferos. variis sompniis videntur
locorum quoque diversitas varias figuras quietis admittit. ut alia
aliis. vero horum nunc illorum sompniorum. uberiora sint. Locus namque
palustris aut desertus communiori aut celebriori fantasticarum
ymaginum fecundior est. Res quoque in medium manifestius. interdum
Visio obscurum aperitur. et nunc se ipsam animo ingerit. nunc intimante
alio declaratur. Cum vero luce immediata se ipsam infundit visio
est. adeo quod plena et vera specie sui oculis videatur esse subiecta

quale est quod Cassandro . numquam visum . a quo Alexander hausto veneno
perimendus erat agnovit quod eum quem quidem reputabat . Porro visio
num alia manifestior est ut que clara rei occurrit ymagine . alia pro
fundiore desiderat intellectum ut cum res admixta specie figurarum
obnubilat sicut est quod G. Cesare Turisio subitane . bellum patrie
inferente . ad designandum errorem eius . qui civitatem pro Romanis minimam
opprimendi . ingens visa dea . patria trepidantis ymago dea suo detine
tans . ne ceteres armis civilibus impugnaret . Publica namque yma
go imperii . publicus metus . et Cesaris nomen perstricte urbis erat indicio
Vel si imperii . nullam in utraque que sit apperet . credit quis fuisse
ymagine . hystoriarum fide corroboratur . Cum enim maiestate urbis prin
cipes . visibili specie consueverunt honorandam . exquisito artificio mu
liebrem formam que orbem dextra contineret . in ere mania fieri stu
duerunt . Ea vero perfecta in forma egregia . venusta quantitate . apta
partium dispositione membris quoque condecentibus . et sibi invicem con
gruentibus communitis . cum non tam propter commendationem . quam admira
tionem . plena sui emendatione deposceret . quod salas tibias . ta
te mali perfende . inhabiles esse causati sunt . Quibus faber res
pondit . eas usquequaque sufficere . donec virgo pariat . Amo credens
impossibilem virginis partum . Quod et Christo nato . impletum est ea cor
ruente et fracta . quia humanum contraxit . ubi divinum mysterium dilatatur
Cum vero res per quemcumque alio nunciatae claruerit . si tamen enuncian
tis honesta tamquam persona sit et venerabilis in oraculorum speciem cadit
Est enim oraculum ut ait quidam . divina voluntas ore hominis . homo
angelus sit . audiens aut quevis alia creatura . Persona autem tamquam
honesta est et venerabilis . aut natura . ut parentis . aut conditio
ne ut dominum aut moribus . ut religiosi aut fortuna ut magistratus .
aut religione ut dei angeli homines De sacris et terminis ipsis divi
nis consecrati . Ex quo apparet et si non simpliciter tamen secundum quod per
sonas arte rhetorica . non modo honestas . sed et detestabiles venera
bilium nomine clamari . Sicut enim catholice religionis viri . vero deo cus
quod que nunc eius sacra sunt . piam veneratam impediunt . ita here
tice et superstitiose religionis homines fictis numinibus . ymmo fera
ne veris demonibus . et execrabilibus sacris eorum . non debitam
reverentiam que nulla est sed turpissimam exhibent famulatum . Et ut ex
latinis gentilium libris colligitur Eneas oraculorum iudicio pro
missam et quesitam invenit Ytaliam . et ibi pou tam minimum
quam demonum nutu sedem statuit . et feliciter hic Romani generis

oraculum

9 stalos

in orto qui eis complacuerat · seminant · Quid enim aliud agit in sompniis
per anthisces · quid iupiter · quid appollo · quid alii quos longum est enar-
rare · Unde si de semine illo genus oritur toxicatum impium in deum · cru-
dele in homines · persecutorem sanctorum invigilans fide vera · fallens impia per-
fidia · simile moribus · fastu regale · fedum avaricia · cupiditatibus insigne ·
simplicia tumidum · omnino de fetens nequicia · non debet ascribi · cum actor
eorum homicida fuit ab inicio · et a veritate deficiens · inimicus periculo · Or-
bi terrarum intulit mortem · Cum ergo eorum patre sint · et si eius ne-
queant implere mensuram · solent tamen illius imitari malicia · licet
in orto illo · nonnullas plantas · que virtutis fructum · irrigatione a-
plica faciunt · manum domini constat esse insertas · Sed si quis ab inicio
urbis condite · totam revolvat hystoriam · eos ambicione et avaricia ·
precedentis gentibus inveniet laborasse et variis seditionibus · et plagis
totum concussisse orbem · Propter quos tyrannidis et seditionum suarum
tam crebra dampna senserunt · ut vix quisquam plurimum eorum
ad postremum vite · natura ducente pervenerit · unde et illud satiricum
illis aptissime facit · Ad generum cereris sine cede · et sanguine pauci
descendunt reges et sicca morte tyranni · Iussit tamen quibusdam tamen inve-
niuntur plurima oracula ut cum Yozeph in sompniis ab angelo
sepius eruditur · magis in medio ne redeant ad herodem · docetur pe-
trus in reptilium linteamine · plenitudinem gentium colligendam · et cum
visitato ab apostolis constantinus crucis erectum est in imperii arce
vexillum et pace ecclesie restituta · maiestas urbis publica voce
criminatorum · adorator et indutum omnem victoriam · regum et im-
perium · christi esse proponit · Cum igitur due prime species · omnino vane sint
et impostreme · quarum visibili specie vitas menti occurrit media
que corpori vitatis quam velut figuratum appandit diligentius pro-
sequitur · Secundum alia quedam de significationibus tam sompniorum quam aliorum

16 Est itaque tamen ad interpretationem sompniorum quam ad figuratam
revelationem enigmatum · et figurarum sollerter attendenda · re-
rum · significatio que tanto multiplicior · est quam vocum · quanto ab
opificibus nature opera vincuntur artificis imitantis naturam · Ali-
quibus enim sunt tres aut quatuor hic significationes stante polixemus
est id est multarum significationum · Omnibus vero res quot habet aliarum
similitudines tot erit earumdem significationes · ita tamen ut maior
longitudo moris sit signum · Pigua (?) significatio semper mora sunt · Inde est
quod hominem substantia quevis significet · ut pate aliquid comune
cum omnibus habente · quod et insignat reptilium petri · et in locis

Publius scriptorum manifestatum est. Porro quo similitudo expressior est, eo
magis cognata et familiarior est significatio. Similitudo vero aut Similitudo
substantialis est, ut que generis aut speciei, aut accidentalis, ut ex quantita-
te aut qualitate aut variis accidentium formis, aut imitatoria est,
ut cum quis alii quorumlibet motu operis conformatur. Et hoc quidem modo potest
creatura creatori esse consimilis, cum ei nullo substantiali vel accidentali par-
ticipet. Cause quoque sepius conformatur effectus et utique causa
sexti iunior est. effectui suo debet esse consimilis. Ceterum similitudo vero sic
idem indicium. ita et eadem nota est. Et quia signa frequenter eadem
sunt eo ut maxime ars coniectorum appetit si sub ydentitate signorum diver-
sitate vero tanta discretione distinguit. Hec quidem qualia sunt que
non sunt specialia singulorum latius patent. Non tamen preteriendum est sig-
norum cum pro qualitate personarum seniorem aut iuniorem esse. Sepe enim
idem signum contrariis aliis letum tristem aliis eventum denunciat.
Sic et non apparentibus causis in copia veneris prava amaritudine for-
tune frequenter ingerit. Unde illud Ysiphiles archemorum lugentis
extinctum nuper nimie per ymbres attonite michi visa venus. Si-
cut ex reliquiis cogitationum aut cerevis bachi vel stimulis incen-
tata venus occurrat in somniorum vanitati ceteris applicabitur con-
tra coniectorum disciplina que vana contempnit. iuxta illud viri
sapientis. Somnia ne cures. nam mens humana quod optat dum vi-
gilat sperat per somnum cernit id ipsum. Sed cum tamen et si per anthitesim
vero sequenda sunt veritatis vestigia. sicut cum magno pompeio pompei
ruina imminet. Gloria visis vaticinata quibus leticia que vulgi. propter
tripudiantis premia plausuque theatri sui. quasi ye totius imperii
bene gesta. fortuna periture ducis oculis ingerebat. Res quoque que
turpis et obscena est interdum significat honestissime veritatis quoque presagium
tegit. C. Cesar in minori etate in somniis sibi visus est matris C Cesaris
incestare cubicula et turpitudine soporis attonitus. cum rem ad
mathematicos retulisset universam terrarum ditionem eius subiciendam
responderunt. Sic itaque magnanimi viri spes ad occupandum imperium
erecta est. Denique ad speciem fit. quis vita iustior. quis david ne-
quior aut crudelior quem dector bersabee ad perditionem homicidium et
adulterium invitavit. Hinc quidem omnia contrarium faciunt intellectum.
cum urias dyabolus david xpistus. bersabee peccatorum labe deformis
ecclesia figuretur frequens textus. et quasi regulare ius est ut a similibus
ad similia recurrat interpretatio. Unde hanc visionem. quam quis ex in-
ducit divisione per oppositam non fieri certum est. cum ex parte sit visio a
limine. oraculum aut vehiculum. et parte vero figuratis. posset sompn-

nis aggregari et universitas eorum spiritus. quod contigit quod et studiosis
scripturarum planum est. Visio assueri. Apocalypsis apostoli danielis et eze
chielis oracula somnia pharaonis et ioseph. eorum que dicta sunt fa
ciunt fidem personis quoque quibuslibet veritas significationis illucescit. ut
pote contemperata humanis animis. alias significationis error involvit. Au
Augustus gustus cesar cum adversus antonium dimicaturus esset. egritudine gra
vi laborans. inquiete mandatum accepit ut ad victoriam consequendam
sequenti die prelio interesset. Paruit itaque lectica devectus interfuit et
Socratis visio vicit. Socrates sibi videra venus quo academie erat. videt offerri
cignum. collo inserente celo. rostro tangente sydera. regione que a
plano distat penetrante. circumstantium aspectus demulcentem et tanta vocis
sonoritate et leticia canentem. ut totum mulceret orbem. Sequenti die
aristides ab academia primum filium platonem. socrati obtulit. lit
teris et moribus imbuendum. Cuius visis mentis viribus. et corporis
dispositione conceptis. hic est inquit cignus. que visio appollini
Platonis veneris academia consecraverunt. Plato litteras quas prosequebatur
causa perscrutans in egyptum. se assumptus capi intereundi. et venunda
ri vidit. Sic et aliis licet contigit. Coniecturas esse non sequendas.
11 Sed dum has coniectorum traditiones perquirimus. vereor ne multo
non tam coniecturam exequi que aut nulla aut inanis ars
est. quam dormitare videamur. Quicumque enim somniorum sequitur
vanitatem. parum in lege dei vigilans est. et dum fidei facit dispen
dium. perniciosissime dormit. Veritas siquidem ab eo longe facta est.
nec eam sensualis potest apprehendere. quam visione comprehendere vel pun
cto tenere tantum. qui caligantibus oculis in meridie palpat. Et
licet hec somniorum scientia perfidie sit fidei stimulis confutanda. et ma
lefici potius quam artificii impugnanda illusio. Hinc tamen gratie
dispositionis sue non obstruimus vias. nec precludimus semitas.
quin spiritus ubi vult spiret. et pro arbitrio suo. subiectis mentibus
infundat veritatem. Verum quisquis credulitate suam. significationibus
alligat somniorum. planum est quia tam a sinceritate fidei. quam a
tramite veritatis exorbitat. Plane si sermo proferat ambiguus. et
cuius multe sint significationes. nomine multo parum doctus vide
bitur quisquis eos citra distinctionem sensuum. sibi aliquid persuadeat
suadebit. Profecto vero cum ut predictum est. multiplex est et va
ria significatio multiplicium non distincta. diligens habenda est.
ne forte dum unam diligentius sequeris. malia deterius prolabaris.
de coniectorio danielis Unde patet coniectorium. quod nomine danielis inscribitur. auctoritatis
et veritatis robore destitutum. cum verbis singulis significationibus
arctat. de quibus non unde latius consequendum. cum tota hominis
sit inepta traditio. et vagus coniectorum liber. pruriosorum manus

impudens dissimulat. Habuit sane daniel coniecturam quam ei deus inspira-
bat. Sed absit ut vanitate hanc in artem redegerit vir sanctus. qui le-
ge moysi prohibitum esse noverat. ne fidelium quibus somnia sequerentur
sicut utique satellitem sathane ad subversionem hominum in angelum lucis
transfiguratur. et in illusiones fieri per angelos malos. Ioseph quoque
coniectandi gratia egypti principatum obtinuit. et quem fratres quasi de in-
dicio somniorum venditum ysmahelitis ob invidiam fecerant sententi-
digitus dei non minus rotundo. quam salubri misterio. revelata fa-
tie futurorum. que se regi querenti innotescerant. quas quidem somni-
orum vehiculo squalore carceris. in regni fastigium sublimavit ut non
modo liber de servo. sed nobilium et procerum princeps. uno tantum regni sol-
io precederetur a rege. Et utique si de humane sapientie artificias certi-
ficere potuisset. aliquem predecessorum suorum ante eum meruisse crede-
rem. ut sententiam promerendi. virorum scientia et pietatis affectu plenum. Si-
ne hebreo genitum in genere. quod tamen equitatis esse. fratribus et filiis
facile putaverim reliquisse. Ad hec moyses eruditus in omni sapientia
egyptiorum. hanc artem nescivit aut sprevit. tamquam ut impietatis
errorem detestatus. apostolus dei contaminare curavit. Preterea sanctus daniel
disciplinas et sapientiam didicit caldeorum. quod utique sanctus vir non fecisset.
si gentilium disciplinis misterium credidisset. preterea ascribendum habuit
quos eruditionis participes. quos legis et iusticie dei se gaudebat
esse consortes. Denique et cum discebat Ananias azarias misael
quicquid potuit docere caldeus. simul a mensa et a regalibus epulis ab-
stinebat. quos inspirabat deus. acceptis leguminibus pariter reficiebant
eisdem contenti erant. militie sue stipendiis regi una famulabat.
Sed et privilegium quod homo conferre non potuit. sigillatim datum est
danieli. ut intueretur enigmata somniorum. et domino dictante
umbras discuteret figurarum. Et non familiaritas dive gratie eunde-
tius illucescat. simul vero instructo tubans procogitavit agnovit
et meditacionem visu quercens. misterium salutis quod umbris obumbra-
labat. et in fine seculorum completum est. aut complendum. providentie compo-sunt
Sicut enim solent tales coniectores etiam cogitationes componere. et umbras
commanifeste explicare involucra et illustrare tenebris figurarum.
Si quis est qui pari gratie privilegio gaudeat. accedat ad danielem
et ioseph. et simile eis in domino gratuletur. Unde non veritatis spiritus non
illustrat. de arte somnialentia frustra confidit. Tamen ars omnis habeat
a natura originem. ab usu et iure processum. Ratio non in hiis tamen de-
fectum patitur ut quo se utatur. quin indicet plerosque omnis non habeat
Eo quod tamen frequenter eveniat. Fallunt eos paucis colligitur. Solli-
citus quidem nomine et cum a memoria excidit et si narrationis auctore

magnum tenebat augustinum. in re dubia sensum alterius. cum rem na-
rat esse notam magna instancia sibi postulabat exponi. Cum neutri
alterius petentis desiderium promissionibus protraxisset. et neutrius instancia de-
lectaretur calliditate alterius accidit. ut eadem nocte prius sompniaret.
alter quod rem quesitam petenti exponeret. alter quod ei a doctore diligentissime
exponeretur. Factum quod est ut cum umbra quietis evanesceret et veniret
ille ad stratum. quod dum quesierit. sine doctoris beneficio nulloque sim-
ili cogitacio pervenisse. Deinde cum more solito. apud doctorem urgeret. ut sibi
promissum solveretur. iam inquit doctor. factum est quod petisti. tu ea noc-
te ut docerem accesserim. Cuius huius facti complicet tenet. nisi quod
de Jeronimo — bonus spiritus vel malignus. exigentibus hominum meritis eos erudiunt vel il-
ludunt. Fatetur enim iheronimus refert. teste hoc mater ecclesia quando ad
tribunal iudicis dei raptus. eo quod libris gentilium vehementius inhereret
iudicis coactus est profiteri. se ultra gentilium libros. nedum non lecturum. sed nec
etiam habiturum. Ante siquidem professionem interrogatus. cum se diceret christianum.
ei a iudice proterve obiectum est. quod non esset christianus sed ciceronianus.
hoc tamen non audacter affirmaverim sompnium censendum nomine. cum idem
veracissimus et prudentissimus doctor. vult hoc sompnium non fuisse. sed
rem factam videtur agi domino instante. causa eum monendi religione
confirmet. Et ut plenam assercionis sue faciat fidem. livore liberrimum
mente vulnerum cicatrices ex re gestis ostendit in corpore. Si tamen hec aspi-
Nota de sompnijs conclusive — ritibus. tunc homines fiant eam solam verorum ymaginem. fidelis a-
nimus non aspernatur que innocenciam relinquit intactam. Secundo si ma-
teriam viciis affert. illudque forte attendens. aut avaricie. aut de-
mandi ingerens appetitum. aut quod quis huiusmodi est ad subversionem
anime procul dubio a tali aut spiritus malignus immittit. Cum nonnul-
dam exigentibus culpis domino permittente. tanta malitie sue licen-
tiam debacchatur. ut quod in spiritu paciuntur. in veritate et mendacissime
credant in corporibus evenire. Quale est quod vetulam quandam. vel
herodiadem. vel presidem noctis dianam. concilia et conventus de noc-
te asserunt convocare. varia celebrari convivia. misteriorum species diversis
occupacionibus exerceri. et nunc istas ad penam trahi pro meritis. nunc
illos ad gloriam sublimari. Preterea infantes ex parte lamiis. et nunc
frustratim discerptos edaci ingluvie in ventre traiectos congeri.
nunc presidentis miseracione revertas in cunas reponi. Cuius vel certe
hoc ludificacionem demonum. non videat esse nequiciam. Ex vel ex eo
patet quod mulierculis. et viris simplicioribus et infirmioribus in fi-
de ista proveniunt. Si non quisquam eorum. qui in hac illusione laborat
ab aliquo constanti. et ex signis aliquibus arguatur. demonum sta-
tim aut fugatur aut cedit. et ut dicatur exgnito quibus in luce argu-
untur. cessant opera tenebrarum. Hinc aut pestis tam efficacissima

est. ut fidem quis amplexus. hiis mendaciis subtrahat. mentis au-
ditum. et nequaquam respiciat. ad superiores vanitates et insanias falsas

De fundamento mathematice et comitatu sensuum et viribus anime 18
et profectu rationis et efficacia liberalium disciplinarum. Capitulum

Possit utinam tam facile mathematicorum error ab astantibus
animis amoveri. quam levis in conspectu vere fidei. et sane doctrine
istarum illusionum demonia commenta sunt. Periculosior tamen error
est. qui in soliditate nature. et vigore rationis. si sint fundari videtur
errorem. Temerarium siquidem videtur universis. in legem nature pugna-
nari et stultum. gratis dissentire ab eo quod ratio persuasit. ancipites
ergo sumunt initium. Ut per vera dimovens gradientes se et sequi pe-
des suos proponunt. in laqueum et foveam falsitatis. Mathesim
ergo probabilem. que per multa brevi enumeratur. quam et nature inducit
ratio probat. et utilitatis experiencia approbat. quasi quasdam doctrine
sue iacit fundamentum. ut exinde opinionum suarum lubricos. quasi
quadam ymagine rationis. in mathesim reprobam. que profertur contra
per multa. periciosissime prolabantur. Primo namque res quas natura
creavit distinguunt. easque multipliciter investigant. nunc quomodo
compositionibus sunt. nunc quomodo ex materia et forma constent inquiren-
tes. Et ut facilius possint sensuum vires pensant. et intellectus
efficaciam metiuntur. et quoniam sensuum hebetudo. rerum corporearum na-
turam non transgreditur. Paulatim aliorum beneficio ad subtiliora con-
surgunt. Visus et enim in solo corpore. eoque primi colores tum quantita- De sensuum vires
tes examinat. et figuris. Sonus solus contingit auditum. Gus-
tus de saporibus iudicat. Olfaciendi vis in odoribus tota versatur.
Quid durum quid molle sit quid leve. quid asperum. quid ponderosum
quid leve quid calidum aut frigidum. quid humidum sit aut siccum
tactus discernit. Est interdum figure explorator et quantitatis et
ponderis censitus. Dolore quoque percipit et voluptate. Is quod per
omnes fere sensati corporis partes diffunditur ad eo quod anime coherens
est. ut eo discedente. videatur et tota corporis vita discedere. Si vero
corporum absencium perscrutatas proprietates inquiris. eas tibi tracta simili-
tudine. ab hiis quas sensus agnovit. poterit ymaginacio putare. que
tanto erit fidelior. quanto expressior fuit similitudo. Unde et Ty-
tirus apud maronem. non assecute similitudinis vicio. lapsam sibi querit
ymaginacionem. Urbem quam dicunt romam meliboee putavi. stultus ego
huic nostre similem. quo sepe solemus pastores ovium teneros Virgilius
depellere fetus. Verum hec inter alias tantum caput extulit urbes
quantum lenta solent inter viburna cupressi. Cum dicit familiarius

Virgilius

possit ei rei similitudine fidelis et ita est ymaginatio quali utitur
andromache apud virgilium. O michi sola mei super astra noctis yma
go Sic oculos sic ille manus sic ora ferebat et nunc equali tecum pu
besceret evo. Verum si ad maiora ducendus est. tunc opus est et in
tellectu. cum absque intelligencia hec non valeant comprehendi et verum
non possit esse de hiis sine racione iudicium. Intellectus itaque aliis

de operibus intellectus

deficientibus. exercet vires suas. quasi in arce anime constitutus. que
inferiora complectitur. cum ab inferioribus superiora nequeat comprehendi
Et nunc quidem res ut sunt. nunc aliter intuetur. nunc simplices. nunc compo
site. nunc disiuncta coniungit. nunc coniuncta distrahit et disiungit. Simplex
ergo incedit intellectus. dum rem quamlibet contemplatur puta hominem equum
ve concipiens. Cum uero res plures gradatim complectitur compositio
in obnoxius est. Puta hoc intellectu hominem album. equum velocem
ve mente complectens. Disiuncta coniungit. ut si humano capiti ceruicem
iungat equinam. Varias inducens undique plumas. ut more poetarum. Tur
piter atrum desinat in piscem. mulier formosa superne. Hunc uero
auditores suos trahentes poete cum hiis eciam. centauros describunt
describunt et chimeram. Coniuncta vero disiungit. ut si formam teneat
absque materia. cum tamen sine ea forma omnino esse non possit. nisi
forma essendi. et ei adherentes forme formarum essendi ex quibus ille
fluxerunt. que in materia sunt et corpus efficiunt. Porro cum res
aliter quam sint componendo inspicit. eo quod cassus est. et a veri unita
te deficiens. ad opinionis errorem vergit. et si esse asserit vel non
esse. plerumque nomine opinio est. Sed licet aliter quam sint dum tamen
simplicia coniuncta disiungat non inanis erit conceptio que totius inve
stigationis sapientie expeditissimam parat viam. Hic est enim totius
philosophie instrumentum quod et mente mira subtilitate comparavit et
res singulas a se invicem nature sue proprietate distinguunt. Si absit
hec tali intellectum. liberalium artium officina perit. cum circa
ipsius operam nulla ratio. rite ipsi valeat aut docere. Hic itaque si
cut formam sine materia sit et materiam aggreditur sine forma. et quod
ipse virtutis est potencia. tenere non sufficit. suo quod defectu. inter
dum comprehendit ut si videantur tenebre non videndo et non audi
endo silencium audiat. Item non est homo qui non sit albus aut ni
ger. aut medii coloris particeps. nec potest esse homo. qui non statim
sit aliquis homo. cum idem sit aliquem esse. et unum numero esse. Vim
propter sit hominem intellectus attingit. ut ad hominem hominem. aspectus illi
us descendat generaliter intuens quod non nisi singulariter esse potest. Sicut
enim dicendi et significandi sic et intelligendi diversitas. subsistendi

modos. Sic in multiplicitate descendit et homo qui non potest nisi singulariter
esse universali claudit mentis comprehensione. Diffinit ergo ratio quod capit
intellectus aut rationale mortale. quod in solos subditos cadit. neminem vere sa-
pientum ambiguum est. Dum itaque rerum similitudines et dissimilitudines col-
ligit dum differentium convenientias et convenientium differentias. altius per-
scrutatur. dum quid singula tum pluribus quid cum paucioribus commune ha-
beant. diligentius investigat. que ne rebus singulis ad esse unice sit
quod abesse non possint. perspicacius contemplatur. multos apud se rerum
invenit status. alios quidem universales. alios singulares. Quos partibi-
tionibus suis diffiniens et multiplicatione dividens. ad ipsius archana na-
ture. mentis transmittit aspectum. ut nichil naturalium plene abscon-
ditum sit ab oculis eius. Et primo substantiam. que omnibus subest acci-
dentibus intuetur. in qua manus nature probat artificis. dum eas eam
variis proprietatibus et formis quasi suis quibusdam vestibus induit et
sensui perceptibilibus informat. quo possit apertius humano in-
genio comprehendi. Quod igitur sensus capit formis quod subiectum est
singulare et prima substantia est. Id non sine quo illa nec esse nec
intelligi potest. ei substantiale est. et plerumque secunda substantia nominatur.
Hoc autem quod adest quidem sibi et ea manente abesse potest. accidentibus
aggregatur. Singulare quidem si unum tantum sit. universale licet non natura
conformitate tamen sit commune multorum. Quod forte facilius in intellectum
quam in natura rerum poterit inveniri. in quo genera et species differentias propria
et accidentia que universalia dicuntur plenum est invenire. tum in actu
rerum substantia substantiarum universalium querere quorum nullus fructus sit
et labor infinitus. In mente non nichil et facillime reperiuntur. Si
enim rerum solo numero differentium. substantiali similitudine
contrahit. speciem tenet. Si non etiam specie differentium. convenientia men-
te occurrit. quibus latitudo mente diffundit. Deinde dum rerum quas na-
tura substantialiter vel accidentaliter aptavit. conformitate percipit in-
tellectus. in universali comprehensione manet. Cum non similium dif-
ferentias agitat. quid possimus. tanto ad opera nature. que singularia sunt
familiarius accedit. Eo substantiam suis vestitam proprietatibus inspiciat
a nature conditione non discedit. Si autem detractam speciem eam quam for-
marum gerit vestimento. attamen quid sint accidit et rerum naturam
quid scilicet in se. quid in aliis sint. liberius et fidelius contemplatur. Dum
rerum substantiam. quantitate ad aliquid qualitate. situm esse ubi quando
habere facere pati. sigillatim distinguit et discernit. Que si sigillatim
esse non possunt sigillatim tamen investigari queunt et ad totius

Philosophie tamen pars eadem utilissima est hec speculatio in qua magnitu
dinis et multitudinis que duo totum orbem complectuntur et am
biunt natura discutitur. Purus abstrahens intellectus dum hec agit ociosus
est aut in illis perquirendis animus honestarum artium gradibus ad theo
de quadruuio ricam consummate philosophie conscendit. Multitudinem ergo que potencia sui
in infinitum crescit sicut econtra magnitudo decrescit in infinitum
innumerabili divisione partium dum eam nunc simpliciter et per se nunc ad
aliud relatam contuetur alteram demandans arismetice alteram musice
plenus iure reservans. Magnitudinem quoque secat in duas species alteram
immobilem subiciens geometrie alteram scilicet mobilem hiis qui astrorum
et celestium scienciam profitentur. In hiis enim iiii^or speciebus mathesis id est doctri
nalis tota consistit et quasi quatuor philosophie liminibus mundane sapi
encie perfectam assequitur. Primus itaque gradus est ab arismetica numerorum
virtute imitari. Secundus proportionum graciam a musica trahere. Tercius
altitudinis scienciam a geometria mensurarum. Quartus idem quod nobilissimum
variam positionem syderum assequitur et celestium perscrutabitur. Eorum
vero qui scienciam profitentur astrorum alii opinionis errore plectuntur ad fa
bulas in quo deprehenditur eorum ignorancia. Alii sola ymaginationis virtute
contenti sunt quid verum sit doctiorum iudicio reservantes satis agentes
sibi dummodo veri similitudine teneant. Utrosque alterutri astro
logia eruditionis sue recipit professores. Sunt alii qui in professione
astrorum veritati quidem invigilant eo solo contenti si positionem
variam motusque syderum varietatem assequantur. De differencia mathematice
doctrinalis et mathesis reprobate et tradicione mathematicorum
14 Verum quia probabile est celestium aliquam et erroribus eorum
esse virtutem cum et intra non credatur aliquid gigni quod a manu
opificis dei bonum aliquem non sortiatur effectum qui curiosiores sunt cele
stium potenciam investigant et de singulis que in sublunari globo pro
veniunt astronomie sue regulis nituntur reddere racionem. Est autem astro
nomie nobilis et gloriosa sciencia si clientelam suam intra moderacio
nis metas cohibeat. Que si liceciori vanitate procedit non tam philosophie
species quam impietatis decipula est. Et quidem multa sunt mathesi doc
trinali et divinatorie mathesi communia sed dum divinacio sobrietatis
mensuram excedit toto dissidens fine non instruit sed suum decipit
professorem. Verum cum zonas partiuntur parallelos disterminant cum
signiferum sub obliquant zodiacum qui orbem se vertentem coluris cingunt
qui laborem metiuntur planetarum qui aplanem nullius erroris par
ticipem faciunt qui a polo a polo artico ad antarticum axem ducunt

quod signa per gradus et puncta diuidunt quod orientium et occidentium sig-
norum et siderum portionem tenent. uel que communis est. Utrique tamen contem-
plationis in eo plurimus physicus acquiescit quod tenuitudinem subtilium cor-
porum in quasdam certas vias et circulorum inter capedines non estimat
dissipari. Asserunt quoque constanter solem caloris auctorem esse humorum
que augmentum et defectum. quod quidem id sensus probat, motui lunari acco-
modant in hunc modum plurima. Ceterum mathesis que futurorum pollice-
tur iudicium ab elementis physice ut predictum est trahens originem. ultra progre-
ditur. et elationis sue temeritate in prerogatiuam eius prorumpit. qui stel-
las innumeras quarum ipse nomina solus signa peritus. certis sub locis
tempora nouit. Cum hoc ipsum astronomie sue beneficio sibi astrolo-
gi repromittunt. tanto longius a sciencia ueritatis aberrantes. quanto
ad eam temerarius irrumpere moliuntur. Signorum ergo naturas reuol-
uentes. prout eam forte nouerunt. dum in stellis comparibus fluc-
tuarent. alia dicunt masculini generis. alia feminini. essentque satis
sitam multiplicata per sabolem. nisi quia diuersa locis. incolatu co-
hercere non possunt (?). Planetarum quoque consilia qui et orbis moderatores
eos habent diligenter explorant ex coaffectione eorum et motu. et appli-
catione unius ad alterum. corporeis stellarum. facile est inuenire. ¶ Saturnus
ergo quia frigidus est. et senex est grauius est et nociuus. et deuaria (?)
illiciam morositate contraxit ab etate. Omnibus ergo inimicus
mox suis eciam scolasticis parat. Succedit ei Iupiter. econtra propicius
et salubris tanteque benignitatis in omnibus ut nec de maliciosa patris nec
matris seueritate subito quemquam offendat nisi forte et ipse in orbis
subiecti dispendia stationarius fiens sit retrogradus. nec autem aduer-
tione insensibilem patiatur. Mars ferox natura que indomitus. omnes
preter scolasticos suos persequitur. mitigatur tamen in medium iouis accessu uel
ueneris. que et ipsa propicia est et benigna. Mercurius non talis est.
qualem uicini planete presumserunt. cum et ipse conditionibus nature sit
patens moribus quos contraxerit. Unde plerique eum presulem eloquentie opinantur
eo quod illa iuncta sapientie. plurimum prosit. malicie sed sociata no-
ceat plurimum. Licet quidem et si non docuit. certam tamen erroris attigit
Lucanus. cum timorem urbis describeret belloque ciuile necessarium
astronomie argumentis ineuitabiliter appropinquante Cesare futurum denun-
ciaret. Inuenit enim poeta doctissimus. si tamen poeta dicendus est qui
uera narratione rerum ad hystoricos magis accedit. illius maliciam
irrefragabiliter ad implendam. qui solus in ethereo sui domicilii reside-
bat et licet Figulus paterum (?) consilia dispensat (?). menteque stellarum

Lucani usque ibi Ecce

de domicilia planetarum

corporum tamen que uidentur. nondum plenam noticiam tradidit. cum
in tanta mathematicorum domo adhuc non sit questio expedita. an ex
elementis sydera constent. an ex quinta essencia. quam aristoteles intro-
ducit. Nam qui eis obuiant prius mollia sunt an dura. et si quid huius-
modi est etiam audire dedignantur. quibus aliquos famosos. et suo
iudicio sapientes in talibus uideris in feruore laborare. Ex pe-
dunt tamen et suis calculis probant. quid fata delibent et dispen-
dens uoluntas syderum. que in sublunari globo sortiatur effectum. Et
forte sententiam minimus intra est. quam non mathematicus profert.
Ait ergo. Dii datis gentibus o superi. qua peste paratis seuiciam. extremi
multorum tempus in unum conuenere dies. Summo si frigida celo stel-
la nocens. nigros saturni accenderet ignes. deucalioneos fudisset
aquarius imbres. totaque diffuso latuisset in equore tellus. Si se-
uum radiis nemeum phebe leone nunc premeres. toto fluerent incendia
mundo. succensusque tuis flagrasset curribus ether. Hy cessant ig-
nes. tu qui flagrante minacem. scorpion incendis cauda chelasque
peruris quid tantum gradiue paras. Nam mitis in alto iupiter occasu pre-
mitur. uenerisque salubre sydus hebet. motu celer cillenius heret et
celum mars solus habet. Cur signa meatus deseruere suos. mundoque
obscura feruntur. Ensiferi nimium fulget latus orionis. Inminet
armorum rabies. ferri quod potestas confundet ius omne manu. scele-
rique nefando nomen erit uirtus. multosque exibit in annos. Ecce ex
qualitate planetarum et positione signorum et concursu causarum quam
manifestus belli ineuitabilis sequatur euentus. Hoc etenim ad artis
traditionem plurimum spectat. ut de naturali uel casuali constet domicilio pla-
netarum. Omnis siquidem preter solem et lunam. qui soli singulis contenti
sunt. duobus domiciliis gaudent. naturali scilicet et accidentali. Naturale
quidem cuique domicilium est. in quo quisque creationis sue principium habuit.
si tamen genethliaci consentiunt eos ad omnes esse creatos. Lune igitur
domicilium cancer est. leo solis. mercurii uirgo. libra ueneris. scorpio
martis. sagittarius iouis. saturni capricornus. et hec naturalia. Casua-
lia uero saturno cedit aquarius. pisces ioui. aries marti. ueneri tau-
rus. mercurio forte gemini cedunt. Luna uero commoda est quia cum
aliis stellis que que illi garriant creauit deus ut preesset nocti. Quid enim
de sole qui dux et princeps est et moderator luminum reliquorum.
Cum utique reclamantibus omnibus hiis planetariis nos timeo bonum
et uerum profiteri cum et diem uidentibus cunctis illustret. temperet
orbem. annum tempora diuidat. mutat rerum uicissitudines. et alia
plurima que nunc longum est enarrare. Sed licet multarum utilitatum

in eo et in ceteris cause resideant, ipsorum tamen et omnium que recte sunt una est et prima causa que mundum fecit, cuius maiestati potentia cui et sapientie sue virtute et in mensitate formavit, perfecit et firmavit, ut ei tam subsistentiam quam formam conferret, sola inducta est bonitate. Hi autem mathematici vel planetarii, dum professionis sue potentiam dilatare nituntur, in errores et impietatis mendacia precipites prorumpunt. Licet enim cuiuslibet artis regula servatur illesa, ut dum infra proprii generis ambitum cohibetur, proficiat tamen modo sapientie. Sed neque sit aliquid extra regulam invenire. Omnis enim regula alicui generi rerum accommodata est. Si non traducatur ad aliud, statim in virtute impingit ad noxiam falsitatem. Si ergo mathematici probabiles mathesios, id est doctrinalis, essent sine contentione et vanam possent assequi positionem stellarum et concursus suos sobria eruditione sedentes, quod naturaliter proveniunt qualitate proprie temporum, et speculationis sue iocundissimum carperent fructum. Nunc non dilatant philateria sua et magnificant fimbrias dum constellationibus et planetis nimium virtutis ascribunt, eis nescio quam auctoritatem operum ascribentes, in creatorem prorumpunt iniuriam, et dum celestia que tractant ad sobrietatem non sapiunt, immo a se ipsis stulti fiunt. Vide iniquitatem erroris abissum, ab ipsis celestibus tradant constellationibus suis ascribunt. Tu videris an ei fiat iniuria qui fecit celum et terram et omnia que in eis sunt. Deinde eam constellationibus rebus necessitatem inducit ut arbitrii perimat libertatem. Qui in hoc etiam servat terminum deliberandi. Ad tantam denique quidam perveniunt vesaniam, ut ex diversis stellarum positionibus dicant imaginem ab homine posse formari, que si per intervalla temporum et quadam ratione proportionum in constellatione servata formetur, stellarum nutu recipiet spiritum vite et consulentibus occulte veritatis manifestabit archana. Et licet quedam que honesta vel velata sunt, ut se in loco mundo velle servari vel solum dum quando aliquid quibusdam precibus et muneribus ... instanter precipiat ... tamen spiritus hanc esse fallaciam compertum est, qui ut nimius ... ut iusticie precepta precepit quo fallat videatur afferre. Hanc quidem ydolatrie speciem esse fidelium nullus ignorat. Longe non commodius ... ascendunt astrologi qui achademicorum more quidquid eis occurrit probabile suo iure defendunt. Itaque quidem corporum motu quodam irrationabili planetas adversus a plano ... dicunt alii auctore Aristotile eosdem cum firmamento ferri profitentes. Quorum neutrum teste ... astrologie regulis inveniunt adversum. At genethliaci dum ad ... superne celestium nimis insistunt ...

corporum celestium quam dei noticiam prodiderunt. Cum tamen inter eos sint eo
modus operi suo videntur errorem. tum plotinus auctoritate operum
non detrahunt creatori. sed semel et simul ab eo legem asserunt insti
tutam. quam nullus unquam conatus evacuat. cum omnia que disposuit
b futura sint ut providit. Quod forte papinius intellexit cum dicit Iuxta
ex alto grave et immutabile sanctis. pondus adest verbis. et voce fata
secuntur. Ab eo ergo sua potestas attributa est singulis creaturis. in quibus
non oportuit celestia locum tenere novissimum. et que digniora sunt a
his habere minimum potestatis. Eis itaque quantum voluit contulit. qui et si
sibi retinuerit operis principatum. signorum illis administrationis indixit
obsequium. Unde et si non ipse faciant opera signorum. cum auctore deo
cohibent ministeria. Hinc forte illud. Celi enarrant gloriam dei. et opera
manuum eius annunciat firmamentum. ¶ Nec mirum cum et aves. et alia
plurima. institucione dei et nature beneficio quedam futura signis pre
veniunt. Sunt igitur celestia signa sint rerum. que procul dubio venture
sunt. nescio cum eas immutabiles disposicio ordinaverit. quid pro
hibet ea que celestium principatus indicio fieri ab homine. et homini
innotescere indicari. Signa siquidem hominibus data sunt ad erudicionem non
nullis qui celestium conscii secretorum. nullis indigent signis. Quod

20 providenciam rerum natura non perimit. neque sciencia rerum immu
tat providenciam. et quod liberum arbitrium manet cum providencia

Probabilia quidem sunt. hec que proponunt sed tamen venenum hic
sub melle latet. Fatalem et enim quandam necessitatem rebus impo
nunt. sub pretextu humilitatis et reverencie dei. timentes ne forte immu
tabiles evacuet disposicio. nisi rerum eventus necessitas teneat. Preterea privilegium
divine maiestatis irrumpunt sciant veritates qua tempora prevideant
et momenta. que filii testimonio patris reservata sunt potestati. a
deo quidem ut abscondita fuerint ab oculis eorum. quibus dei filius quecumque
a patre audierat patefecit. ¶ Deinde mentes hominum timore et
laicis contollunt. aut desperacionis pusillanimitate prosternunt dum vel
vitam diuturnam. aut mundi prosperitatem deiciendis promittunt. vel contra
imminencia fata. aut seculi adversa minantur erigendis. Certe
superiore timoris vel inferiore spei molam. quibus fidelis anima
in area mundi teritur. tollere non prohibent. Tollunt enim tamen in sua
no bn et clientele sue principem. quam instanciam prohibentis. Nam sicut
sciencia rerum dei providenciam non immutat. sic et eciam disposicio rerum
naturam non perimit. Neque homo non peccare non potuit. quia eum
deus previderat peccaturum. aut quia ille non peccare potuit. eum pecca
turum deus ignorabat. Neque non mori posse nesciebat. eo quod erit peti

merito moriturus. neque enim mori necesse erat. quem hoc deus prestabat
factus est igitur quodammodo inmortalis procul dubio moriturus. et mortem
culpa attulit. quam nature conditio non invexit. Esset quidem absque in-
mortalitate. qua non mori poterat. ~~in eam qua mori non poterat~~ in eam
qua mori non posset transcendens. nisi culpa inobedientie precisa iusticie
semita. tante glorie aditum pretempore preclusisset. Itaque peccare et non ~~po-~~
~~terat~~ peccare potuit. mera preditus libertate arbitrii. quem nulla dispo-
sitionis violencia. nullo fatorum impulsu. nullo conditionis stimulo
nullo adhuc nature defectu urgebat ad culpam que indubitata pacis
pone. hominem sponte lapsum impegit in mortem. Verum quia in iusticia
frena laxavit arbitrii sic inde oppressus et obrutus iacet ut iusto
dei iudicio. quia tunc noluit a peccato abstinere cum potuit. modo ne-
queat abstinere cum velit. Inde tamen solo adhuc ei liberum viget ar-
bitrium ut sibi ad opus iniquitatis sufficiat. et si ad bonum non nisi
a gratia preventus et adiutus assurgat. Sic iusticiam prius deserens. tra-
ductus est in regnum peccati et mortis. ut iugo servitutis pressus ne-
cessitati delinquendi et moriendi subiaceat. quibus hoc non fatorum se-
ries. sed prevaricationis initium introducat. Alioquin hominem nulla ius-
ticia condempnabit. cum culpa non in eum. sed in ipsius retorqueatur
auctorem. Possibilia itaque sunt. que numquam futura sunt. que si quam- p9 4ia
vis non erunt. evenire non possent nequaquam possibilia dicerentur. Ve-
nale siquidem bellum fieri. itemque non fieri possibile est alterum tamen pre-
cise et determinate verum est et prescitum. An possint a deo sciri que
non sciuntur. et quod verorum mutabilitas ei nequaquam est infligenda.
et quod idem sciencia. presciencia. dispositio. providencia. predestinatio.
et quod vera infinita sunt. ut numerus eorum non queat augeri vel
minui. et quod providencia nullam necessitatem rebus inducat. Capitulum

Sed ecce iam alterius difficultatis subcrescunt certamina. et quo- 21
tiens me vitare. errore video involutus. Si enim que non
sunt. nec erunt nec possunt esse. profecto et deus potest scire quod non
scit. aut eo ignorante potest aliquid evenire. Bellum namque navale
quod non erit. sicut et geri. sic et a gerentibus sciri potest. Hec utique
et esse et sciri potest ab homine. numquid a deo sciri non potest. si ergo
potest deus scire quod non scit. potest utique et non scire quod scit. eo quod
contradictionum simul nulla possit esse sciencia. cum alterum eorum sit
eo quod veritatis subsidio careat sit obnoxium falsitati. Porro mendaciorum
nulla sciencia est. Quomodo ergo sciencia immutabilis est. cum decessus verorum
potest fieri et accessus. que potest ignorare quod scit. aut scire quod nescit.
Deum cum variabilem esse recipimus. Iacobo reclamante. iam apud

cum est variacio et vicissitudinis obumbracio. et preter lumen esse de
sistit. si elabitur quod preuenit. Hoc equidem nec gentilium error. tanta sua
pro tamen numina que demonia dignabatur admittere. qui stigias paludes
diis periuriam esse negabat. dicentes eam omnibus venerandam. et usque
quaque illatam a celestibus periurium. Chorites namque celestium ab illuvio non
contingit. Vnde ergo fides recipiet quod dedecori ut ipsa perfidia abhorret.
Constat autem apud omnes quia deus sciat illud non esse futurum. et si ple
rique non recipiant illum posse scire. aut non posse scire hic esse futu
rum. ne eum mutabilitatis nota uel impotentie innuere videantur. Sed
esto ut deus quod hic plerique recipiunt possit. dum tamen si sibi per ap
posicione aut contradictione non precedes. scire quod non sciat. non ab hoc eum
esse mutabilem quis conuincat. cum scientie non decedit aliquid uel ac
cedit. cum illud solum in rerum natura uerum esse contingit. quod ille
ab inicio stabilitatis sue puncto prefixit. Dum tamen hoc recipitur.
exactissima diligencia precavendum est ne cogitacio modorum ubi quam
appollonius induat quicquam perfidie ingerat aut falsitatis. Hec ipsa
quoque possibilitas euertendi non leuitati illius qui non mouetur. sed vero
facilitati. que natura non indigeante moueri potest quemens ascribitur.
manet itaque usquequaque inmobilis integritas scientie dei. et si quid
varietatis alicui inest. non tamen scientis quam scitorum mutabilitas
Quo cognoscat deus est. Licet enim que sciencia dei complectitur. mutabilitati subiaceant
ipsa tamen alteracionis uices ignorat et uno singulari aspectu et indi
uiduo omnia que dici aut quocumque sensu excogitari possunt. uniuersita
tem claudit et continet. adeo equidem sine motu ut localia sine loco.
nascencia sine inicio. decedencia sine fine. fluctuancia sine alteracione.
temporalia sine mutabilitate et mora. sit uniformiter comprehendit. ut ei
nec preterita transeant nec futura succedant. Nec mirum hic necessitatis
statum. nisi quoniam quicquid ibi est inmutabile est. Cum et in omnibus
in nobis mutabilibus motum et festinacionem tam sine aliquatenus qui
cetera comprehendat aspectus. Intellectus quoque rem magnam sine dis
tensione et sine contricione sui rem modicam contemplatur. nec loco
indiget. ut localia claudat aut spaciorum interstiçiis ut distancia com
plectatur. in eo quod precium lumen sequitur. sed non passibus equis. tamen hec
multis. ille uero omnino nulli motui obnoxius sit. Cum uero diuine sim
plicitatis aspectus innumerabilia claudat. una tamen est et indiuidua
substancia persciencie eique essencialiter una. cum sibi sit idem esse
et sapientem esse. Alioquin fingat qui potest. quomodo hec diuisa conueniret
nec prima uero omnium causa erit. que ut sit coniunctionis adminiculo eget

creature non sciencia longe disparis condicionis est. Spiritum siquidem
et anime non est idem esse et sciente esse. tunc anima primo affectionis
est motu invalescens disponat ad cognitionem vero. ea que si radicata fuit.
ut aut omnino aut sine minima nature quelibet non possit. habitu suo infor
mat animam faciatque scientem. hic ergo habitus rectissime sciencia appellatur
licet et res subiecte interdum sciencie nomine censeantur. unde et rectissime
nominibus nuncupatur quod unius est versit ad alium. Sic utique et sciencia dei
multa. tu multitudo vero potius quam scientie sit. Si ergo sapiencie
dei immensitas et simplicitas attendatur. una est simplex et indivi
dua. Si subiacencium multitudo multiplex et multiformis. Sic et
subiacencium volentis aut potentis aut vult aut potest attendas. una
est voluntas et potestas. Si que vult et que potest infinitus aut in
mensus est unde illud propheticum. Magnus dominus et magna virtus
eius. et sapiencie eius non est numerus. Item quod magna opera domini exquisita
in omnes voluntates eius. et illud quibus loquitur potentiis duo hec
aut res uniformis et varia. licet totius varietatis ignara sit. va
riis tu nominibus appellatur. Ex quo variis causis. Sciencia siquidem. et pre
sciencia. disposicio providencia. et predestinatio nominatur. Et sciencia pre
sencium. preteritum. prescientia futurorum. disposicio faciendorum. provi ~~de predestinacione~~
dencia gubernandorum. predestinatio salvandorum est. Et est predestinatio ab Predestinatio
eterno gratie preparatio. per quam unumquemque vocat ad vitam. sicut ait apostolus
Quos predestinavit hos et vocavit hos et iustificavit hos et glori
ficavit. et alibi. apud te est inquit fons vite. et in lumine tuo videbimus
lumen. Ut ergo veniente quadam audacia. sciencia dei. que fine nescit Scia dei
ut sermone finem inveniat. sciencia dei est omnium que sunt fiunt. et fu
tura sunt vera comprehensio et plena notitia. Omnia siquidem vera novit
et sola. nullaque dignatur agnoscere falsitatem. Eam tamen diiudicat
et condempnat. Est igitur non finita. que universa vera complectitur. quorum
utique non est numerus. aut adeo infinitus. ut finem non inveniat. nisi
sapiencia dei. que sola quanta sit novit. Nichil igitur eorum. que no
vit. quam vera sunt evanescit. omnium quod dispositorum. preterita sunt presentia ad
futura. mutua et causa veritatis est. Psalmista siquidem ait. Principium
verborum tuorum veritas. que nullo defectu transibunt. Transibunt
tu celum et terra; quid et hic de illis intelligitur est. tunc utique cum de
formitate mundi mundi purgata. reformabitur celum novum et terra
nova. Sentiat unusquisque quod ei fides vel ratio persuadet. ego sine pre
iudicio sententie melioris. vera modis omnibus dixerim infinita. tu
in omnibus que sunt. et que non sunt. ab initio esse vere sit vel non ce

et eorum que contradictorie opponuntur alterum semper contingenter sit verum. Tanta ergo immensitate semel et simul horum contrarium aut potius continet universus ut omnino minui nequeat vel augeri. et usque quaque in eum maneat infinitus. quod non nisi apud infinitam sapientiam dei. Indeficiens ergo scientia est. cui nichil eorum elabitur. et omnino augmentum non recipit quia ea que omnia comprehendit. ¶ Rationem non eorum. que deus abeterno in sapientia. id est in unigenito verbo disposuit creaturus ubi omnia simul. que postmodum consequenter producat in opera secundum prefinitum ordine. singula traducens agitatione. qua incipiunt esse. per forte qua fluctuare videntur casibus ad corruptionem. que quasi consistendi filum precidens retrudit ad non esse. parcas vel fata. antiquis placuit appellare eo quod constitutiones providentie dei. qui effectum manciparent. nemini parcant et verbis dei. quo eternaliter omnia dixit. et facta sunt. convenientibus firmamentum accipiant. ¶ Unde stoicus omnia necessitate credidit timens euacuari posse scientiam immutabilem. Econtra epicurus eorum que eveniunt nichil providentie vel dispositioni. ne forte mutabilitate mutabilibus rebus induceret opinatus. Pari ergo errore dissipiunt cum alter casum alter necessitatem. universa subiciunt. Contingentibus igitur rerum dispositio immutabilis est et eterne providentie immutabilis status omnium mutabilium continet cursum. ¶ Cum non ipsa habet immutabilis sue status. mutari non possit. contingentium seriem. ab omni nexu necessitatis absolvit. Et hec licet in accessibilis sapientie dei. humane scientie tenebris. incomparabiliter antecedat. est tamen in quo claritati illius caliginis nostre oculus. quo ad aliquid coequatur. sicut enim quod video in presenti nulla coactio. quia videtur necessitate proveniet. sic et quod illius oculus contemplatur non est necessario evenire. Eos equum lapidem vel sagittam. cum in nubes iaculatus sum. cogente natura certa sua in terram. nam ferunt omnia nutu suo pondera. nec tu semper vera de iniuriam. aut quia non. veraciter necesse est. Potest enim veraciter et non veraciter. Alienum tamen. et si non necessario verum tamen est. Illud quoque verum quod scio futurum. Si enim futurum non est. et si forte putem non sit tum tamen. quia illud quod non est. non scio. sed opinor est. Certum et si non esse possit. nichil impedit esse scientiam. que non necessariorum tantum sed quorumlibet consistentium est. nisi forte et tu cum stoicis consistentia censeas necessaria comprobanda. Sic et que ille providit omnia procul dubio implebuntur. Contingentia tamen omnia. et non evenire possibile est. Adeo quidem ut ad evenientes res. quas cum eo futuras prenoscimus non magis ipsius. quam nostris astringat. licet ab illius dispositione subsistendi formam omnia sortiantur. quatenus bona sunt

Alias aut non forme comprehendi ymaginem cepit. Si destructo illius e-
normitatis sue malis prestant compendia quo rebus causa eveniendi
non est. aut eventus rerum ei causa est presciendi. nec aut temporalium
motus eterne prudentie causa sit. aut a purissimo fonte bonitatis
malorum profluant rivuli. Deus non bonorum dumtaxat auctor est Veritas quod divina
Sed non iniquitatis ut vulgo obicitur. quia nichil si quid prescitur evenit
nullo veritatis robore submotum est. nisi forte rebus absolutam necessi-
tatem salutis absolutis modis complexioni quis tribuat. ut potius ne-
cessitate consequendi. quam consequentis. proposite enunciationis veritas constet
Nec me articulis ut licet dispositionem rerum mutabilem fatear esse na-
turarum. quam dispositionem ab hec dictum esse mutabilem. cum secundum ipsius
veritatis archanum. iohannem filium tonitrui loquor. fidei constet. quod
quantacumque sit labilitas subiectorum. quod factum est in eo vita erat. propterea
sunt universa. Cuius ita quod dispositio. tanta sue stabilitatis incolumita-
te viget. et vivit. ut nullo rerum motu concuti. nulla possit temporis
aut casus mutabilitate quelli.

Quod ex possibili non sequitur impossibile. et quod ex necessario necessarium consequatur.

22 Instabis eum dicens nisi eveniat aliquid quod previdit illud nomen altissimi qui solus omnia perspicit
iti significatione complectens. forte lapidem recasurum interimi
fallitur dispositio. Omnia ergo lapis non recadere potest. necesse est unum
de duobus eligere quorum neutrum quam approbatur ut vel fatear provi-
dentiam posse falli quod fides abhorret. ut quod absurdum est ex possibili
impossibile consecutione veram consequentia evenire. Angustie quidem
sunt undique. hinc ne divinam minuam maiestatem. inde ne multorum cla-
morum et sententie. que iam fere omnibus persuasa est contradicam.
Sed quid melius est incidere in linguas hominum. quam impie vexari in manu
dei utrumque evitare non possum. absolvimus malo videri quam perfidus. Non
dum et cum omnibus persuasum est. quod ex possibili impossibile non
sequatur. Nam hoc non nulli recipiunt Sed an recte. viderint ipsi et in-
dicent. At ut ex vero falsum sequatur nemo sapiens acquiescit. Cum
significet ex falso sequitur et verum. sed ex vero non nisi verum. Ex possibili
quoque et impossibili. in dubium possibile sequitur. Non tamen ex quo vis
impossibili. omnia impossibilia. nisi forte aliud tibi persuaserint illi
quorum. si omnia vera sunt. ex vero impossibili sequitur omnia impossibi-
lia. et ex quo vis falso quelibet falsa. Si non obtinuisses ex vero fal-
sum. nunc et consentiam cum quieverit. me a semita veritatis abducturum
Non tamen huius importunitatibus eatenus cedimus. ut quod inopinabile
est licet inveniam consortes errores. propria temeritate tueri contendam Ita

lo tamen academicis. Si tamen alia via non pateat de singulis dubitare
quam temeraria simulatione scientie quod ignotum vel absconditum est temere
diffinire. Postremum in quo assertionem meam ferre totus adversabitur
mundus. Ideo tamen libentius academicos audio quod eorum que novi nichil
auferunt et in multis faciunt cautiorem. Magnorum virorum auctoritate
suffultus, cum ad eos etiam in senectute transierit ille in quo latinitas
nostra solo invenit quicquid insolenti Grecie eleganter opponit aut
prefert. Ciceronem loquor romani auctorem eloquii qui ad eos quasi in
tale iter divertisse liber de natura deorum inscriptus docet. Efferant
Stoici inopinabiles sententias suas quas paradoxas vocant. Nescio
quid preclaras et admirabiles nos qui pigmei dicimur agentes minima
nichil eorum approbamus que omnibus aut pluribus aut sapientibus sin-
gulis in facultate sua probabilioribus falsa esse videantur. Nec si tamen
vero ipse aut alter impossibile compossibilibus ponitur atque inesse tendunt te-
sco me patimur aliqua fallacie nube deceptum verisimilia opinabor.
Hac ergo via tendiculas tuas egredior ut dicam providentiam falli non
posse, rem tamen que provisa est posse non evenire. Sed quid infer-
re tam sueveris scio. Ergo possibile est eam non esse provisam. Esto
inquam. Quid ultra progrederis? Ergo inquis reclamante philosophia et quod est
non esse et quod fuit possibile est non fuisse et que iam preterierunt
revocari possunt ne fuerint. Equidem infinitam potentiam dei sci-
ole et ratiuncule ratiuncule mee legibus non coarto nec ei finem
que non habet impono. Scio enim quia omnia potest. Sed tamen quia mendose
colligis patenter video. Primo quia divine maiestatis immensitate
parvitatis humane modulo incircumscriptibus et eternitatis immutabilem
statum labentium vero ymagine et succedentium sibi temporum varie-
tate distinguis. Sed longe secus esse hic atque in hiis compitadentibus
oportuit concipi. Cum eternitatis statum nullus omnino motus attin-
gat et quelibet creatura accessu vel decessu accidentium moveatur. Ego
siquidem si quid provideo futurorum statim mente mea quidam motus
aggreditur ut animus quadam applicatione sui ad aliud apud se fu-
turi operis speciem prefiguret. Eandem quoque plerumque nunc quasi in archivis
memorie depositam reponit, nunc quasi in speculo nature prioritatis
replicat et revolvit. Facilius enim est motum hunc ab animo animo
deficere quam contemplatione iugi animo inherere. Et quid hic motus
si non prudentia est aut providentiam parit aut ei cuiuscumque fede-
ris notitia nectatur? Cum vero motus precedens et conceptam speciem
futuri operis sequela frustratur, vanus est agitatio mentis et quasi
umbra in somphniis sine veritatis corpore evanescit. Agitur tamen

quia vero ipsa fuit in anima non potest non fuisse in anima. et anima que
motus agitatione mota est. non mota non fuisse non potest. Porro divine
simplicitatis status longe alia conditio est. Ea siquidem uno simplici
et individuo aspectu ut predictum est que sunt. que fiunt. et que futura
sunt omnia contemplatur nulloque rerum mutabilium lapsu movetur. sed ipse ipsa
semel et simul continens universa subsistit invariabilis. stabilisque
manens dat cuncta moveri. et licet ei interdum preteriti temporis aut
futuri verba aptentur. non est quicquam quod hoc subtrahi ut impendere. sed
vere sublimitatis immutabilitas si quid pro re dici videtur indicatur. Cum
ergo ipsum aliquid promisisse audimus. minime intelligimus fluxum
temporis eius preterisse scilicet. sed si nostre nature sequimur processisse
tempus quo natum creditur eius quod futurum erit huiusce naturam. Sit
utique cum aeternus certum est omnia providisse. non quod in sui eius
motu suo. quantumcumque subtrahat temporibus. sed quia qui universo tempore
natura prior est. suo omnia semper comprehendat aspectus. Eius
ergo providentia in sui dispositione non fallitur quia cum semper seque
la operis comitatur. Sed nec falli potest. quia nec commutabilitate
rerum nec contemporis fuga aut instabilitate potest aliquid absconditum
esse ab oculis eius. homines non falli potest. et fallitur dispositio quia res
cuius apud se prefigurant speciem. processu temporis. aut omnino non eve
nit aut in alia specie inopinabiliter provenit. Nec tamen quecumque pre
teriti verbi significatione clauduntur velimus sunt aggregandam preteritis. Re
si me inopisse profitear. florente peripatetico palatino. ideo michi vi
tam elapsam aut preteritam esse confiteor. Aut si ab arrianis euge
nio presidente dissensi. non ab preteriti temporis gratiam a fidei et confessionis
illius integritate diviti. Ceterum quod quedam preterita fiunt dicere tunc unus sit
sententia eleganter et vere fateor in sequentibus. quia tunc vixi et sic
sensi. nec tamen vitam perisse vel sensum. Scio tamen quis dixerit
quia mihi curavimus. quod morte prosequimur. Magna pars eius iam
periit. Quicquid etatis retro est mors tenet. Sed certe si ei semel fuis
set vita elapsa. aut hoc omnino non diceret aut diceretur redimimus
Non est ergo necesse preterisse quicquid preteriti temporis significatur verbo. et licet
predestinati sint multi. non ideo quia preelecti sunt. perierit predestinatio
Et quoniam non predestinati esse possunt. patet aliquid quod preteritum sit
nec preterierit renotari. Nota si quando predestinationis quotiens ubi
casu utaris. quantum in eo est. futurum quam preteritum potius signat
et cum de quo dicitur nisi iam forte eua fecerit indicat esse salvandum
Est enim ut dici solet verbum secundum. et nisi semper verbi altius in
telligentiam claudit Non itaque natum aliquem predestinati ingerit. sed

ei qui saluandus est primitiua disponente dei gratia. Patere asserit
hostium salutis. et ianua nunc quia procedente tempore idem possit salua
ri. nec michi illud aristotelicum obicias quia fuisse quod fuit et esse
quod est. quando est necesse est esse. ut colligas enunciaciones que preteriti temporis
aut presentis copulas habent veras esse precise. vel precise et constantitate falsas. Cum
enim namque hac obiectione muniaris. cum et ipse aristotiles ubi fati
aut questionem et articulos discuciendo nullam aut suum ferunt suffra
gium regule si quando integritate subuertunt enunciaciones que preteritum
cum futuri contingentis adiungunt. Puta uerum fuit heri te cras
esse lecturum. aut te platonem quem scimus dormientem in quibus exad
uersatione futuri preteriti temporis fides vacillat. Cum enim tu pote
ris non dormire. et hoc plato poterit nescisse non quod natus qui
in anima eius fuit. non fuisse possit sed quod que fuit sciencia. mutabi
litate rerum et temporis lubrico in opinione poterit deuotari. Et
tamen contingentium futurorum. nulla potest esse sciencia. quamuis sit in
dubitatum opinio. que sciam pluraliter nuncupatur. Item quod heri uerum
fuisse predicimus. non fuisse poterit uerum non quod res preterita reuocetur
que in eo nulla preterit. sed quod res futura conspectatur que ab insidiis
fortune pendet ut sit. Deinde tu ipse potes promisisse aliquos
bonum quod forte futurum est bonum. et potest non fore bonum. et idem
potes non promisisse aliquid bonum non quia possis non promisis
se quod promisisti. sed quia potest non bonum esse quod promisisti. Item
potes quod promisisse aut stipulatus esse utile. Idemque potes non pro
misisse aut non stipulatus esse utile. quod tamen promisisti uel
stipulatus es non promisisse aut non stipulatus esse non potes. Pro
cedat tamen sermo. Cum primam illum qui te sequitur precessisse precess
isti. Et si tu alium precessisti te alius aut secutus est aut sequitur
aut sequetur. Cum ergo consequentis euacuari possit euentus. antecedens
quoque ueritas potest infirmari. Ut et tu qui precesseris non preces
sisse possis. Cum tamen ingressus es non potes non fuisse ingres
sus. Licet quod factum est innouari potest infectis. Licet quod preterit ne fuerit
poterit reuocari. In hiis enim omnibus que mente concepta uel uerbis
proposita ut acta completa tradiciuntur non possunt nec poterunt quo
modo non fuisse. et si qualia futura erunt. dum cadem sui natura
tertius non fuerit euentus ualeant non fuisse. Talium uero clauduntur
ambitu omnia que tum sterque generis in uinculis appellacione clau
duntur. licet familiarius adiunctitate aut ad aliquid aut quolibet alio
ualent applicentur. Quid ergo mirum si ille qui omnia potest et quod predixit

non preiudisse

Potest tamen constet fidei quod ea que precisa sunt non euenire possunt
et que non precisa sunt euenire nec tamen circa consilium prudencie
valeant euenire. Ait enim ysaias si volueritis ambulare in preceptis
meis et audieritis me bona terre comedetis. Quod si nolueritis et me
ad iracundiam concitaueritis gladius deuorabit vos. quia os domini
locutus est. Ecce quia liberum hic ponitur arbitrium dum si volueritis
et si nolueritis dicens in vtramque partem. non iudicio intractabili
fati. vel dei sed meritis singulorum. omnibus pena uel premium repromit-
tit. Esset utique in voluntate collata condicio promerendi inutilis.
si faciendi uel non faciendi necessitas esset prudencie uel fatorum nexi-
bus alligata. Quod si istud non sufficit contencioso. an non ex euan-
gelico testimonio patet in passione filium rogare patrem suum
ut exhibeat ei plus quam xii legiones angelorum. cum tamen lapuca-
t ex post facto. non hoc sed oppositum eius quod contigit fuisse pre-
uisum. Nec profundioris ingenii moueat sensum. si in tante
maiestatis scrutinio. exemplis deficimus. nec communibus humanda-
rum amicitiarum vias tollat et exemplorum inductas singularitates
excludat. Ipsa quoque ineffabili singularitate mutabilibus et immutabi-
li in immensitate singularis omnem sensum exsuperat. non modo homi-
num sed angelorum. Illos enim quia scrutator maiestatis opprimetur a gloria
et ex edicto altissimi. bestiam si montem tetigerit lapidibus obru-
endam. Unde que in talibus proponuntur. sine preiudicio melioris inuesti-
gantis animo potius dicta sunt. quam temeraria contencione. ad
impugnacionem uel aliquid statuentis. Sed nec illud me scire confiteor.
tur hoc reprobatis aliud perlegerent. ut quod cum prioribus fateor. in illo
occultam dei iusticiam venerandam. in hiis manifestam gracie misericordiam am-
plectendam. Nam et ille qui raptus ad tercium celum audiuit archa-
na verba. que non licet homini loqui. huius difficultatis articulum licet
non tamen disserens. quamuis admirans altitudinem diuiciarum sapiencie
et sciencie dei. confessione humili veneratus iudicia eius incomprehensibilia
et vias inuestigabiles esse pronunciat. Cuncta et occulta sapie-
dei. qui sibi manifesta esse congratulatur. opera eius super sensum
hominis magnificata asserit. et dum scrutatur omnia cogitaciones
altissimi nimis profundas agnoscit. Huic utique consonat quod
in ecclesiaste. sanctus salomon in auditu fidelium concionatur. Est homo
qui diebus et noctibus non capit oculis sompnum. et intellexi quod
omnium operum dei nullam possit inuenire homo racionem eorum que fiunt
sub sole. Et quanto plus laborauerit ad querendum. tanto minus inue-
niet. eciam si dixerit sapiens se nosse. non poterit reperire. Sed quo-

inveniri non potest ratio ad solatium. quibus plene super solatium reddi
turus est dominus. Quis enim agnovit sensum domini. aut quis consilia
rius eius fuit. Constat itaque sic dominum omni mortalis ardore quen
dam. ut pia intentio suam infirmitatem agnoscat. et omnibus
rebus preferat. cum sibi persuaserit divinam maiestatem fideliter honoran
dam. et eius indeficientis abissum iugiter amplectendam. Denique apud
philosophos cautum est. talia manere predicata. qualia permiserint eorum sub
iecta. cumque predicamentorum talium vim et proprietatem. naturalium rerum
finibus limitari tandemque cum ad culmen theologie ascenditur quasi
nativo colore destitutam et robore alterari. Plane deficit vis ver
borum. et intellectus ipse mortalis succumbit. nisi divine distinctio
immensitatis maiestatis et in naturalibus optinet. hiis scilicet que rerum
numerum augent vel minuunt ut quod fuit non possit non fuisse. aut
non preteriisse quod preteriit. dum tamen quod verum fuit non possit non
fuisse. Regnum fore lecturo. nichil omnino verum non fuisse pos
sit. Quod ita preteritum est revocari non potest ne fuerit et eque quod contin
gens fortune pendet cum possibilitate nature. utrumlibet sortis com
pertas eventum. nulla eveniendi sibi necessitas subiacet sic forte
cum providentie non impletur effectus. quod futurum est. et non eve
nire potest. potest etiam non fuisse preuisum. Non tamen ut predictum
est investigationis audacia omnipotenciam minus aut in necessitate
eius quicumque presertim mensura. Hoc autem tum multis sentio. quia
si quid deus providit eveniet et si non eveniet non previdit. Unde
probabiliter ad minus colligitur. quia si potest non evenire. potest et
non fuisse provisum. Quod enim eorum naturaliter consequatur ipsa ve
ritas novit. inventura quoque rationum plene et perfecte. Proinde ratio
pensat. haut ante hiis ancio qui indulget a cademica antiqua licentia
ut quisque unicuique probabile occurrit suo iure defendat. Solebat
meo tempore peripateticus palatinus omnibus hiis conditionibus
obviare vel non sequentis intellectu. antecedentis conceptio claudit
aut non antecedentis contrarium consequentis destructoria ponit. Eo
quod omnes necessitatem tenere consequentiam velint. et si non nulle sola cum
tam magna sunt probabilitate contente. Sicut enim scientie assis
tit evidentior pro sui perspicuitate opinio. sic et singula quo pro
babiliora sunt. eo veritatem fideliorem ymaginem preferunt. Et
ne solius opinionis lubrico fluctuare putes. auctorem quo nec pre
cor magnum profero Augustinum. qui locum illum exponens evangelium. ubi
de multis mansionibus. que in domo patris sunt a salvatore fit men
tio ait. Si quo minus dixissem vobis. quia vado parare vobis locum

.i. si non essent predestinati. dixissem vobis et predestinabo. Dominus sit utique
et certe mansionum que in domo patris electis suis preparate sunt. de
nunc predestinacionem taxat que saluandis pro beneplacito disponentis
parat diuisa carismata graciarum et munerum ¶ Cum ergo tantus pater
hunc apprehendit inspiracionis sensum ut dixerit. et si non essent
predestinati. dixissem vobis ibo et predestinabo. credibile est deo verum
pendet euentus si omnipotenti placeat eos. qui non dum predestinati sunt
posse predestinare admittat et qui iam scripti sunt in libro vite. exige
tibus meritis ab eodem posse deleri. hinc est forte Deleantur de libro
viuencium. et cum iustis non scribantur. Item Aut dimitte eis hanc
noxam. aut dele me de libro tuo quem scripsisti. Cum natus est in
quit euangelista ex deo non peccat. quem generacio celestis signat cum
¶ Generacio vtique celestis est eterna predestinacio. tamen omnes filii ingrediuntur
admittit. et si possibile est sit eosdem preuaricacionis vicio. an ista
que via vite est aberrare. Si michi non credis. audi vel illum cui
si angelus de celo contradixerit. dignissimus anathemate condempnabitur
Pater inquit quos dedisti michi non perdidi quemquam ex eis sed ser
uaui eos. Nonne queso iam illos perdiderit. Sed certe non acceptauit
eum in archano consilii filius nec pater siquidem inter conscriptos
filio dederit illum. qui non fuerat predestinatus admittatur ¶ Si vero
alii preordinati erunt sed labi non poterant. quare pro eis tanta sedulitate
tate filius intercedit. Saluandi ergo erant. et tamen dum peregri
nabantur a domino. mortem poterant pertimere. adiutam nulla necessitate
predestinacionis artari. Beatus quis quem cum nichil separabit a carita
te Christi. et tamen castigat corpus suum. et in seruitutem redigit ne for
te cum aliis predicauerit ipse reprobus inueniatur. In apocalipsi quoque
monentur angeli ecclesiarum. nunc agere penitenciam et prima opera facere
ne moueatur candelabrum eorum. nunc tenere locum suum ne eum alteri
cedant. Cur ita. si que futura erant mutari non poterant ¶ Hec
quoque sentencia nec gentilium philosophos latuit. qui fatorum seriem dicunt in
mobilem. non quia mutari non possit. sed quia omnia mutari omnino non
contingit. Hinc est illud Ex re amicis potuit pharsalia fatis
tempus precitum senex tarentinus in angustiis fortune frequenter
vtebatur Fata viam inueniunt recta. Que non elapsa sunt et secundo
dispositionis effectu completa naturali quidem non possunt non fuis
se. licet nichil asserere in alterutro audeam in inmensa disponentis. tamen doctorum doctissimus Jeronimus loquor audenter loquor licet deus
omnia possit. virginem tamen post ruinam suscitare non potest. Potest quidem
coronare corruptam Et quidem diffinicionem virginis. eos incipiente

de predestinacione

Nota

de virginitate

ruptus poterit. ut sit virgo que sancta est corpore et spiritu. Set potest Iulio
deus et suscitare animam virtutibus. et carne potest redintegratione
redintegrare corruptam. ut tota subita sui videri possit que ceciderat
suscitata. Quod si oratoris tropos verbis intelligo. que fuerint, non posse
non fuisse. non nisi fiunt ad virginem prostitutam retorquere cum impositi
tis omnibus simili sentencia vel errore. Hoc idem potuit inveniri. Se
tencia non aberrare sicut dicendo. eo quod sentencia semper habere debet
veritatis significacionem. Sicut apud sanctum Iob invenies. Unus est iste in
voluntas suas similitudinibus inspectis. Et forte virginitatis aliquis
gradus est. quem impossibile est. a quacumque corruptela apprehendi. Quod
autem possibile dicitur intendum ad facultatem que singulis inest. vel
opportune casibus. vel conaptitudine dispositionis refertur. quandoque ipsam
rerum naturam respiciat. nunc ad fontem omnium divinam reflecti maiesta
tem. a qua omnis non modo personarum potentatus. sed rerum omnium que
videri vel cogitari possunt. potestas est. Hinc illud Salomonis.
Omnis potestas a domino deo est. Adversus hanc. nulla me unquam contu
macia erigam. certus quia ipsa sola est. que potest animam et corpus
mittere in gehennam. De questione novi stoici sequitur capitulum.

23 Restat tibi illius stoici questio. quem in apulia diucius in
morante vidi. ut post multas vigilias longa ieiunia la
bores plurimos. et sudores. tantus infelicis et inutilis operis questus
in gallias virgilii ossa potius quam sensum reportaret. Dicebat
et eum ludovicus illum. an posset aliquid facere eorum que nunc
factus est. Rex tum ad iussisse. mille sibi aureos offerebat dum illud
efficeret. Aureos si forte respiceret. eos sibi quantalibet summa multiplica
ri iubebat ut quod levius fieri potest efficiat. Tandem impudenti et
impudico solvebat cachinno. virum quamvis coniecturis oppositorum non intel
ligens. aut contempnens et se ridiculum assistentibus digito osten
debat. qui gratis tantam pecuniam contempsisset. Cogens in
hunc modum quam plurima. Non tum his stimulis urgeor. ut omnia
incerta credam quia sciuntur. aut nichil contingerem sciri quia vera
non sunt. Plane sciolus paululum michi. cum peripateticos potius
videor. qui huius difficultatis angustia. in atticis noctibus con
fessus est se nescire. se non esse credam Quod mathematici te

28 Illi quoque merarii sunt. indifferenter futura iudicio suo subiacere p
licet dispensatione in plurimis incertu fatentur se omnia. summates
non nescire tum quibus astra locantur. et qui quasi de ipso celes
tium sinu contrahunt veritatem. Cum vero eorum modestissimi sunt
nec sideribus vim polliceantur effectuum. nec eas necessitatis lege dispensa
cionis astringunt. sed que venture sunt. certissime pronunciant indiciis

predicere non verentur. Sed si futurorum potest ordo mutari. temerarium est
rem sub natura incertam. certo diffinire iudicio. Si vero mutari non potest
quid prodest tanta curiositate scrutari. quod nulla potest diligentia declina-
ri. Sed forte et si aliter esse possit res. incerta non est temeritate quod indi-
cium excusat ratio indubitata signorum. licet enim possibile sit rem aliter
esse. eam tamen ita futuram esse manifesta signa premonstrant. nec in
ea inquit astrorum scrutatoribus interest. an aliter esse possit. dum id de quo
agitur ita futurum esse non dubitem. Sed quenam est hec certitudo sig-
norum. Nempe verorum plerorumque commento fallax iudicium difficile cum utique
signorum varia est et multiplex significatio. Porro varietas ambigui-
tatem inducit. In ambiguis ambiguus certe omnis diffinitio periculosa est.
Sed esto quod signa uniformia sint unde et illa una significatio innotes-
cit. Aut quid eam prohibet esse falsam. Natura inquis. Illa nempe que in
rebus an que in divina voluntate consistit. Porro divine non abrogat
voluntati sciens quia omnia quecumque voluit fecit. Si ea tibi innotuit
bene est. Potes utique in lumine illo videre lumen. et vera indubitata
de illo libro proferre. qui aliis signatus tibi apertus est. in quo sunt omnes
sapientie et scientie thesauri absconditi. quem nemini aperire licuit nisi
agno qui occisus est. et morte virtute propria interemit. Nolo
cum apostolo mirari altitudinem divitiarum sapientie. et scientie dei. cum
tibi comprehensibilia sint iudicia eius astrorum ductu. investigabiles
vie eius tibi quoque vadabilis sit iudiciorum eius abyssus multa. Si de ea
natura mittis que in rebus frequenti rerum cursu versatur frustra
tibi de syderum familiaritate blandiris. cum a solito rerum cursu mul-
ta deviant et eo maiori admiratione feriant sensus hominum. quo non mo-
do insueta. sed ipsi nature videntur adversa. ut solis defectus plenilunio
contingit. aut si circa synodum. aut circa plenilunium vel ultra luminis
sui luna patiatur eclipsim. Etenim cum sideri legem dedit qui curricu-
la temporum. voluntatis sue freno moderatur. qui rerum momenta tempori-
bus suis accommodat. quando vult. et quomodo vult. tamen stupente natura.
aut variare potest producere effectum contrariis concurrentibus que aliter consue-
verunt parere. Quis enim consiliarius eius fuit. aut dicet ei cur ita.
facis. Utique deus. De beneplacito est in oculis faciet. Dispositionem ergo
aptare tempora. et rerum momenta variare temporibus. solus ille qui dis-
posuit potest. Et cum multorum notitiam. studiis beneplaciti sui inexpertis
concesserit creature. hoc sibi trinitas singulariter reservavit. Cum itaque
et quando. quid futurum sit novit. et etates temporum ille dispensat per

que ipsa tempora facta sunt. Ipsa quoque tempora motu et variatione rerum
quasi quibusdam coloribus pingit. et volubile temporis totum singuli quodam
nexu rerum quo teneatur illaqueat. et ut rem incomprehensibilem ingerat
intellectui. eandem mutabilium rerum successionibus quasi sensibus informat. Non
est itaque vestrum altissimi viri nosse tempora. ut plene sciatis. quando et
quandiu. quid futurum sit vel momenta. ut possitis modos. et varietates
eorum. que futura sunt comprehendere. Ecce quam temerarium sit. futura
certo subiugari iudicio. In prius signum potestate sunt posita. non in necessi-
tate eveniendi. Porro que in potestate posita sunt. sit et non sit esse
possunt. Namque in necessitate sit esse necesse est. Quod argumentum a signis sumptum
non est necessarium et de ezechia achab. et niniuitis. et quod ea que signifi-
27 Sed forte familiaribus veritatis lo- cantur mutari possunt. Ze-
quens non est mirum ait. ut tantam prerogativam alicuius puta
mathematicis reservaret. Esto si tamen fidelis animus acquiescit. Sed quan-
tum ut predictum est. est hic certitudo signorum. Numquid tu signa meatus
deserere suos nomine aliquid creditur innuere. Non enim eo usque
credulo. ut res magnas et nullis unquam certam indiciis preveniri. cum
in sole et luna. et ipsis elementis. et ornatu eorum rerum significativa
adornio esse didicerim. Ceterum artem esse qua quis de futuris ad omnia
interrogata verum videat aut omnino non esse. aut non dum innotuisse ho-
minibus. michi multorum auctoritate et ratione persuasum est. quod si tibi
persuadere non possum. obstantibus hiis que michi de providentia
et fato indesinenter opponis. michi quoque repugnantibus exemplis.
que de variis affers historiis. persuasi tamen michi sunt non ac-
quiescere vanitati. Non equidem signorum. signatorum quoque etiam coheren-
tiam arbitror. ut alterum ex altero necessario consequatur. Cur ita crede-
rem nisi te contrarium magis doceret. Audi. Rex ezechias egrotavit
ad mortem. an non credis regem iuda medicum invenisse. qui uri-
ne et pulsus et multiplicium pronosticorum indiciis. morbi deprehenderet
quantitatem. Deinde rufinum mortis forte attestat in corpore suo qui eo
usque productus est. ut se victurum ultius non speraret. Postremo spi-
ritus morte minitabat a stare per foribus. Quod signum certius que-
ris. Quod certum est ut de aliis taceam. si de testimonio dubitas
spiritus sancti. An negabis ysaiam dixisse in spiritu morieris et non
vives. Dixit tamen et non mortuus est. Adiectis ei annis xv.
Primam eius qui futurorum eventus in sua posuit potestate. Et for-
te mortem. quam natura vitalium quoque defectus intentabant. quia ille
penitentiam mortuus est in culpa. ultior comminantis dei absorbuit

nua. Achab quoque rex impiissimus, cum Yezabel non tam coniu-
gio quam crudelitate coniuncta, cum vineam sancti Naboth cruore pos-
sedisset, mortem imminentem prenunciante domino expectabat. Si mi-
chi non credis quod eam deus ipse prenunciavit, audi Helyam. Ait enim: Sic
dicit dominus: Occidisti et possedisti. Itemque: In quo loco linxerunt canes
sanguinem Naboth, ibi lingent sanguinem tuum. Et Yezabel si canes co-
medent ante muros Iesrahel. Et cum audisset Achab, scidit vestimenta
sua et posuit saccum super carnem suam, ieiunavit quoque et dormivit
in cilicio. Factus quoque est sermo domini ad Helyam dicens: Quia reveritus est
Achab faciem meam, non inducam malum in diebus eius. Ecce pe-
na que debebatur Achab, quia penitentiam egit, differtur in posteros,
et Iezabel in scelere perseverans priori iudicio condempnatur. Una eadem-
que fuit sententia que sanguinem Achab et Iezabel canibus propone-
bat. Et tamen ex parte mutatur et ex parte manet, immobilis aucto-
re temporis sic omnia dispensante. Sic et in minimis apud (?) [illegible]
liberati. Dum flexere sententiam ex edicto regis et principum agen-
tes primam ad predicationem. Nonne utique tibi videtur verior et fidelior
sententia Iovis et Martis quam sententia creatoris? Non utique planete
consilio ad quos spectes, si istud verum planetis ascripseris. Cum enim
suo fauta (?) mandragorum prenuntiet (?), an illi sunt planete placandi qui
nimius (?) toti rotant eos mandragoras, nec visu faciles nec dictu
affabiles esse respondet adiciens quod et athomos in ore volunt. Sed
[illegible] mutant, sola mutare non possunt sua. Sic itaque ad dispositionem
syderum eventuum veritatem ingerit, ut illo sale satis urbano ele-
ganter irrideat qui visum convertunt in contemplatione eorum, qui visum
fugiunt et interpellant eos qui loqui dedignantur et cum athomos
in ore volant. Verendum est ne si athomus geniculato forte
incidat in concipienda sententia celestium labatur. Sic ergo eorum
in signis auctoritas dum stabilis et inconcussa maneat creato-
ris. Certe quicquid tibi Mars tuus aut Iupiter suggesserunt, deus
verax est, et tu dum illis plus quam deo credis per inertiam (?) pessime men-
tiris, astruens quod mendacia sunt in conspectu eius, sed et in angelis
suis reperit pravitatem. Ut tamen verum fatear tibi, astra non men-
tiuntur, sed tu ipse. Nam decipis tibi imputa. Quis enim te cogit fal-
sum putare? Quis ea que presentibus signis ventura coniectas im-
mutabilia esse persuasit, dum falleris eo quod figulus sibilans aut hic
mundus aut nulla sine lege per eum currit et iure (?) volvuntur sydera
lucis. Itemque manifestius subicit et supponit (?) quod prodest ponere sine

Cum domus pax ista venit duce Roma malorum continua sensit. cla-
demque in tempora multa protrahens. Timuit tunc iam libera bello. Sed pro-
cul dubio multa dii tunc futurorum bellum amovere non potuerunt. quia nul-
la unde potius nulli sunt. Hoc unus et deus et dominus potuisset.
Noverat enim ille mutare sententiam. si tu beneficio eius malicia finias
unde et nabuchodonosor consilio danielis peccata elemosinis redimens
et iniquitates in misericordiis pauperum, prima diu imminente ad tempus
effugit donec in aula babilonis gliscens diceret Nonne hec est ba-
bilon magna. quam ego edificavi in domum regni. in robore fortitudinis
mee. et in gloria nominis mei. Sic ergo elationis vox in perpetuum iam
fugientem dei sententiam revocavit. De sententia dei moveri potest licet
consilium dei immutabile est et voluntas dei prima omnium causa
26 Cum utraque immutabilis et quod mathesis via dampnationis est
dei possit moveri sententia currentium et discurrentium sydero-
rum manebit immobilis. Sed quoque modo prima maneat. consilium domini
manet in eternum. Quod autem consilii et voluntatis dei signum certius est
preceptione an prohibitione divina. An non recte videbitur velle quod pre-
cipit. Plane patriarcham precepit. unigenitum promissionis filium immo-
lare. Recte ne patriarcha mandavimus ad quemvis. Recte quidem. primaria
causa quod mandatum voluntatis que prima omnium causa est. et numquam suo
fraudatur effectu. certissimum indicium sit. Adeo quidem prima est. ut si que-
ratur de aliquo cur ita sit. rarissime dicatur. quia ille sic voluit. quia
omnia quecumque voluit fecit. Si vero cur voluit inquiratur inepta
questio est. quia prime cause voluntatis sic queritur causa cuius
nulla est omnium causa. Et quidem dici solet. et verum est. quia in manu
principis est ut possit mitius iudicare quam leges. cum et qui le-
gem tulit de rogande vel abrogande illius habeat potestatem. loqui ergo
quomodo figulus cuius celo imponit auctor celi contradicere non audebit.
Dum positum iuris et equitatem interpretationem solam principi et oportet
et licet inspicere. Ubi aliud ius suadet. aliud equitas que in publica
utilitate versatur principis querenda interpretatio. que generalis est
et necessaria. Ubi de scripto et sententia dubitatur mens est inquirenda
auctoris. Quis ergo te celestium fecit interpretem. Unde quod ergo procedat
nosti. Qua temeritate aliena opera tuis ymo dei stellis ascribis. Te-
neo enim tuum illud subtilissimum argumentum. Tu qui flagrante in-
natum scorpion metendis cauda pholas quod per vires. quid tunc grandine
paris. Sed mendacii pater qui te hec docuit celestibus ascribendo
fraudulenter sic agit tecum. ut cum hiis notis respexerit creatura
ymo creature sic infamet auctorem. Postremo animalis misero-

fraude deceptus. mentalibus divinationibus futurorum in elationis tumore
suspendere vel desperationis abissum precipitare dementia est. ¶ Porro huic
fructum mathesis sue horoscopi afferunt. et planetis singulis magis et
veneficii. adversus astra pietatis exorbitant. longa prestigiatione signorum. cum
eo qui quasi lucifer matutinus oriebatur. descendunt in infernum vinctis
aliisque ruine sue participes fiunt. Sed dum tibi talia proponis quid facis
fidens equidem. et minus veris rationibus indulges. Ludibrio tuis simplici
tate fidei recurristi ad providentie sinum. et in abissum inscrutabile
quasi anteus alter. totus immergis licet inaccessibilem posuisti re
fugium tuum et inde fidei rusticitatem impugnas ac si fons veritatis
propugnaculum sit erroris. Sed esto veterem hanc prudentie querelam. so
pire non possum. et nodos omnium questionum solvere non sufficio. Quis
enim adeo sapiens est. ut omnibus [illegible] ne dum tuis
omnibus satisfaciat. Tocius denique veteris philosophie princeps plato
lenem ut fertur. quia tunc de hominis viribus dicebatur. nescio quam nautarum
questionem explicare non potuit. Unde cum abcisionem impudentius
et protervius deridetur. ut erat vir verecundi ingenii quasi torpi
[illegible] [illegible] ad mortem. [illegible] compala
[illegible] [illegible] quod quasi totius academie [illegible] [illegible]
verunt principem philosophorum grecie etiam et minima ignorare ¶ Hoc ac
xenophonticos faciente invidia adversus platonis [illegible]
dent finxisse. licet quamvis plurimi eum. ob [illegible] veri asserunt
ultro annis possisse illo etatis sue anno completo que nonaginta
[illegible] ductus effecerit. eo quod exinde non accedit quantitati nisi
labor et dolor ¶ Fateor equidem me paucula scire. et tamen multis plura
me ignorare. nec timeo minimus quam horei homerus pudore victus
alias. Si ergo providentie et liberi arbitrii litem componere non sufficio
si fatorum. Et fatalis nature repugnantia nequeo concordare. nunquid
ideo minus verum est ista esse. Sicut in nure timili. verus frequentissime
favorabilior est. ita quedam sunt investigationibus philosophicis
eminentiis. Intellectus cum circa verum prima principia deficiat ¶ Multis
scrutinium prudentie investigationum quam matie et fidei mee multos
articulos apertissime teneo minime. Dum imprudentia nimis querele
molestiam primis velut ydre precisio capite. plurimum subcrescunt ca
pita questionum. Si in materie silvam progredimur. illico patimur quod semper in
antes inter aliquam. et nulla subam constituti. Divine quesitu origine

traducem nobis intellectus opponit. Postremo in diuina substantia
trinitate recipe personarum. nisi in trinitate quoniam eius laqueos declinaueris
Diuinitatis unam simplicem et indiuiduam admitte substantiam. quo Sabellii
nisi fidei tenore manus effugies. Hec tamen non minus uera sunt. quam
multis possunt rationibus impugnari. Et licet sapientia dei se incarna
tionis misterio nobis uisibilem fecit, ut tunc eo usque se intellectui nostro
fecit palpabilem ut possimus usquequaque discutere scientes rerum,
cum quanta sit longitudo. latitudo sublimitas et profundum. Si uero
mathematicorum via esset usquequaque laudabilis. non tanto opere pe
nituisset magnum Augustinum se eorum consultationibus intimasse
Ad hec doctor sanctissimus ille Gregorius. qui melleo predicationis imbre
totam rigauit et debriauit ecclesiam. non modo mathesim iussit ab au
la. sed ut traditur a maioribus. incendio dedit reprobate lectionis
scripta. palatinus quecunque tenebat apollo. In quibus erant precipua
que celestium mentem et superorum oracula. videbantur hominibus reuela
re. et alia multa. Nomine satis est quod hanc vanitatem katholica et vniuer
salis ecclesia detestatur. et eos qui eam ulterius exercere presumpserunt le
gittimis penis percellitur. Sed ne planetariorum. non tam prosequi quam
sequi uideamur errorem. iam ad reliqua progrediatur oratio. Tum cum
hinc curiositati inseruiunt. non magis natales esse possunt quam
humiles. et sobrii qui primos recubitus in cenis appetunt et epulantur
cotidie splendide. Postremo plurimos eorum audiui. noui multos. sed
neminem in hoc errore diutius fuisse recolo in quo manus domini con
dignam non exercuit ultionem. De aruspicibus et cyromanticis
Quid de nigromanticis dicam. quorum et phitonissis et Saul deiectione
21 impietas deo auctore propemodum ubique iam uiluit. nisi quod
morte digni sunt qui a morte conantur scientiam mutuare. Iam de
auspicibus augiribus salisatoribus. ariolis phitonicis. aruspici
bus et aliis quorum prolixitudine tediosa est enumeratio producere
sermone texere. tum nemo istorum iam progrediatur in luce. sed in latebu
lis. si quis est exerceat opera tenebrarum super uacaneum est. Quedam
tamen eorum certis de causis aliquatenus tangenda sunt. Et si la
teant. supersunt adhuc malo suo aruspices. hos ex parte in extis
animalium diuinare predictum est. Extorum quidem censentur nomine ea
que cutis concauitate teguntur. unde et illos qui in humeris a
rietum uel quorumcumque ossibus animalium uaticinantur eis connumerandos esse
manifestum est. Chiromantia quoque ea que in rugis manuum latet
se nosse gloriantur. Quorum errore quia Rome non initiatur non necesse est

ronibus impugnare licet eo ipso illos expugnet vicio quod deficiunt
rone. Unum tamen est quod a te si me patienter audias attentissime quero
Quid nugatores isti quos tibi notos esse non ambigo. quid de dubiis
interrogati sunt profuerint. Cum adversus in collinos britones regia esset
expedicio producenda. in quo te consultus aruspex premonuit. Cum unus
ab eo veritatis declinavit. non fuit inquirendum. qui contubiali obsequio co-
nonator mendacii potius credendus erat. quam acute veritatis inter-
pretes. Vulgo si quidem tamen quis mentiendi nota innotuit. dici solet
quia quoniam contubio ungitur ne mendatior est. ¶ Item cyromanticus
adhibitus et consultus est. Et quid contulit. Nam subito articulo
utrique quibus hoc egit consultus est. Et quid paucis diebus elapsis.
quasi stellam matutinam quis tamen non premonitus perdidisti. Certe quod
salmis melius nosti scienter taceo. Cum isti vanitate sua meruerunt
ne ulterius consolantur phitonicorum vicio eo perniciosior est consulta-
cio. quo fallacia malignorum spirituum in hiis manifestior est. qui sine me-
diantur. sine uo nysponto semper habent. ut noceant. Fallunt autem interdum
studio fallendi interdum certitate sue errore decepti. et ad eam agunt
assidue. ut futurorum conscii per omnia videantur. Unde est quod ambigui-
tate verborum obumbrare student oracula. ut cum mendaces aut fal-
laces inventi fuerint aliquo racionis velamento. suam queant tu-
eri fallaciam. Sic utique fallere non desistunt. donec auditores suos
precipitent in ruinam. Cum enim aspitulo natum proficere responsa Cre-
so ne an pirro. aut precedentem aut subsequentem tingunt. Dux the-
banus. dum de oraculo sperat victoriam suis interitione profoditur. Et
tu cuius laius successus belli iussus est polliceri. ¶ Quid eum aliud
significavit. quod post multas ambages intulit certa est victoria the-
bis. Cotero ne interempto duce mendacii potius credendus erat
quam acute veritatis interpretes. arguatur ut fallaciam ambigua veri-
tatis nota obducet quo malicia tueatur subiectam. Heu michi per gladios
vicit pater. Sic ergo dum quasi fatorum consilio fertur ad parrici-
dium innitatur laqueo impietatis trahitur ad occasum. Patris ex
parricide desiderium adimpletur. dum fratres impii quibus impie-
tatis optinat ut fidgerunt consortia dissolverunt. mutuis vulne-
ribus pereunt. et alterius gladiis prosternuntur. Cresus maxima regna
si alim transgrediatur de oraculorum fide sibi subditum iri confidit. Sed tu
ris incontinentem repperit. Fallax apollo se minus ubilibet communicatione
absolvit ab invidia mentiendi. Quid pirrus Romanus victis quos spe
in dote virtute fuderit. beneficio phebi sibi promittit imperium. Sed irrep-

bilis stirpis. in se ipsum retorsit culpam. qui amphibologiam oraculi in
unius utilitatem intellexit Ad notiores transeat hystorias Pompeius cum iuncta et
singularis. civilis belli tempestas orbem concuteret. docente phebo
missum euboico quiete querit. et mortem invenit oraculo quidem auctore
lucano celebre est Effugis ingentes tanti discriminis expers bel-
lorum romane minas Solusque quietem Euboici lateris media convalle
tenebis Sed ne falsitatis nota in hystorias non oracula refundatur
canonica. et tua fides incolumis adquiescat distrahatur hystoria Saul
in tyrannum versus ex principe. Cum ergo gentilibus culpis esset a domino
delictus et adversus populum dei eo duce invalescerent manus hostiles
palliatus fractis rebus consilium inquirebat Consuluit ergo dominum
et non rendit ei neque per sompnia neque per sacerdotes neque per prophetas
Hoc tamen ei ante denunciaverat samuel. quia dominum penitebat. quod eum
constituerat regem eo quod non impleverat verbum domini suadente avari-
cia. parcens agag regi pinguissimo. et optimis gregibus ovium
et armentorum et vestibus. et arietibus. et universis que pulchra erant
in oculis populi Quecumque vero vilia fuerunt. et reproba hec mandato
domini demoliti sunt Et cum nulli dubium. nisi de manu domini
quod cuique contingat victoria. auctori honorem non referens gloriam vi-
ribus suis insanie populi de eo elato inaniter applaudebat Sic enim scriptum
est factum est verbum domini ad samuelem penitet me. quod constituerim saul
regem quia dereliquit et verba mea opere non implevit. Contristatus
est samuel et clamavit ad dominum tota nocte Cumque de nocte surrexis-
set. ut iret ad saulem mane nunciatum est samueli quod venisset saul
in carmelum. et erexisset sibi fornicem triumphalem. et reversus transisset
descendissetque in galgala Deinde ad increpationes samuelis crimen
inobediencie. sub pretextu religionis. maluit excusare quam delere
penitenciam. que secunda tabula post naufragium relicta est peccatori
Dixit enim Immo audivi vocem domini. et ambulavi in via. per quam misit
me dominus. et adduxi agag regem amalech. et amalech interfeci Tu-
lit autem populus de preda oves et boves. primitias eorum que cesa sunt
ut ymmolet domino deo suo in galgalis Ecce quomodo se ipsum excusat
et quantum culpe est. aut extenuat aut refundit in populum Dixit ergo Sa-
muel Numquid vult dominus holocausta. et victimas. et non potius ut obe-
diatur voci domini Melior est enim obediencia quam victima. et auscultare
magis quam offerre adipem arietum Quoniam quasi peccatum ariolandi est
repugnare. et quasi scelus ydolatrie. nolle adquiescere Pro eo quod abiec-

cisti sermonem domini. abiciat te dominus ne sis rex. Ego quidem similiter arbitror
onerare omnibus qui in sublimitate constituti abeunt post concupiscen-
tias suas et principatum domini simulantes. timorem suum potentiori sub-
ditos. loquentes libito licitum ac si colla eorum iugo divine legis subiecta non
sunt. et nulla necessitate urgeante ad implendum iustitiam dei. Sed numquid
vel sit ad tantum tonitruum comminationis divine. scelerosi divine preceptoris
indurati. aut timor. qui sub tyrannidis iniquitate in corde Saulis
innatus convaluerat. i. potuit emolliri. Nequaquam. Et dixit eum Saul
ad Samuelem peccavi quia prevaricatus sum sermonem domini
et verba tua timens populum et obediens voci eius eorum. Sed nunc quero
peccatum meum et revertere mecum ut adorarem dominum et ait Samuel. Non re-
vertar quia proiecisti sermonem domini. et proiecit te dominus ne sis rex super
israel. Vides ne quam difficile sit medicari. cum simplex fomentum co-
alunt. verbis et exhortatione curatur. Peccavi inquit timens populum et
obediens voci eorum. Nonne sic fatetur culpam. ut potius involvat
alios qui si principis esset fiunt relaxandi. quam se ipsum expediat. Nun-
quid sic audierat fecisse Moysen. cum ita scriberet in populum dixisset
quod ei dominus. dimitte me ut irascatur furor meus in populo et deleam
eum. et faciam te in gentem magnam. Quid ergo fecit dux iste
quod fidelis princeps. in loco placito suo constitutus a domino. aut dimit-
te eis inquit hanc noxam. aut dele me de libro viventium tuo. Sed
numquid in tante caritatis affectu propriam querebat gloriam. Inquit eum ma-
nifestus princeps. pius pater disertus orator. potens in opere et in
sermone dux parvulus. in iustitia mandatorum dei. Dicent egyptii cal-
lide duxit eos dominus de egypto. ut prosterneret eos in deserto. Sic ergo
et sui ipsius dispendio domini gloriam preoptabat. et populo tutius du-
rativam ministrabat liberationem. David quoque cum culpa eius dominum
ad iracundiam provocasset. et principalis culpe subditus populus porta-
ret penam. vidit angelum dei cedentem populum. Fudit itaque preces
de intimis precordiis et adiecit. Ego sum qui peccavi. ego inique egi
isti qui oves sunt. quid fecerunt. Verus itaque rex. et iustus
princeps et dignus. qui altissimi frangeret iram. qui dum se pro populo
flagellato deo opposuit indignationis eius flagellum avertit. Et si
quidem nulla compassio flectit. nisi cum quis proprio iudicio accusatur.
Nichil movet ad veniam nisi cum noxius. nudam detegit culpam. Mi-
sericordiam nichil admovet. nisi cum animus caritate succensus
in se ipso conteritur. Nichil persuadet propitiandum esse. nisi cum reus

manum operis contendit ad satisfaciendum. Si quis enim fatetur culpam inutilis est confessio nisi satisfactionis animo curat ad veniam. Peccavi inquit Iudas tradens sanguinem iustum. Fuit itaque vera usque quaque confessio. inutilis quia ante cucurrit ad laqueum quam meruerat quam ad fontem venie quem demeruerit. et obstinationis sue duritiam preclusit sibi. Cum tamen penituit fecisse quod fecerat sed non eo devotionis affectu qui lapidem adamantis sufficiat emollire. Dementia siquidem ductus laqueo se suspendit. Vitam ergo digno finivit supplicio. Sed quia maliciam non correxit veniam sibi nullo salutis preparavit remedio. Sic enim et apud inferos scribitur esse stimulus penitudinis licet nulla sit correctio prave voluntatis. Sic Saul procul dubio peccatum suum imponere nititur humeris alienis. et dum simulat quod aperta velit peccata Samuelis coram se ipsum gravius oneratum fortioribus laqueis involvit et irreparabili sententia dampnationis astringit. Sequitur enim. Et conversus est Samuel ut abiret. Ille autem apprehendit summitatem pallii eius que scissa est. Et ait ad eum Samuel. Scidit dominus regnum eius Israel a te hodie. et tradidit illud proximo tuo et meliori te. Porro triumphator in Israel non parcet. et penitudine non flectetur. Neque enim homo est ut agat penitentiam. At ille ait Peccavi. Sed nunc honora me coram senioribus populi mei. et coram Israel et revertere mecum. ut adorem dominum deum tuum. Ecce quanta elationis insania. Se deiectum audit a dominio. et tamen quasi eo invito regnare contendit. Regnum meliori traditum esse non ambigit. et privatus per sententiam irrevocabilem regni gloriam fraudulenter usurpat. Corruit itaque dum in altum molitur ascendere. et fit se ipso deterior dum meliori reclamante domino vult preferri. Fatetur equidem culpam. sed penam portare dedignatur. Hoc est enim quod ait Peccavi. sed nunc honora me. Ac si diceret. Cum enim culpa elationis fastu et vana nequitia iuste deiectus contempni meruerim. me patientia tua in conspectu eorum qui non noverunt consilium domini faciat gloriosum. Revertere ergo mecum. ut tuo incedam fastigiatus obsequio. et tanto stipatus comitatu. tanta venerabili auctoritate. adorem dominum deum tuum quem meum dicere ultra non audeo quia ab eo per inobedientiam discessi et adhuc per contumaciam recedo. Adeo si quidem intumuerit spiritus eius. ut se non iam hominem sed et ipsi deo quod modo preire impietatis ausu preferret. Nunc eum dominus pretulerit. quanto maiori gratia videbat preditum tanto acriori invidia ei occultas tendebat insidias. tum manifestas

quam iniquas exercens inimicicias et quo manifestius eum dominus extol-
lebat · eo avidius non tam deprimere quam extinguere properabat · ipsique deo
se rebellione parat opponere dum ei subripere aut eripere nititur in-
ita regnorum ¶ Dignum ergo fuit ut non maneret in eo spiritus domini qui cor
suum non modo hesitacione sed et tante nequicie fecit fundamentum ¶ Exa-
gitavit eum itaque spiritus nequam a domino ¶ Et ex illo retrofluere et in dies
labi · minuique regni vires ceperunt salus populi fluctuare · hostium cre-
brior maior clarior quam victoria · tam regis quam populi validius ani-
mos fregit ¶ Ipse tamen cum cui dominus eum regnum firmavit · continua-
tum habebat · a finibus suis ¶ David ergo tandem cepit consilii Non u-
tique ut regnum traderet meliori · ut dispositioni divine · que ei inno-
tuerat adquiesceret · ut primam ante acte vite ageret fructuosam
Sed qui adversus deum · talentum timoris extulerat · prelium in monte
gelboe ubi puniendus et occidendus erat edixit in prelium ¶ Decede-
re siquidem in monte debuit · qui non nisi alta in se ipso respexit ¶ Cum
ergo eum veritas ipsa deseruit ad fontem mendacii · falsus et iniquus
nota princeps confugit ¶ Dixit itaque servis suis ¶ Querite michi mulierem
habentem phitonem · et vadam ad eam et sciscitabor per eam ¶ David ad
diversis gentibus idemque perfidus ¶ Nomine idem est ac si dicat flecte-
re si nequeo superos · acheruncta movebo · aut fidelibus · vilius · et in-
feriori perfidia · si michi deus subtrahit noticiam veritatis · eam tamen
patrem mendacii · eo minus cognositum · et velit nolit · archanum
consilii eius · potestates adversarias explorabo · et dixerunt servi eius
ad eum ¶ Est mulier habens phitonem in endor ¶ Indigunus eum erat co-
sultatione virili · quem in tot deffensionis fregerat · ut etiam ab infi-
mis · et infirmissimis creaturis · ad tuendum sibi regnum · quod deus aufe-
rebat adversus omnipotenciam eius · auxilium imploraret ¶ Mutavit ergo ha-
bitum suum · vestitusque est aliis vestimentis · et abiit ipse et duo viri
cum eo veneruntque ad mulierem nocte ¶ Recte quidem omnia quia veritas
est etiam apud perversos spiritus sanctus ¶ Regio namque habitu debuit spoliari
qui ad simenda demonibus · et non deo insinuatione arripuerat iter qui
veste abiecerit innocencie · qui iusticie mutaverit indumentum · vesti-
bus honoris et glorie non debuit insigniri et abiit ¶ Utique post eum
qui non stetit in veritate ¶ Et duo viri cum eo equidem innominati · et in-
nominabiles · qui vel regem ad tantam perfidiam · non reluctante fide
prosequi potuerunt ¶ Duorumque regi decenter stipatur comitatu dum
a prima et veri unitate recedet · ¶ Veneruntque ad mulierem nocte ¶ Apta
utique tempore de morte regum · de strage populi · de luctu publico cum
tenebrarum principe tractaturi ¶ Sic et salomon nocte dicitur suspiciam

accepisse qui amore mulieris allectus et corruptus. adeo erat reces-
sivus Petrus quoque dum calore fidei destitutus calefaceret se ad pru-
nas de nocte. lapsus est in insidiam. et eam timore periurii fecit insig-
nem Alii etiam discipuli timore constricti tempore nocturno fugerunt
Et ait saul ad mulierem Quilibet cum frequenter spiritus phitonicus
implet Divina ergo mihi in phitone et suscita michi quem dixero tibi
lege libros. revolve hystorias. scrutare omnes angelos scripturarum. nus-
quam fere in bona significatione divinationem invenies unde prophetas ex
scriptura commemorat. quales fuerunt prophete achab. quin qui cum deus
permittente cum gentilibus mutis variis ludificationibus se ducebant
Denique mota ultimum deum. egressus est spiritus mendax. et factus
est in ore omnium prophetarum achab ascensuro in ramoth galaad pros-
pera promittentes. solo micheas in contrarium reclamante. qui consciis
deum consilii israel quem dispersum in montibus viderit prenunciat. ce-
sus ob amare veritatis indicium alapas qui prophetus cornibus ferreis dix-
erat hiis rex cornibus. syriam ventilabis propterea divinatio fere sine
numine non fiebat. ut patet quia in avaritie et negotio spiritu exercetur. hinc
est quod vix vivitur spiritus suus inspiravit. Duces tui in muneribus iudi-
cabant sacerdotes in mercede docebant. et prophete in pecunia divinabant
et super deum requiescebat dicentes Numquid deus est in nobis Non
veniet super nos mala. propterea dicit deus Syon quasi ager arabitur et
Ierusalem ut custodia pomerii erit Cum ergo in pecunia erit divinabat et
prophetarum insultant nomine pseudo mendaces semper mendosi. alieni sunt
a virtute. et veritate prophetie Phitone inquit Divina Divina recessit spiritus
dei vel phitonicus patrocinetur michi Et suscita michi quem dixero ti-
bi. Utique fallacia fallacia tendit Datus rex insensibus regi volunt qui
sibi persuaserit phitonem sciencie presulem. prestitum veritatis vitem
futurorum archanum consilii consciam. veritatis interpretem. sibi quoque per-
suasio eum tanta preditum potestate. ut posset etiam mortuos sus-
citare et tante benignitatis. ut etiam in eo quod rarissimum est et dif-
ficillimum. familiaribus suis morte egerit procul dubio elapsum erat
a memoria eius aut in ullis tenebat. canticum fidelis anne. quia deus
est qui mortificat et vivificat deducit ad inferos. et reducit pauperem
facit et ditat humiliat et sublevat. et quod in seipso impletum videat
saul. suscitat de pulvere egenum. ut sedeat cum principibus. et solium
glorie tue teneat Et qui facit hec procul dubio stultus deus est Et ait
mulier ad eum Ecce tu nosti. quanta fecit saul. et quomodo eraserit magos
et ariolos de terra Quare ergo insidiaris anime mee ut occidar. Et
iuravit ei saul in domino dicens Vivit dominus quia non eveniet tibi

quicquid mali perpetravit. hanc rem Unum quidem est. quia qui ignoratur in sordi
bus sordescat amplius et que curata deserit fiunt semper novissima
illius deteriora prioribus Sacrilegii sibi phitonisse conscia quod pavescat
et potestas a domino constituta ad sacrilegia evellenda. alias quid timen
da. cum negocia publica tum diu bella gerunt. ydolatris prestat audaciam
et sacrilegiis regiam accomodat auctoritatem Ariolos inquit domini
et magos ne pacieris vivere Et ille adque sermo dei dirigitur et qui
gladium portat. ad vindictam malefactorum. bonorum gloriam. ita modo
talibus securitate dat. Sed promissam patem iuramenti religione confir
mat Et sic evenit. ut in suo periculo desistat. quem per loci sunt nemi
te sectatorum. leviathan. cum sibi tetendit laqueum. prius capitis. a quo
sine salutis dispendio non evadit Et iam arta complexio. et cor
nutus quidam innectit silogismus Si phitonisse parcitur. dum violatur
in iure precipientis. ut maleficia huiusmodi deleta credantur Si non parci
tur iuramenti religio viciatur Quotumque se avertat in suis comprehenditur
in operibus suis Dixit ergo mulier Quem suscitabo tibi Qui ait
Samuelem Quid tempore vera est fides. deum esse quidem quod iustus. et
bonum. et remunerator. sperancium in se. cum plene mentis rudentes ad
legem sub lege subgratia. nemini vero sapienti venit istud in dubium
Sine ista nemo unquam ingressus est ad salutem Qui qui errat in
minimis. paulatim ad maiora prolabitur Sic iste primo negligens. deinde
inobediens. post modum contumax deinde abstinatus. postremo ad ear
prolapsus est cecitatem. ut nec predictum articulum fidei. sibi servet
inviolatum Qui et eum nostrum neque quamquam non credidit. estimans eti
am in sanctos. post exitum mentis huius malignis spiritibus concessam po
testatem Non erat eum sanctum samuelem. phitonisse non obtemperas
se dum vivet nec aliquid cum eis. mentis familiaritatis habuisse co
mertium Nunc non eum. ad phitonisse imperium sibi spirat et petit concitari
Vult etiam ad hoc cogi defunctum. ad quod vivus inpelli non po
tuit Regi siquidem noluit videtur dum vivet. non quod videndum dux
imperabat Cum autem vidisset mulier samuelem. exclamavit voce
magna et dixit ad saulem Quare michi imposuisti michi Tu es
enim saul Sic utique deceptam credidit. et etiam post presentium mira
tur. notitia et presentia principis oneratur Dixit ei rex Noli
timere Quid vidisti et ait mulier ad saulem Deos vidi ascendentes
de terra. phitonisse potuerat ab inicio. ut tenuis fidei virum deter
ruisse Ascensio Deorum siquidem pluralitate induxit et eorum severitatem fortiora

et in tenebris esse significat. Dixit ergo saul. Qualis est forma eius
Que ait. Vir senex ascendit. et ipse amictus pallio. Intellexit itaque
saul quod samuel esset. et inclinavit se super faciem suam in terram. et ado
ravit. Forma illius qui apparebat diligenter inquirit forte gentilium er
rore deceptus. eandem habitus et vestitus formam singulis apud inferos
credens. quia superstites fuerant insigniti. unde illud. Que gratia cur
ruum armorumque fuit vivis. que cura nitentes pascere equos. eadem sequitur
tellure repostos. Ex nomine poterant sancti viri quam clarior esse gloria. quod
post mortem inveniretur habitus in unitate. Et quidem prudenter et fideliter nos
docet scriptura samuelem phitonis imperio suscitatum. sed acritate impii
sensus prudenter composuit. Ait enim. Audita forma viri et habitu. intellexit
saul quod samuel esset. Deceptus utique intelligit quod et corpore probat quod
subiungit. Et inclinavit se. et adoravit. Si enim fuisset samuel. ne
quaquam se permisisset ab homine adorari. qui secundum legem tradiderat et
docuerat. unum deum et hominem deum adorandum. ¶ Propterea sancte anime a po
testate malignorum spirituum exempte sunt. posteriores decepti homines non
fuisse crediderunt. quod eum ex subsequentibus fecisse colligitur. Dixit autem
samuel ad saulem. Quare inquietasti me ut suscitarer. Hec est
enim fraudulentia malignorum spirituum. ut quod ultro faciunt et dictant
hominibus faciendum. quasi se dissimulent ut hoc facere videantur. invitis
simulant se coactos et quasi fortissimorum virtute contractos fingunt
et quomodo caveant. fortissimos quidem in nomine domini aut in fide tri
nitatis aut incarnationis et passionis virtute conceptos exponunt.
eosdem quoque hominibus tradunt cogentibus eos obtemperant. donec eos
scelerum crimine sacrilegii. et pena dampnationis involvant. ¶ Trans
figurant etiam se interdum in angelos lucis. honesta sola precipiunt
illicita prohibent. iudicia conspectant. Utilitatibus intendunt ut
quasi boni et proprii familiarius admittantur. audiantur benignius. ame
tur arctius familius congaudeant. habitum quoque induunt venerabilium per
sonarum ut quod eis maior et promptior reverentia impendatur. Et ait
saul. Coarctor nimis. si quidem philistiim pugnant adversum me. et
deus recessit. et exaudire noluit. neque in manu prophetarum neque per
somnia. Vocavi ergo te. ut ostenderes michi quid faciam. Ac si aper
te diceret. In desperationis abissum precipitatus sum. Impugnant homines
deserit deus. et ego ad te qui in vita utrisque in mundanis confu
gio ut quasi doctor discipulum doceat. quid me in tanta angustia opor
teat facere. Licet enim eum qui loquebatur crederet samuelem. tamen in veri
tate erat angelus sathane. Nec potuit ei ignorantia suffragari. cum ne-

nimi liceat ignorare creaturam · que se appetit adorari infidem et prese vo
luntatis esse. Dicebat etiam illicitum esse ariolos et magos inquirere · et
defunctorum sollicitare phitones. Nec si enim ignorancia persone potuisset me
lioris condicionis erunt stulti quam prius et perversi quam recti. Et ait Samuel
Non equidem verus et umbratilis et ficticius. Et quo dignus est impius
et reprobus consultator. Quid me interrogas cum dominus recesserit a te · et
transierit ad emulum tuum. Persuasionis interim fidei consentaneum est · et acco
modum. Quid enim conferret creatura illi · que deus deserit · et cum di
ripit propria sed sensum ad id quod suum est · hostis et fidei inimicus ducit ·
in imperitis falsa veris · et mendacia fide veritatis obnubilans. Sequitur
enim · Faciet tibi dominus sicut locutus est in manu mea · et scindet regnum
tuum · de manu tua et dabit illud proximo tuo David quia non obedisti
voci domini · neque fecisti iram furoris eius in Amalech. Ideo quod pateris
fecit tibi dominus hodie · et dabit dominus etiam tecum Israel in manum philisti
norum. Cras autem tu et filii tui · mecum eritis sed et castra Israel tradet
dominus in manum philistim. Exitum quidem belli fidelis infidelis composuit
sed tu liberorum tendiculis infidelem et infelicem animam fraudulenter decepit
Demonis si quidem confirmat errorem · et inpenitenti post commotionem quie
tem repromittit. Cum enim dicit dominum impleturum · que locutus est in manu
mea · se procul dubio simulat Samuelem · per quem Saul que denunciat · lo
cutus est dominus. Cum autem subiungit Cras tu et filii tui mecum eritis
Illud quidem sed fraudulenter enunciat. Erat enim die sequenti sibi manum
ex desperatione iniecturus ad inferos transiturus preterea cum eo quem
avaricia · fastu obstinatione mentis fuerat imitatus sed falso blandi
ingerens spem quietis · dum se gestibus et verbis mentitur Samuelem · cui cer
tum est collatam esse in quiete sedem adorando inter eos qui invocant
nomen eius. Quid ergo Saul Samuelis fuit · ut potius phitonis pro
fuere visa. Potuerat forte non permittitur comparare meliora · et saltem
dum altero confoderetur gladio compateretur. Verum non vanitate corona
tus gladio suo incubuit · et mortem eius agens · dum proprie glorie consu
lebat · qui forcius mori potuisset in prelio. Aurum liberorum perimunt · et in
firmi et prostrati animi consilio corporis et anime mortem asciscunt. Glo
riantur gentes in fortitudine sua · auctores eorum dicunt · unusquisque quod sen
bit · dum heroum suorum titulos predicant · dum magnorum virorum fortitu
dinem predicant. Sibi habeant illis auctoribus Cato Uticensis. Ut etiam de potis
et mentes fortiorum armet ad voluntariam mortem · per mamillas ad cor ve
nenum aspidum in famabile Cleopatre traiciat. Lucrecia alienam impu
diciciam · sanguinis sui effusione condempnet. Ego evenire posse non
arbitror · ut cuiusque difficultatis articulo · liceat propria auctoritate

homini sibi mortem inferre. nec etiam ubi castitatis periclitatur. Licet hunc
tassum videat quippe doctor ille doctorum tui in suorario litterarum virorum
aliquem audeo comparare. Hec mors animo desperatorum est. et corpus quod licet
corpore vivat iam mentis morte premortuum. animus vivere defecerunt. Ut
quod non vivorum. sed iam mortuorum mors est. Infidelium regum pro rure se-
riem. ieroboam. acab. iezabel nabuchodonosor. sennacherib. et alii quorum ex-
cessus non sufficio enarrare quod incrassati sint in vanitatibus suis. qui vide-
bant eis falsa et stulta. que aspiciebant iniquitate eorum. ut eos ad pe-
nitentiam provocarent. Quibus utique evanuerit post principe vanitatis et
dum scire quod non licet. vel altius quam licet appetunt ad inane et nichilum
redacti sunt. Reges non israel infidelibus sociavi. quia tunc regum iuda
alii boni alii mali fuerunt reges israel. Quibus reprobi contulerunt linque
archana dei relinque inquirere quid sit aut tanto. quia quod dicte statuit
deus. citra tuam sollicitudinem. potens est expedire. Egregie quidem
ethicus. omnem crede diem tibi diluxisse supremum. Grata superveniet
que non sperabitur hora. Veritas autem sibi ubique consona est nec abs-
licet a mendacii titulo proferatur. quando quod discordat. sicut nec mundicia
dum sui integritate viget. quarumcumque sordium vicinitate polluitur.
Ipsa mortem indicat non timeri. et ad eam comprehendam. nos horis om-
nibus precepit preparari. ut quo minus de diuturnitate vite presumitur.
incultu honestatis virtutum gradibus. amplius curratur. Mors
si quidem necessarium munus est nature iam corrupte. Corruptio namque
mortis origo est. Tolle corruptionem. sequitur integritate mundicia
et virtutis. iam in mortalitatis viam ingressus es. et quondam divi-
nitatis tue aratrum apprehendisti. Apprehendisti inquam. an accepisti. Sed ut
fidelius loquamur. et accepisti et apprehendisti. Non est enim volentis
neque currentis. sed miserentis dei. Quis scit. quando veniet sero an
media nocte an gallicantu an mane. Ut enim ait ille. Nichil morte
certius est nichil hora incertius. Hec utique non timenda est. quasi
malum. sed quasi malorum finis cum venerit gratanter amplectenda. Il-
lud est quod totis mentis et corporibus viribus fugiendum est. Quid illud
sit queris. Turpitudo et totius species inhonesti. Hec enim faciunt
mortem ... non esse malorum. sed antecedentium et succedentium co-
pulam. Ad hanc fugiendam. non oracula vatum. non phitonis consul-
tatio necessaria est. fidelius et utilius ad hoc ratio data consulitur. Cato
in libia extreme difficultatis angustia confortatus. hammonis oraculum
dedignatus est consultare. ratus sibi rationem sufficere ut persuaderet
servandam libertatem et non modo dictatoris cesaris iugum. sed omnem nota

turpitudinis suspendam licet in eos curavit. quod auctoritate propria vite mi-
nimus abiecit. Ex his non modo fidelium institutis sed constitutionibus gen-
tium et sapientissimorum edictis constat esse prohibitum. Veteris quidem philosophie
principes Pitagoras et Plotinus prohibuerunt hominem non tamen auctores
sunt qui pretores. animo illicitum esse dicentes. quempiam milicie sue
centurionem. a presidio et commissa sibi statione discedere citra ducis vel principis
iussionem. Plane eleganti exemplo usi sunt. eo quod milicia est vita hominis
super terram. Quid si contra iubeant oracula nature vel iussa philosophie
Procul dubio minime audiendi sunt. quia cum periculo innocencie nemo cuiquam
debet fidem. Si michi non credis summa romanorum imperatore. fere
innocentissimum. preter Titum si placet attende. Dum invitaret ad homi-
cidium petito capite ad sacrificia censuit tepam esse tenendam credendam
f. reflectens admonitionem etiam prius minimus voluntate. Ac tu ho-
mines adiectum animum capillos se pollicitus est oblaturum. Credo
[illegible] in medius sitiret et sanguinem. pistorem in molandino esse vidit
Sic itaque cum racio eius [illegible] non posset ut traheretur ad cul-
pam in [illegible] proprium testimonio colloquio deorum [illegible] initiatus est esse
dignissimus. Licet est quod sub exorcismorum pretextu. fiunt quibus tuca-
errorem. qui ad inminuendam demonum potestatem. et distrahendum
quod habent cum homine familiaritatis commercium instituti sunt. carent
proprie virtutis effectu. nisi in dei digito convalescant. Si porro
[illegible] suus discipline effugit statum et corpus proprius subditum sit ce-
[illegible] designatur. Dum tamen vero huiusmodi agatur, fictitium est
et phantasticum et veritatis substantiam nescit. Videtur quidem adesse demon
precibus et oblacionibus invocatus. et effectu peticionem prosequente
sacrilegam. curantis animum desiderium adimpletur. Abest autem tam
longe ut subtracta tutela sua eos quos perfidia tanta coarctat. variis
ludificationibus demonum. tradi sustineat ad [illegible]. De signum
ad huius flagitia prohibent invitant publica voce [illegible] adversus quam ve-
porte inferi prevaluerunt tunc ergo sancti spiritus gratia. auctore
tas [illegible]. multiplicatis subtrahitur exorcismus. qui eis non tamen
tantum. quam abutuntur offendunt in spiritu. quo recedente. cuius sibi vi-
tamen virtute et efficaciam retinere De specularijs et quod maligni spi-
ritus in eorum futuri prenoscunt et subtilitate nature longa ex-
periencia temporis et revelatione superiorum potestatum. et quod sepe de-
cipiunt aut decipientes aut decepti et quod specularios mala indubi-
tata sequuntur et cetera

Frustra sibi specularij blandiuntur. quod nichil
hijs volunt. nulli nocent. sepius prosunt. dum furta detegunt
maleficijs purgat orbem. et solum utilem aut necessariam appetunt veritatem 28

Non sic impii non sic. Qui non colligit in pluit, meo dispergit et qui
non est mecum contra me est. Cum hic dominus prohibente contendit im
pii quid aliud faciunt quam talionem exigere adversus prohibentem
Certe nimis est quod ymolat. qui erectos spiritu sancto ydolatrie men
tem prostituit. Nimium est quod ymolat qui pollutas aures demoniorum
sollicitat. voce domino consecrata. Nimium est quod ymolat qui motu
corporis accomodat ad detestabile sacrilegium ~~prohibendi~~ paganorum. Quid
retinuit creatori. qui mente linguam corpus demonibus obtulit
Quia non veritati fecit iniuria qui integritatem eius intemptata corruptore
quesivit. Plane nemo in talibus pignoranda excusat. Omnes enim
in genere sciunt. aut scire debent hanc ignominiam fidei. anathemate
ab ore Christi condempnatam. Non utique hic sacramento miles excipitur. pu
pillus etate. mulier infirmitate sexus. rusticus immunitate agriculture. quia
publice militati invigilat. licet enim in dispendiis rerum. subveniat
eis pignorantiam iuris in subversione fidei. nullum ab ignorantia remedi
um est. abnuente eo. ut qui ignorat ignoretur et insipiens inculpa
erudiatur impena. et sapient primat. qui noluit intelligere ut bene a
geret. Omnis enim non patitur dispere. ut sine labore a tanto labore ces
saret. dum illud laboriose adiscet. ut laboriose et pestilent curaret
Non patet in fide sine labore investe. qui potens est sollicitudine me
tis et contritio corporis a fide decidere. Cum enim hiis impigris obsequuntur
fidem negavit. et infideli deterior est. et licet verbis deum confitea
tur presis operibus contradicit. Licet facilius est hominem hunc esse fi
delem. quam fidelem inditum incorruptum. qui diligit munera et sequitur
retributiones. Ceterorum quod simpliciorum animos movet. scilicet plurimos con
sultatum abscondita futurorum manifestari non posse. nisi per manum eius.
in cuius potestate sunt tempora et momenta. non diu non ingerit questi
onis. licet enim futurorum sit unus arbiter. qui et deus et dominus omnium
est. tamen consignis interdum hominibus innotescunt. Quid ergo miro
si ea quoque pernoscunt. qui et subtilitate nature vigent. et experientia
temporis longiore et revelatione superiorum potestatum. de pluribus
admonentur. Si ergo spiritus corporis mole gravati quos litterarum tar
ius retardat in dumentum. quorum acumine. turbati sensus corruptio he
betat considentibus. aut quarumcumque rerum indiciis. que sint ventura
coniciunt. quid prohibet spiritus aëream ne corpus absolutos quos
noxia moles non retardat rerum imminentium. aut in proximo tempore
succedentium. prometiri eventum. Sed qui fere proxime natus est post
dies paucalos decessurus. medio tempore considerabilibus singula colligit
et de causis sibi interim notis coniectat in posterum. Tamen hoc facilius

potest non modo antiquus sed inveteratus dierum qui ab initio conditus
est, plenus sapientia et perfectione decorus. Quis adeo hebes est et tardita-
tis egregie qui tanto temporis tractu, pro parte ad ea querenda que fu-
tura sunt non assurgat. Porro aeree potestates que curiositatis cultu
devotione obediendi dominis assidue famulantur eis quibus possunt et inter-
dum creduntur occultare revelare. Nec tamen statim verum est quod respon-
si senserint aut predixerint sed queque que suspicantur aut timent ut videantur
conscii secretorum presumunt nuntiare. Quale est quod dominis nascituram in tem-
plis egypti desolationem eorum et discessionem suam demones templorum
presides predicebant. Unde illud apud trimegistum de excidio religionis
religionis ydolatrie egypte inquit egypte erit tuum religionis tue sole
supererunt fabule. Et sepe quod conniventie fiunt et coacti se placatos
simulant quam hominibus indignantes quibus se fingunt infensos. Sed
hec etiam merentur aut decipientes aut decepti. Sed licet vera divina-
vat eminent inquantumque aut compescendi sunt aut fugiendi. Quin
videntur nomine Si surrexerit in medio tui propheta aut qui dicat se som-
nium vidisse et predixerit signum atque portentum et evenerit quod locutus est
et dixerit tibi: eamus et sequamur deos alienos quos ignoras et servi-
amus eis, non audias verba prophete aut somniatoris quia temptat
vos dominus deus vester ut palam fiat utrum diligatis eum annon. Inde
plane intelligitur quia et si contingat que a divinantibus non spiritu de-
i dicuntur, non sic accipienda sunt ut fiant que precipiuntur ab eis aut
colantur que coluntur ab eis. Sed nec apostolus in actibus apostolorum immundo
spiritui pepercit quia in muliere ventriloqua apostolis et predicationi eorum
testimonium perhibuit veritati. Nichil vero ad usus pestem istam salubri-
us est quam si quis semel vanitati omnino aurem subtrahat. Gratias ago
deo qui michi et in teneriori etate adversus has maligni hostis in-
sidias beneplaciti sui scutum apposuit. Dum enim puer ut psalmos
addiscerem sacerdoti traditus essem qui forte speculariam magicam
exercebat, contigit ut me et paulo grandiusculum puerum premissis qui-
busdam maleficiis pedibus suis sedentes ad speculare sacrilegium
applicaret ut in unguibus sacro nescio oleo aut crismate delibu-
tis vel in expolitis et levigatis corpore pelvis quod querebat nostro manifesta-
retur indicio. Cum itaque predictis nominibus que ipso horrore licet
puerulus essem demonum videbantur et premissis adiurationibus quas
deo auctore nescio socius meus se nescio quas ymagines tenui-
ter et nubilosas videre indicasset, ego quidem ad illud ita cecus extiti
ut nichil michi appareret nisi ungues aut pelvis et cetera que ante

noverim. Exinde ergo ad presens modo inutilis iudicatus sum. et quia
qui ad sacrilegia hec impedirem ne ad talia accederem condempnatus. et
quotiens rem hanc committere decreverant ergo quasi totius damnationis im-
pedimentum arcebar. Sic michi in ea etate preiudicatus est dominus. Eo vero
paululum progressus. plagam hoc magis et magis exhorrui. eo for-
tius confirmatus est horror meus quod tam multos tunc noverim
omnes antequam deficerent. aut defectu nature. aut manu hostili. subi-
to lumine orbatos vidi ut cetera incommoda taceam quibus in conspec-
tu meo. aliud aut prostrati aut perturbati sunt. Exceptis duobus
sacerdote videlicet. quem premisi. et dyacono quasi qui speculatorum
videntes plagam effugerunt. alter ad summi canonice alter ad portum
tellurie clunacensis ambo sacris vestibus insigniti. Eosdem tamen
peccatis. in congregacionibus suis. ad usa plurima postmodum professus
esse. Instructus sum. Hanc si ad impugnandum hunc errorem contrarius
vomum. et catholice matris ecclesie. auctoritas non suppeteret. vel exem-
pla malorum cum sufficiunt confutare. Sicut enim nemo potest bibere
calicem dei. et calicem demoniorum. aut duobus dominis servire. deo
et mamone. sic gremium dei et huius malicie consortium. nullus asse-
quitur. Sed ecce quare punctim. et quasi sibilula. sinay persequar.
fidei et morum inimicam. cum eam desini. prius mucrone cuspulo te-
nus verberare sufficiam. Feriatur ergo semel in manu forti
et brachio illius. qui ad submersionem egyptiorum divisit mare ru-
brum in divisiones et secundo opus non erit. Verum est enim qui demo-
nem illius possit evincere. Educat igitur gladium moyses et perforat e-
gyptias abhominaciones. et abscondat eas. ne appareant in conspectu
fidelium in sabulo sterilitatis sue loquatur verbum sinay perferat meo
dempnacionem errorum. quas dinoscimus a domo tua alienare perturbamus

Nota

¶ Verbum signum gladius est. bis acutus. Vivus et efficax penetra-
bilior omni gladio ancipiti. pertingens usque ad divisionem anime et
spiritus. compaginum quoque et medullarum. discretor etiam cogitacionum
Insensatus est qui hic gladio imminente non timet. Et ecce in
facie ecclesie in conspectu domini imminet. Demumque et in omnes dirigitur
Inquit enim quando ingressus fueris terram quam dominus deus tuus
dabit tibi. cave ne imitari velis abhominaciones illarum gentium ne
inveniatur inter quas lustret filium suum aut filiam suam ducens per
ignem aut qui ariolos sciscitetur. et observet sompnia. atque auguria
ne sit maleficus ne incantator. ne phitones consulat et divinos
et querat a mortuis veritatem. Omnia enim hec abhominatur dominus
et propter huiusmodi scelera delebit eos in introitu tuo. Perfectus eris

et absque macula eris cum domino deo tuo. Gentes iste quarum possidebitis
terram augures et divinos audiunt. tu autem a domino deo tuo aliter institutus
es. Quis ergo dubitet hic esse in malicia et non modo languore. sed fidei extremum
esse. que tanta diligencia prohibetur. quam spiritus sanctus sic sermone erudit.
abhominaciones sunt dicente domino. et homo se supra hominem fieri operatur
cum istorum affectatus est disciplinam. propter huiusmodi scelera delete sunt
gentes et humana temeritas. se in hiis multiplicari confidit.

De phisicis theoricis et practicis Capitulum 29

Licet tamen de futuris aliquis
consolatur. ita quidem si aut spiritu polleat prophetie. aut naturalibus sig
nis quid in corporibus animalium eveniat. phisica docente cognovit. aut
si qualitate temporis imminentis. compunctorum indiciis colligit. Dum
tamen hiis posicionibus. nequaquam quis ita animum accomodet ut fidei
aut religioni preiudicet. Sed nec phisici audiendi sunt. nisi in eo quod loque
tur a domino. quod nunquam religionem impugnat. quia verum nequit esse contra
rium vero. nec bonum bono. At phisici dum nature nimium auctoritatis at
tribuunt. in auctorem nature adversando fidei. plerumque impugnant. Pro
cum omnes errores arguo. licet plurimos audierim. de anima de vir
tutibus et operibus eius de augmento corporis. et diminucione. de resurrec
tione carnis. de creacione rerum. aliter quam fides habeat disputantes. De
ipso quoque deo inmedium ita loquuntur. ut si liceret temptarent astra
gygantes. et inani conatu. cum enchelado ut eis ethne omnis igni
sium imponatur cupiant perire. Sed in hiis facile labi possunt quia quantu
cumque ingenii vires ad profunditatem difficultatis que in hiis utitur
subsistunt vel non deficiat intellectus fidei trame deducta. que media est
restat sola opinio. Cum non de infidelibus queritur. puta de complexione
animalis. de causa et cura egritudinis eius omnino nichil dico est. preter ef
fectum operis. Quis desideratur. Et quidem theorici. quantum sum est fa
tent et pro amore tuo amplius evigalent a breis singularum rerum cau
sis et naturis artapicos. Sanitatis egritudinis. et neutralitatis cau
sores sunt. Dant sanitate verbotenus et causinant. Neutralitate in
venit istic dinttere. Egritudinis providens et docent temporis. indicant
eventum augmentum statum et declinacionem. Quod multa cum eos au
dio videtur michi posse mortuos suscitare. nec esculapio mercurio
ve credunt inferiores. Compertus in eo. magna mentis admiracione distra
hor et perturbor. quod a se ipsis tanto iborum conflictu et collisione ho
rum dissiliunt et discordant. Verum perfecto scio contraria simul vera esse
non posse. Quid de mediis practicis dicam. Absit ut de eis. quid inique
possum loquar. In manus enim eorum congentibus peccatis meis minus
frequenter incido. Hii sunt exasperandi verbis. sed potius demulcen
di obsequio. Nolo me tractent durius. nec etiam sentire audeo quod

omnes clamant. Dicam ergo cum sancto Salomone. quia medicina a deo
deo est et vir sapiens non contempnet eam. Nemo siquidem magis ne-
cessarius est aut utilior medico dummodo sit fidelis et prudens. ¶ De
cuius pictoria illius declamare sufficiat quod salutis artifex procura-
tor inter medicos domini imitatur. et vices eius agit. quod salutem quam ille o-
perator et quasi dominus et princeps donat. iste yconomus et minister procurat
et dispensat. Nec ad rem attinet si qui pseudo graciam vendunt. et qui
instiores videri volunt dum nichil accipiant antequam eger convalescat
in eo iniquiores sunt quod beneficium temporis in minimo munus dei manibus
suis ascribunt. cum ille quem deus erigit et vigor nature convalescen-
tis citra operam eius fuerit erigendus. ¶ Quamvis istud iam per auctorem
sit sibi invicem suadentibus et replicantibus medicis. Cum dolet
accipe. Nec moveor si opera eorum ipse compunget cum etiam quorundam
plerorumque esse eundem effectum. Sed cum inter manus eorum quis infata-
to lapsus est. tunc necessarias producunt raciones. quibus appare-
bit quod vita eius non fuerit ulterius protendenda. et tu ut dicitur
quos longa afflixerunt inedia. iam mortuus sorbitiunculas faciunt
et utiles et delicatos parant cibos. Expertus forte ut dicam quod dicit po-
pulus. quia hii sunt qui homines officiosissime occidunt. Sed frustra.
Absit enim ut hanc contumeliam proferam quam si forte audire volu-
eris Senecam plenum adeas. et Sidonium. qui hoc in auribus tuis cla-
more valido replicabunt. Explicit liber secundus. Incipiunt
capitula tercii libri sequuntur

Quid sit salus universalis et publica 1
Que sit prima contemplacio hominis sapienciam affectantis. et 2
quis fructus speculacionis huius. Quod superbia radix est malorum 3
est et concupiscencia lepra generalis que omnes inficit. Quid adulator 4
assentator et palpo et quod eis nichil perniciosius. De cautela adula- 5
torum et fraude multiplici et circuitibus adulacionis et sequela. Quod 6
adulatores multiplicati sunt super numerum. et a potentum domibus
honestos et dissimiles sui compellunt. Fraudes adulatoris in ini- 7
cio vitandas et quod in minimis aut obsequiorum difficultate validis-
sime procedit. De mundana comedia vel tragedia. Quod in mundus 8.9
suos habet elisios et eadem fides est in temporis et precedencium patrum
et virtutis cultores inspectores sunt theatri. ¶ Quod sibi persone conap-
tant et desperant dissociare et de cleopatra augusto et scipione. et 10
quod viciam vanitati dediti sunt et quis sit adulatorie finis. ¶ De 11
nuministulariis et per ministeriis et quod puritate non expediat ad virtutem
¶ De vacacionibus et secretariis diuinis et quod avaricia non nisi in bonis 12

est et quod divites familiare potius comparat quam amicum. et licet fami
liaritas divitum utilis videatur, sepissime periculosa est et quod immo
tenue vivendum est. Quia venditum possunt que sunt adulacionibus 13
acquisita. et de lenonibus et mollibus et pena eorum. et quod pudicici
a inferri non potest violenter nisi mens ipsa consenciat. Adulato 18
res puniendos esse tamquam hostes deorum et hominum et veritatem gratam
amplectendam et paciam custodiendam tam verbis quam exemplis 17
maiorum. Quod ei duntaxat licet adulari. que licet occidere et quod
tyrannus publicus hostis est. Incipit prologus tercii libri. Capitulum

Hostis multorum fidelium ineptias nugatorum exicio. qua de causa orare decreveram et silere
sed alterius michi negociorum tumultus excutit
alterum motus animi intercipit. Qui enim sub
potestate constitutus est si sapit abtemperat im
perio presidentis. que stimuli affectum pungunt.
dissimulare non potest. quin moneat ad for
mam passionis. Exultat ergo que gaudii aura demulcet. spes indu
cit hilaritatem. metus trepidat dolentis animus merore confunditur.
Hec apud singulos alternat facies. boni aut mali. Vir semper ma
lorum alcior est et sepius in omnibus meminit. Rarus est enim. qui malorum
asperitate sepius non vincitur quam demulceatur fomento bonorum. Rarus
est qui totum fortune impetum a se toto possit arcere. Qui suis
viribus prevalet. in amici aut familiaris corpore vel forte temptatur.
licet parum humanus sit. que cognatorum iactura non concutit. Non sa
tis humanus est. quem aliena non mavent. Sed sapiencioribus iam venit
indubium, an quisquam hominis recte sit humani alienum. Virtutis vero pro
nam 'alienum a se reputet. et magister celestis. hominem humani diligen
dum docuit ut se ipsum. Unde patet indignum esse tanto magistro dis
cipulum. qui veritati non congaudet et adversus publice salutis hostes
non contendesit. Eos vero proparte pravis opusculi aliquatinus tan
git intencio et nugas eorum. quoniam patet et tam sucent telo detu
tiet. Quid sit salus universalis et publica. Sequitur Capitulum 1

Est igitur salus publica que universos fovet et singulos in
columitas vite. Nichil enim homini prestancius vita eius in
columitate vite nichil salubrius. Hominem vero constare ex a
nima racionali. et carne corruptibili antiqui sapientes diffinierunt. ce
terum siquidem vivit ab anima. cum aliunde corporis vita esse non possit. quod

semper in inertie sue torpore quiescit. nisi spiritualis nature vivificatione move-
atur. hec autem. sic et ipsa vitam suam Deus et enim vita anime est.
Dum suam in modum nostrorum quibus conveniter quod et vere licet metaforica levitate
v "est" complexus est. Vita anime deus hec corporis. hac fugiente solvitur
hoc. perit hec. destituente deo. Sicut ergo corpori vivere est vegetari
motum ab anima et dispositione sui. motibus anime acquiescere et ei quo-
dam obediendi utilitate concordare. sic et anima ex eo vivit quod suo
modo vegetatur. et vere movetur a deo. et ei subiecta devotione ob-
temperat. et in omnibus acquiescit. Si quomodo et eo vivit minus. Ita
et corpus. qua parte sui non movetur ab anima. iam in ea torporem
mortis incurrit. Dum ergo totum vivit ad eam totum disponitur
que se non per partes infundit partibus sed tota est et operatur in univer-
sis et singulis. sic et deus animam perfecte vivificantem totam occupat
totam possidet regnat et vivit in tota. Nullus ei angulus excep-
tus est. Sed quid in anima angulum vel partem dico. Partium expers
est simplicitas eius nature. et totius duplicitatis ignara. Partes tamen
quas potuit sibi ad distribuende bonorum vendicavit. Quas inquam vir-
tutes utique quibus viget et operatur. et sui complementum facit. ¶ Si
ergo non multiplicitate partium et quantitatis quadam distensione
crescat. virtute tamen et intellectu. appetitu boni. aversione mali. ma-
nente simplicitatis natura dilatatur. Cum vero partes istas spiritus
implet. deus enim spiritus est. solida et perfecta est vita anime. Cum enim
intellectus divini. qui summe bonus est. visus sui acumine. quantum valet
et licet apprehendit. et bonum quod ille videt. incorrupta voluntas appe-
tit et ratio. nec declinet ad dexteram vel ad sinistram. ei. qui summo af-
fectu ad bonum trahitur. viam aperit. iam quidam in mortalitatis as-
secuta est gloriam. Quod forte iam senciebat qui in suavitate con-
scientie sue dicebat Cor meum et c. m. e. m. d. u. utique qui hac
via incedit non sperat aut contremescit non contestatur aut tam
dolet aliud corpus que a summo et vero bono recedendo deficiunt
Eo forte fideles animas. invitat sermo propheticus dicens Conver-
timini ad me in toto corde vestro ut sit angulus gaudii aut meroris ti-
moris aut spei non vitabitur a facie mea. nec non displiceat volun-
tati. Implet autem hec vita omnem creaturam. quia sine ea nulla sub-
stantia creatur. Omne simplicitas quod est eius participatione est. id quod
est. Sed cum sit in omnibus per naturam. sola nobilitat rationalia per gratiam.
¶ Vivunt ergo quia in eis veritas illustratur quia in eis sapientia est. Bo-
num diligunt quia in eis fons bonitatis et caritatis est. Omnis et

cum virtus angelica vel humana quoddam divinitatis vestigium est. vitali ar-
dore quodammodo impressum spiritus sanctus inhabitans infundit anime sanitatem.
et eiusdem que similitudinis multipharia porrigit. diversorum operans carisma-
ta graciarum. Et hec michi videtur vera. et unica incolumitas vite cum
mens. unificante spiritu ad verorum noticiam illustratur. et accenditur ad amo-
rem honestatis. et cultum virtutis. Precedit ergo sciencia virtutis cultum. quia
nemo potest fideliter appetere quod ignorat et malum nisi cognitum sit. uti-
liter non cavetur. Porro sciencie thesaurus nobis duobus modis ape-
ritur. Cum aut bonus creator quod scire potest intellectus invenit aut quod
absconditum est revelans gracia oculis ingerens patefacit. Hic utique
aut per naturam. aut per exercicium adiutricis agnitorum. et sparsim rerum que invisi-
biles sunt universitatis patet ante deum. Utroque magis innitere quibus quasi quedam
librorum sciendorum officio bonus artifex gerit in corde suo non modo visi-
bilium species. verum et omnium natura despingitur. sed ipsius opificis omni-
visibilia dei digito conscribuntur. Adeo quidem ut nequaquam valeant
pignoratam excusari. quibus beneficio nature vel gracie generaliorum
series innotescat. Sicut scriptum est. Quod notum est dei manifestum
est in illis. Deus enim revelavit illis. Non tamen corrupte nature
adversus graciam magnifico fimbrias. aut falcas erigo. quasi ipsa ali-
quid boni habeat. quod non acceperit. cum certum sit. quia sine ea nichil pos-
sumus facere. Agnicio igitur veritatis. cultus que virtutis. publica singulorum
et omnium nature rationalis. universalis incolumitas est. Contrarium vero
eius ignorancia et odibilis. et inimica propago eius vicium. Et recte quidem
ignorancia mater vicii est. quia numquam adeo sterilis est. ut non odibilem
fructum pariat infelicem. Siquidem et hoc In nullo tempore letalis habeat
insultus brevius ut seminaria vetet. Agnicio quidem certitudinem habet
et vel in sciencia vel in fide consistit. Sed fidei regula paulisper differatur.
quousque tempus et locus suus exspectat. Ceterum sciencia sine noticia
habere. Quod evenire non potest. si non mensuretur vires suas si ignorat a-
lienas. **Que sit prima contemplacio hominis. sapienciam affectantis. et
quis sit fructus speculacionis huius. Sequitur Capitulum d' cod**

Est ergo primum hominis sapienciam affectantis. quid ipse sit quid
intra se. quid extra quid infra quid supra. quid contra quid
ante vel postea contemplari. Inde est forte quod illi qui prima tocius philo-
sophie elementa. posteris tradere curaverunt substanciam singulorum. arbitrati
sunt inveniendam quandam quantitate. ad aliquid qualitate situm esse. Ali-
quando habere facere et pati. et suis in omnibus hiis proprietates aut intensio-
nes admittant. et susceptibilia contrariorum. et aut eis ipsis aliquid in-

neruatur ad usum. Proinde quidem hec et diligunt. et si in eo negligencio-
res extiterunt quam sui ipsius noticiam. intuita vero luce non assecuti
sunt. et huius inaccessibilis noticia perdiderunt. dum evanuerunt in cogi-
tacionibus suis. dicentes se esse sapientes stulti facti sunt. et obscu-
ratum est insipiens cor eorum. Unde eosdem coarguit. quia tradidit in passio-
nes ignominie faciebant. que nec sexui nec etati nec fortune con-
veniunt nec nature. ut personas hominum operis testimonio devenustet
Dati siquidem sunt in sensum reprobum. quod planum est hiis qui apostolum
plenius noverunt. Argumentum ad omnia validissimum est. ut de fide
et sinceritate singulorum credat opinio. Opera enim que facit aliquis testi-
monium perhibent de eo. Unde qui se ipsum ignorat quid utilius noverit. Si
ignoras o inquit tu pulcherrima inter mulieres abi post vestigia
sodalium et post greges. Oraculum appollinis est et descendisse de celo
creditur notis elitron i. scito te ipsum. Non nescivit hoc ethnicus dicens
Discite et o miseri causas cognoscite rerum. Quid sumus. aut quid-
nam victuri gignimur. ordo Quis datur aut mete quam mollis flexus
et unde. Quis modus argento. quid fas optare. quid asper utile
nummus habet. patrie carisque propinquis Quantum elargiri deceat. quam te
deus esse iussit et humana qua sis parte locatus. hec et cum con-
templacio quadripertita parit fructum utilitatis sui caritate proximi
ris vite conversus beneficium meretur etiam, animum contrarium, ut
vulgo dici solet, contorquet. Iudicijs mutare propositum sepe non criminis
est sed virtutis. Nam ut a fabulis doceamur, Theseus unico filio suo
non fuisset orbatus si voluisset mutare propositum. Et Phebus urgente
doloris stimulo, quem de Phetontis ruina conceperat, vel arch re-
gione Admeti non pavisset armenta, si ei votum quo se Stigis in-
posito sacramento filio ambitioso obligaverat mutare licuisset. Et
ne fabularum instrumenta contemptuas vero incredulus, quod ex evangelica

habes hystoriam salubrius incautum et perfidum salutis iuramentum
quam in contingenda lucerna ubi · auferendo perambulo generis veritatis acci-
dendo picturam mensam polluit quinimmo intestinum regina pessime
docet maiestate divina incestum cunctis sumunt et obtemperant saltanti
¶ Ethice quidem regula est quia non omnia sunt semper promissa solvenda
si forte aut accepturo dampnosa · aut perniciosa sint promittenti ¶ Et lex
amicitie illa prevaluit · quia sola honesta · petenda licet ab amicis aut fieri
ipsis quoque iure cautum est ut nulla promissio que turpem aut tristem ha-
bet exitum impleatur ¶ Postremo antecedens promissio tum sequentis beneficii
gratiam aut extinguit aut minuit ¶ Et sicut iacula que previdentur fe-
riunt minus · et que animo non presentiuntur magis ledunt · ita et bene-
ficiis quod ex promissione conceptum est minus accipitur · et quod ex im-
proviso provenit gratius acceptatur · licet enim nuda promissio apud iu-
ris ut dicitur peritos non pariat actionem ¶ Promissor tamen apud verita-
tem ut dici solet pollicitum fecit · et nunc civili cessante · fidei naturali
obligatur ¶ Sed quis actor durius aget quam fides si ipsa ceperit accusare ¶ Si
agit conscientia quis absolvet ¶ Certe exemplo quod cuicumque malo convin-
citur ipsi displicet actori ¶ Prima est hec ultio quod se iudice nemo nocens
absolvitur ¶ Si non ipsa iustificat quis condempnabit ¶ Procul dubio qui ulti-
mo articulo dubius est iudex et dies contempnitur iudicaris et conscientia · quid
abloquatur non invenitur ¶ Si non animam accusant opera et illa conscientia
testes assistit · et tamquam veritas examinat equitatis quis quieto
peccator in reatum ab noxiam quia mendacio ipse veritas vindicabit ¶ Sane pre-
tor et si viva vox iuris esse dicitur sententiam eius · veritas prolatam quod
retractat ¶ Sed veritatis sententia manet irretractabilis quia iusticia
eius iusticia in eternum et lex eius equitas ¶ Et contra in pretorio sepe summum
ius summa iniuria est ¶ Quisquis ergo promittit debitor est et veritatis
urgente sententia promissionis fidem compellitur adimplere Porro quod ne-
cessitas extorquet gratiam minuit Unde illud philosophicum quod promisi
promittere ne festines · ne cum volueris non possis · aut cum effeceris
gratiam perdas aut minuas · eo quod te ante illaqueavisti in verbis oris tui
sit tibi · ut non modo licitum sit promittere sed et conducibile ¶ Et ut aliorum
ad preces revocantur exempla pacitur · Christus ipse discipulis et promisit
et iussit ¶ Eis denique qui futurum esset · illis qui omnia pro eo reliquer-
unt interrogantibus sedes in regeneratione promisit et iudiciariam quam
cum eo habituri sunt potestatem ¶ Ex quibus constat quia causa proposi-
tum opus quod commendat ut liqueat eximie quia non verum est philoso-
phi regulam viciari De vicio urbis et secretariis divitum · et quod cum

ticia non nisi in bonis est et quod dives familiarior potius copiam amat
quam amicum. et licet familiaritatis diuturnitas utilis videatur sepissime pe
riculosa est quod innocentibus vitandum est. Sequitur Capitulum duodecimum

12 Sed non minus professores seu immo insinulatores iniuria illius que
captas antecedere perget. te vaticiniis eius in iniustas partes
sumptibus eo quod secretorum conscius. qui loculis preest. diligenti patri
familias displicere non potest. Grata sunt vicia eius. qui deformita
tem morum sumptuum paritate compensat. Optimum est ait Cicero si nes
cis vectigal parsimonia est. Tenuis parcus impletur facile. et facil
lime exinanitur prodigus dives. Arca sane capacissima fundo habet
et brevi concitu congestarum aquarum quantalibet copia defluit. Fontisque
habundancia tollitur scaturientis vene fecunditate sublata. Exili plerumque
meatu inclusio egit urna liquore. Sic minutissimis dies fre
quentibus. et continuis sumptibus. amplissime exhauriuntur opes et
brevium subtractione nummorum. maxima hereditas compilatur. Vasi for
te prodigus pertinax habeat [illegible]. est luxus populator omni
um semper adherens. Infelix hunc gressu comitatur egestas. Illis
ergo parcendum est quorum necessarius minuet usus et aliquid adiciendum
est quantitati. que nisi per continuam deductione decrescit. Et licet usu deflu
ant [illegible] proventum. gratum est diligenti patrifamilias. si vel
vacationi calculo tueantur. Perit quod dupplicatur quod elabitur nescienti.
Adhec lucri bonus est odor ex re qualibet illa tuo sententia semper
in ore versetur. dis atque ipso Iove digna poete. Unde habeat querit
nemo. sed oportet habere. Iulius quedam versuum est arcioris gracie similibus
vinciri divitiis. licet versibilitatis ingenii lubricum pertica vincat. Aut
si virtutis deficiat gracia vel ulterioris familiaritatis complicibus constat.
Ceterorum licet utrumque non posse assequi et rerum privatarum participationem
et calculi cautiones. te secretis ingere qua vis arte. An nescis
quod qui perveniunt ipsis imperatoribus imperare. Scire volunt secreta do
mus atque inde timeri. Et quo studiosius occultantur. eo sunt diligen
cius perscrutanda. Semper carus erit Verri. qui Verrem tempore quo vult
quo accusare potest. Si tamen inter malos caritas aut amicitia
esse potest. Hoc et olim quesitum est. Sed tandem placuit eam nisi in
bonis esse non posse. Magna utique inter molles et malos concor
dia. sed ea tamen. a caritate discedit quantum lux distat a tenebris. et licet
inter eos mali sicut et boni idem velle vel idem nolle possint. Amici
cie tamen titulum non assecuntur. Unde et Crispo hystoricorum inter latinos
potissimo. sed et ipsi Ciceroni placuit. in malis factiones esse. quod in viris
bonis vera amicitia est. Sed quoniam vicio suo prepediente malicia ami

Nota

tus esse non possit. et si non venalibus verendus tamen erit qui con-
sciencia secretorum conscios civium potest mente. Satius est illud et gra-
cia quia nil tibi se debere putat. nil confert unquam qui te precio secre-
ti fecit honesti. ¶ Hoc quoque iam pridem venit in dubium. an quemquam
divitum et potentum amare contingat. tandem quod repertum est eosdem
nunquam amare nec veros. et in eis proprie censis in quibus se potius
quam alios amare videant. Contraria siquidem in eodem esse non possunt.
Et quia divites plurimum cupiditatis. eo sunt minimum caritatis. Hec et-
enim sibi invicem maxime adversantur. Porro ut ait quidam Omnis dives
iniquus est aut iniqui heres. Et rarissimum est ut divicie non deflu-
ant. nisi amoris et cupiditatis glutino solidentur. Eas desiderantis
animi vigilancia et labor adquirit. sed egrior sollicitudo retinet et conser-
vat. Inquit ethicus Non minor est virtus quam querere parta tueri. Casus
inest illic. hic erit artis opus. Cum ergo istud ars illud casus nomine
censeatur. quis eas sine applicacione mentis in cassa diucius sinat. Certe
vetus proverbium est. quia ubi amor ibi oculus. et ubi vigil mentis intencio
ibi fixa cordis posicio est. Unde licet invito et repugnanti animo plo-
rimique affluant cor tamen apponi fidelis philozophus prohibet et doctor
gentium. eos qui divites fieri cupiunt in laqueum dyaboli et temptacio-
nes dicit incidere. et qui utrique maior est primogenitus mortuorum et prin-
ceps regum terre asserit deo et mamone simul serviri non posse. Cum
impar aut sint collata peccunia cuique. sed diviti iniqui sunt aut vero.
Unde liquet divites frequencius iniquos esse quam heredes iniquorum. Quis
ergo regnat caritas ubi iniquitas dominatur. Utique dives familiaris
esse nomen. amicus nunquam aut vero. Sic tamen non de eo. qui habet divi-
tias sinus est. sed qui amat. ¶ Ex quibus liquet quia quantacumque ex fami-
liaritate potenciorum gracia videatur. diligentem cautelam exigit subditorum.
Alioquin amicus eius illecebra. plus aloes quam mellis in exitu habitura est.
Et expedit plurimum ut successus esse consilium secretorum. Cum in tenen-
cia crescit invalescit auctoritas. accedunt incommoda. Proveniunt utilitates
amicorum augetur numerus cultoribus accedit devocio et fortuna tocius
gracie sue. et felicitatis auram videtur beatulis inspirare. ¶ Ceterorum is-
torum omnium novissima quoniam absinthio amariora sunt. Et si interim non
amarescunt in statum amaritudinis habent suspicione rebus siquidem precio-
sa est. divitum aut potentum communicare secretis. si quid enim eis per incuriam
forte elabitur tamen in consciis imponetur. Quid cubicularii aut conflones
azimi. azime aut quicumque nebulonum quibus delicatus divitis sensus
aut furor tacere non potest in lupanari vel taberna presperserunt. aut ut
se vendicarent a familiaritate potentis. divulgaverunt in populo illig-

nota

ii°

calumpniam retorquetur qui in consiliis aliquem locutus est temerasse. Si motus verum perstrinxisse desideras meritoria discute. et licet arcanos celare sui inquire sententias. Nichil enim adeo occultum est quod non ex aliqua parte non revelet. Si michi non credis vel Aquinati tuo aures accommoda. Ait enim O Coridon. Coridon secretum divitis ullum esse putas. Servi ut taceant iumenta loquentur. et canis et postes et marmora. claude fenestras. vela tegant rimas clament ... nemo recubat. Quod tamen ad gallicantum facit ille secundi proximus ante diem caupo sciet perdito. Si terre secretum suum infodiat vel arundo succrescens. hoc producet in publicum. et levi flatu in auras proferet quod auriculas asini Midas habet. Pallas quoque secretorum suorum occultatrix non potuit. quod ipsum iam cognitum cornicis garrulitas publicavit. Unde quia alienorum admissi delatrix fuit. et candorem sua coloris perdidit nevo mutata. et garrulitatis meruit notam. Preterea secretarii dicuntur quasi quidam cubicularii et clitellarii sunt. et qui eorum delictis conveniunt. Quicquid ab eis delinquitur. in ipsorum infamiam redditur nisi forte ea sit de potente opinio ut nullo possit consilio depravari.

¶ Si enim fallentissimus est malicia eius si fraudis et doli vulgata consiliis totius familie fama purgatur. ac si capitis languor infirmancium denigret dolore latera. Alioquin si benignior si timidior creditur potentatus omnia hec deliramenta eius familiaris quasi clitellarii. quibusdam nomine sui hominis portantur. Sed recte gestorum nichil nisi benignitati. aut timiditati potentis ascribitur. et si quando calculus gravior imminet qua si pellem pro pelle animam tuam dabit dives. pro fama sua. Et ut mitte retorqueat culpam suam. culpa in te. meritis criminum. penas non verebitur abiectare. ¶ Sed quod magis mirabile gratulabitur si astucia sua. industrie tue labores et sollicitudines hac mercede donaverit ut te reddat infamem. et fecerit aut finxerit te criminibus in auditis obnoxium. Non est enim malum iniquitate. quod non in divinis consilia vias impugnatur cum manus sit occupatis. eo quod omne officium sibi potentatus conformat nemo quod sapiens dum fluctuat consilio imprudentium. Omnia namque discernit et iudicat. Tu enim putas in conscientia tua. secretorum questionem. tuus turpitudine producere potes in lucem. et proferre in publicum. Certe omnis qui malus est odit lucem. Et opus omne artificis sui hic videtur ymagine. Hic et tradicionem mulierum fucus. dum ab his qui veretur a lumine petit umbras. et timet ne se ipsis deformiores sit si in mediata luce videntium obtutibus pateant. Hoc ergo illarum tota vigilancia querit. ut quod non est in eis perstricti oculi videant et qui videt ceci fiant. At in hiis que nativo colore confidunt. longe aliter est. quia hic amat obscurum nolet hoc sub luce videri. iudicis argutum que non formidat acumen. Licet itaque secretorum quiuis aliquid felicitatis videatur

adire. securitati tamen plurimum deuiant. Difficile aut potius impossibile
est illos placare. qui hac via ad inferos descenderunt aut potius non immissi
se ingesserunt affectos. Heu michi tunc videtur noxia limina feci. inquit
ille qui aude conscientia alieni. an ipsi opus noxa deportationem meru
erit. incertum est. Certum tamen est quia mala aliena non expedit. Ut ipsi
sive sciant sive nesciant. nichil tutius est quam ipsam innocentiam conservare. Phi
losophus sic inter hostes viuendum censuit tamquam inter amicos ac si inimi
cis hostibus vincentur. Et satiricus viuendum recte tamen propter plurima tunc
his precipue causis ut linguas mancipiorum contempnas. Nam lingua mali
pars pessima servi. Sed non modo propter linguas suorum. Verum propter gladios
et venena potentum et insidias omni precepto satirici parendum est.

Quia vendicari possunt que sunt adulationibus acquisita. et de lenonibus et mollibus et pena eorum et quod pudicitiam auferre non potest violentia nisi mens ipsa consentiat. Cap. 13

At qui adulator ei nequaquam parcere potest qui nichil aliud querit nisi ut placeat. Si
potest per se. sin autem per personam suppositam querit uxorem. forte aliamve
coniunctam vel re vel affectione. Affectio tamen efficacior est eo quod ad natu
ram familiarius accedit. Ipsoque vinculo anime quicquid affectionis fede
copulat. Non est utique persuasior assentatio. quam ea que affectionis se
ductione procedit. Unde est quod sepe mariti actores amplectuntur. eo se
rivalibus suis componunt plenius et sepius invitant ad corruptionem mat
rimonii corruptores dum ut publice dicit amator incautus pudice ma
tris uxori quam fidelibus oculis tuetur. Nonne satis delusus est qui cor
nibus suis asserationem sermocinatorem fecundam que ex eo solo decipit crebrius
quod incipit virtus ante ponit. Prici siquidem pulvinarum efficacissima
est. et ut dici solet. corvus nocturna. quovis oratore disertior. et tunc
quod operis faciem quo cumque libuerit colore nescit. Quo ergo timor eo
suspectior habenda est. Si dolus dedit causam contractui rescinditur et
vero tantum omnia que dolo vel alio perfecta sunt. heredes quoque defunc
ti insolidum et inperpetuum tenentur. de eo quod ad eos consistit pervenisse
Sed quid adulatore dolosius. aut forte michi obiacies quia non omnes
novi. Quicquid est. sed auditis michi didicisse videor cuius mores Du
ellius iam senex iam decrepitus corpore corde quoque tremens dolens
sibi exprobratum esse in iurgio. quod oris vitio fedus esset. se domum con
tulit. tumque uxori gravius questus est. quod nunquam eum monuerit. huic
vitio querere medicinam fecisse inquit nisi putassem ora virorum omnium
sic olere. Laudare potius eius matrimonii pudicitiam et preferre patientiam
mulieris que viri vitium tanta patientia tulit. ut ille infelicitatem
corporis. non uxoris fastidio. sed maledicto senserit inimici. At et ego

de adulatoribus aliquid tale video quia omnes arbitror esse sic olentes. Omnes
fallaciam et dolum redolent. et quocumque se vertant. prudentis naribus. hinc
importat. non odorem sed fetorem. Quantumcumque ergo opera tamen acquiritur. certa
ab herede iuste potest avelli. Nec credo quod possit petitoribus ab imperii si ven
dicare audeant. quod adulatoribus contulerunt. Sed quis sapiens et intelliget
ista. Aut ad hoc quis idoneus. cum non modo in omni domo aut conventu
cetu adulantium tanta sit copia. ut si quis modestus. adversus eos mutire
audeat illos defendat innumerus virilitate et umbone phalanges. Certe dum
vir honestus. innitens constantie virtutum insistens officiis esurit sitit al
get. et multiplices fortune indignantis iniurias excipit. vilis adula
tor pretiosis iacet ebrius estro deliciis ingurgitat ad crapulam. vino estuat
lautioribus cibis distenditur et pro arbitrio variis artificiis telum sibi
contemperat. Primos habet recubitus in cenis in conventibus primos con
sessus prelectos primonie proclamatur salutationes occupat primas primas
sententias in iudiciis profert inde monstrationibus honestissime inde
liberationibus utilissime sentit. Quicquid loquitur salubre est. Quicquid agit
iustitia aut liberalitas. Age ergo. et inter istos sapere aude. Illico multa
adulatorum veniet manus. et velut te inde cogent. in suam tamen de
turbam. Multitudine itaque tuti sunt. et artificio. ut ipsas possunt et
reges et principes expugnare. Et miro modo mentis plus pre
valet in armatos. et mollitie que robustissima sunt. potenter expug
nat. Disposueram tamen silere de mollibus qui sicut ignominiosi ita
sunt et videntur in nobis innominabiles. Silentium indicit verecundia mo
rum et verecundus animus natura dictante illorum declinat aspec
tum. Quod multa si natura negat. facit indignatio versum. Apud
istos ars est. suam pudicitiam prostituere. alienam violare vel oppug
nare. Nec quid sumpserunt suam cum matrimonii tenuerit iure et coniu
gis adulterium. crimen prodit. dum egreditur sponsa thalamo iungere
noli maritum credere. sed lenonem. Produxit eam libidinosis propo
nit et spes dolosi matrimonii refulgeat affectus callida simulatione
prostituit. Filia namque detentior. aut si quid aliud in familia place
at ditiori publica merx est. Exposita quidem si emptorem invenerit.
Sed licet iustus dolor eos aliquatenus cruciet qui thori participes
admittunt aut faciunt egritudo tamen utilitatis compendio mitigatur
vel saltem doloris dissimulat cruciatum. Si enim res serio agatur si libidine
donentur cunctis iudicia non est dolor. sicut dolor ille. quo corpus su
um quis videt aliena libidine pollui. Certum namque pretium contra corpus

Sunt et qui fornicantur in corpus suum peccat. Hoc inquit os ex ossibus
meis et caro de carne mea ut non iam duo sint vir et mulier sed
una caro. Hec utique sine dolore non scinditur. neque sine invidia commu
nicatur. Non bene cum sociis regna venusque manent. Et sicut nulla fi
des regni sociis. ita nec thori. Certe facilius est regni dimidias quam af
fectionem coniugii alii cedere. At qui nec isti coniuges sunt sed lenones. Tunc
demum amicicias credunt composuisse divitibus cum fidei fidem faciat fides
violata. Quid quod filias et uxores. quas licet natura prohibeat. tamen quocum
que modo natura permittit exponunt questui aut prostituunt. In spretam natu
ram quasi gygantes alii theomachiam novam gerentes insurgunt.
Filios offerunt veneri. eosdem quoque in oblatione puerorum virgines precio
compellunt. In illis et etatis maturitas expectatur. At in hiis sufficit abs
que impudicitie voluptate posse compleri. Pudet dicere quod se ipsos viri eta
te provectiores et sensu turpitudini tante non subtrahunt. et cum eos
in nobiliori sexu natura creaverit. ad deteriorem conditionem ipsis est commu
ta malicia prolabuntur. effeminati vicio. et corruptela morum cum ta
men nature beneficio femine esse non possint. Cum lascivientis
divitis luxus libidini vota sua porrigit recumbentis pedes talami
stratus cinnamomis excipit uxorem imbuens meretricia. Hystoriam pictam
cultam prius virginibus ornatam. triumphalem quoque principibus appa
ratum et maiorum conspectu pedes et ne plus dicam. teneris manibus
tibias tractans. Crotetatus enim incessit dinctus. ut manus sole sub
tractas. emolliret addinctas usum. Deinde licencia paululum procedente
totum corpus impudico tactu oberrans. pruriginem scalpit quam fecit
et ignes veneris languentis inflamat. Verum hec abhominacio non tam
ostendenda est quam conspuenda. puderet quoque eam unquam vero esse in
sertam nisi eam doctus apostolus romanis scribens ubi manifestius expressis
set dicens quia femine eorum immutaverunt naturalem usum in eum
qui est contra naturam. et masculi relicto naturali usu femine exarserunt in
desideriis suis. masculi in masculos invicem turpitudinem operantes. ut da
rent mercedem reprobum. scientes quod minime conveniret. et viciis uni
versis obnoxii indignacionem dei et omnium peccatorum. inesse aculeos innotuerunt.
Et nunc quidem in auribus romanorum. hoc tuba apostoli conclamabat quod
impiyssimus. imperator nero hominem sementis puerum sporum exsectis
testiculis. in muliebrem naturam transformare conatus. Abeo tempore publi
cum natum est. Quia usus formosorum abusio est. Et illud forme gracia
eo minus grata est sapienti quo corrupto est gracior corruptori. Difficia

lius et cum ab impudicis defensoribus custoditur. quod plures appetunt
Illud quod mariti factus surrexit fraudulentus aut inimicus pudici
tie pro violentus extorquet. A patribus tamen pridem diffinitum est. quia
pudicicia auferri non potest nisi mentis corrupcio antecedat. Que cum
ut magnus asserit augustinus non precedente libidine violenter patitur
corpus. vexacio pocius dicenda est quam corrupcio. Ubi ergo sanctitati pudi
ticia auferri non potest nisi mentis corrupcio antecedat potest ubi
nulla nisi voluntaria potest esse corrupcio. in mentis integritate. ubi
rectum sanctitati pudicicia potest. Nec magnum est integram esse carnem
ubi mens tetra corrupcione polluitur. At nunc si deceptor amans. aut
violentus abest ita male a teneriori etate instituuntur adolescentes. ut
oculis lascivientibus. vultu fracti corporis gestu incitu quoque ocio. et lenocinio
suo ipsis meretricibus concesso. polluantur sine corruptoribus. et legum que in eos
iam plurime late sunt. nullam habent reverenciam vel timorem. licet in eos
gravissime animadvertendum decrevit imperator. Ait enim. Cum vir nubit
in feminam. viris porrecturus quid cupiat. Ubi sexus perdidit locum
ubi scelus est quod non proficit scire. ubi venus mutatur in alteram for
mam. ubi amor queritur et non invenitur. iubemus insurgere leges
armari iura. ut gladio ultore et exquisitis penis subdantur infames
qui sunt vel futuri sunt rei. Sed neque consencientibus parcit quin eis penam
irroget capitalem. tum et lege divina. facientes et consencientes. pari
pena plectantur. Ipsos quoque magno episcopo auctore ambrosio mediolanen
sem attende consencientes diffinivit esse qui notum crimen reticent
aut corrigere cum possint dissimulant. Sed quid de eis verecundum odiosum
que sermone protendimus. Ut sortem eorum condigna conclusione clauda
mus. procul dubio pluet super eos dominus laqueos ut non effugiant ignis
sulphur spiritus procellarum pars calicis eorum. et cum auctoribus suis quos
sodoma devoravit. erunt sedis inferiorem. et obprobrium sempiternum. Quid
prodest queso eis tunc dimittu favor. Aut quis potest esse temporalium
usus. aut voluptas quem tantus dolor et tanta erubescencia non ab
18 sorbeat. Adulatores pernicendos esse tamquam hostes deorum et hominum.
et veritatem gratanter amplectandam et pacienciam custodiendam ca
Sed ut vulgari proverbio dicit rombz qui exemplis maiorum:
deus ille preteritis colendus creditur. qui subvenit imperitis pridem
quam non currunt quamvis dum tamen hii quod appetunt fatigant. Egregie quidem
Cecilius balbus imperator inquit auguste cum in multis tum in eo ma
xime claret prudencia tua. quod isti non dum animo te quamvis insanum redde
derunt. qui ut tibi applaudant. non modo diis. sed tibi ipsis et populo immi

viam faciunt. Deorum si quid inimicum reverentiam. quos pacificant tibi. Ce
argunt insipientie diuini conditioni tue repugnante natura te parem
numinibus esse persuadere presumunt. Tota superstitionis vanitas simplices. tum mor
tales deos. pro immortalibus. persuadent esse colendos sane in eo aliquid
dicunt. tibi in esse monstrabis. si omnes istos qui divinitati tue fraudulen
ter applaudunt rapi feceris ad tormenta ¶ Quis enim deorum ei prestat a quo
se deceptum iri intelligitur. Quis non irruat in eum. qui aureos iouis
oculos eruit. aut argento gemmisque sublatis vestem mitius contexuerit.
Quis de martis capite ad amatum lumen impune. temerarius effodit ung
uibus. Nempe deos invisibiles et immortales timueris. et eis fallacie parti
ve insidias grauius culpe est eo quod ab his visibilium deorum fabrica suste
tatur et regitur. et honore aut contemptu qui istis exhibetur illi verum
uant. Si sapis ergo auguste an deorum hostes insurges. et te si non deum
quod nequaquam es vel deorum te doceas esse cultorem si deceptores istos contem
tnaueris contemtatores tuos deorum contemptores et utrosque unica penas
h'cialius ¶ Facto tu adulatorum prevalent quod et prius verum declarauit sta
tius. Ad quid. ut si quis popularis modestie consortis. assentationis
et servilitatis vitio crediderit temperandum hostis scelus reputatur. aut
inimicus deorum si quid aures tenere sunt. et iam absurduerunt. vero
et linguam seniorem sine offensione grauissima non admittunt ¶ Ing°
quantum autem maiorum etas non dedignatur perspicuum est tum sine pacien
cia. aut nullum aut rarum esse opus virtutis verbis docuerint et ex
emplis. ¶ Unde et aristipus. et maledicenti se discedens dixisse legitur
¶ Ut tu lingue tue sic ego mearum aurium dominus sum ¶ Antistenes quoque
cuidam dicenti maledixit ille tibi Non michi inquit. sed illi qui in se quod
ille culpat agnoscit Ergo et si michi maledicere ceperit. non curo quia audi
tus. lingua debet esse robustior. cum singulis hominibus lingue sint
singule sed aures bine. Aliquatenus tamen curo quia eo ipso me fateor
esse superiorem. quod superioris persone usus est detractionibus subiacere. inferi
oris inferre. Gaudere itaque in vigente humanitate hominum compateretur
infelicia ¶ Item Tytus catonis maledicenti sibi metello. facile inquit est
in me dicere cum nec sim responsurus ¶ Quid xenofon. Tu inquit cuidam
maledicere didicisti. et ego conscientia teste didici maledicta contempnere ¶ Sed
et dyogenes. cum ei minitaretur amicus. te amice tuncti intueant. oportet
inquit sapiam ab insipientibus ferire. Est enim meliore inditum mala lin
gua quem carpit ¶ Quid plato. Catonis philosophie valeri pancucas est
Cum et socrates. non modo verbis neget sapientem posse offendi. sed ad

usus amicum fortunam robore virtutis sue manere immobile. ¶ Et ne philo-
sophis solis peccatum sic placuisse credas ipsorum imperatorum ad ea publica
dam exempla concurrunt. In grecia quis maior aut clarior Alexandro
Ei Antigonus pedagogus citharam fregit abiecitque dicens Etati tue
iam regnare convenit pudeat quod in corpore regis voluptate luxurie do-
minari. Quod et ille pacientissime tulit licet plerosque impacientissime
tulit fuit. et patre sicut virtute ita moribus superavit. ¶ Eidem quoque ele-
ganter et vere comprehensus piratam scribitur vidisse. Cum enim Alexander
interrogaret quid ei videretur quod mare haberet infestum ille libera con-
tumacia quod tibi inquit ut tu orbem terrarum. Sed quia ego id uno navigio
facio. latro vocor. Tu quia magna classe diceris imperator. Si solus
et captus sit Alexander latro erit. Si ad nutum dionidis populus famulare-
tur erit dionides imperator. Nam quo ad causam non differunt nisi quod
deterior est qui rapit improbius qui iusticiam abiectius deserit qui
manifestius impugnat leges. ¶ Quas enim ego fugio. tu persequeris
ego ut timeo veneror. tu contempnis. Hec fortune iniquitas et rei
familiaris angustia. te fastus intollerabilis et inexplebilis avari-
cia furem facit. Si fortuna mansuesceret fierem forte melior. At tu quo
fortunatior nequior eris. Admiratus Alexander constanciam hominis. Eum
inito arguentis experiar inquit. an futurus sis melior. fortunamque
mutabo. ut non ei amodo quod deliqueris. sed tuis moribus ascribatur.
Cumque iussit conscribi milicie ut posset exinde salvis legibus mi-
litare. ¶ Sed ne a solis grecis mutuemur instrumenta virtutum sepius af-
firmamus. Cum enim parum pugnante quidam argueret imperatorem inquit
me mater peperit non bellatorem. ¶ Marius quoque cum eum theuto-
nus quidam ad pugnam certamine provocaret vidit si cupidus mortis
esset se vitam laqueo posse finisse. et perpetue non tam pugnam quam
victoriam querere. ¶ Primus romanorum imperator Julius cesar quam
pacientissime multa sustinuit. ¶ Cum enim calvicium iniquissime
ferret et deficiente capillum a vertice commoveret ad frontem. ab ira-
to milite ei dictum est. Facilius est cesar te calvum non esse quam me
in conspectu romanorum umquam egisse vel acturum esse timidum. ¶ Idem
lato clavo usque ad manus fimbriato utens laxius cingebat. Unde
Silla optimates sepius ad moneres dicebat. ut puerum male precinctum
caverent. ¶ Preterea margaritarum cupidissimus erat quas pondus
earum interdum manu sua conferens distrahebat. Cum ergo de talio immito
rem ut faceret senatus auctoritate demigrasset. ut ei videbatur in ius-
tum. ante inquit saciabis margaritis. ¶ At hec forte aut aliena vi

debuit. et qua q viri fortis animus. honestius dissimularet Nam et
famosi libelli. de eo scripti sunt et iocularia carmina. in eum publice diuul
gata Ut est illud militum in triumpho gallico celebratum Gallias cesar sub
egit. nichomedes cesarem. nichomedes non triumphat. qui subegit cesa
rem Eo q nichomedes rex bitinie cesarem sedabatur stupro subegisse. in
ulteriorem familiaritatem dum uxor esset admissum confacilitate quoque cesa
ris in allegando senatu ciceronis nimis acriter. et palam irrisit Nam cum
ab hospite suo p mallio rogaretur. ut pinguis suo decurio natum ceperet
diceret Aut assistente frequencia Rome si uis habebit pompeijs difficile
est ¶ Sz et in epistola ad G. cassium violatorem dictatoris mordacius scrip
sit vellem id idibus marcijs. me ad cenam inuitasses. profecto reliquiarum
nichil fuisset Nunc me reliquie vestre exercent ¶ Sz augustus fortune
fauor. et romani decus imperij. auunculo iulio longe pacientior extitit
Cum enim antonius. maternam eius originem despiciens eum affectu
gene et natura. pauperis filium diceret. hec videns pertulit. et eiusdem sororem tra
dita in affinitatis consorcium admisit ¶ Cum vero idem aduersus senatum
quedam grauius contendisset. loquere inquit auguste q placet quia
diligenciam auribus lingue taciturnitate indixi. quietem manibus. et in
omnibus hijs potenciam tuam accusa. quia nichil aliud argui potest
impaciencia mea ¶ Ad hec non modo in se seruabit pacienciam sz etiam eandem
alijs indicebat. Unde cum tyberius quereret per epistolam q multi de illo prope
rum loquerentur ita rescripsit Mi tiberi noli nimis indignari quemquam
quam esse. qui de te male loquatur. Satis est enim. si hoc habemus ne quis
nobis male facere possit ¶ Idem tanta comitate. quoslibet se adeuntes
excipiebat. ut quedam ioco corriperent. q sic sibi libellum porrigere ve
reretur quasi elephanto defuncto stipem Et quamuis uere adulacionibus
captus tantum iste ab eis ausus est. Unde appellacionem dominus. ut maledictum
et obprobrium semper exhorruit ¶ Denique cum eidem descendenti per patrum
viam. desperatus quidam diceret. O tyranne. si essem inquit non diceres Ob
seruatum et enim est quociens ingrediebatur urbem ne supplicium de quo
quam sumeretur ¶ Curcius eques romanus delicijs affluens cum macro
turdum sumpsisset in conuiuio Cesaris interrogauit an mitteret hoc videt
princeps Cumque ni loqueretur Ille statim per fenestram misit ¶ Miles
peritus aucupij noctuam que cesaris noctes inquietauerat. spe ingentis
premij. captam tulit ad cesarem laudato imperator mille nummos dari
iussit At ille ausus est dicere. malo alteri malo. malo viuat. auemque dimi
sit. Ubi utique contumax miles non sine admiracione multorum cesare
non offenso ¶ Veteranus cum sibi die dicto periclitaretur. cesarem ro
gauit in publico. ut adesset prestantissimum aduocatum. quem elegerit

sine mora dedit emendandamque ei litigatorem. Veteranus autem exclamavit
voce magna. At ego non cesar periclitante te bello acciaco vicarium
quesivi. sed pro te ipse pugnavi. detexitque impressas cicatrices. Erubuit ce
sar venitque in advocationem. ut qui vereretur non superbus tantum sed eciam
ingratus videri. Intraverat urbem adolescens simillimus cesari. per
ductumque ad cesarem. interrogavit augustus. dic michi adolescens
fuit unquam mater tua rome. Negavit ille. nec contentus adiecit sed
pater meus sepe. Ioca itaque asperitate urbana ad noticiam omnium et fami
liaritate imperatoris sibi conciliavit. Augustus in pollionem scripserat
phescenninos. Et ego inquit pollio taceo. Non est leve in eum scribere
qui potest proscribere. Sicut autem non facile concipiebat iram. ita
nec facile admittebat ad amiciciam. Ita et quem semel admiserat
constantissime retinebat. Eidem inter varia dedecora aiunt probro
se obiectum est. quod adoptionem avunculi. stupro meruerit. quia cum Iu
lius cesar adamasse dictus est non sine rumore prostitute pudi
cie. Alius quoque eidem improperavit obiecit. quod solitus esset. crura ardenti
sub nuce sure. quo mollior surgeret pilus. Sed et eo tympanizante in
ludis primo dixisse me memini. Vides inquit plebeius quidam
cinedus orbem digito temperat. Et tum Graccus. ob corporis brevita
tem commeantis cuiusdam impetu directum sibi talariamentis quidem
scultis utendum esse videt. Tiberius quoque cum in multis legatur
fuisse culpabilis. tamen adversus convicia. satis firmus ac paciens extitit
tit dicens. quia in civitate liberas. et mentes homines esse oportebat.
Et ut ad peyores transeam. domicius neronis satis paciens fuit. in quo
sic lusisse fertur orator licinius. Non esse mirandum. quod eneam haberet
barbam cuius firmum cor plumbeum esset. eo quod dura dum tacebat
loquebatur que conmunitatis adversum. quam corde conceperat proferre
bant. Iustitias cum sederet describitur super talentum plebi. Vespa
sianus quoque de quo in libro secundo dum Ierosolimorum destructo descri
beretur fecimus mencionem. etiam infimorum convicia paciencius tulit adeo
ut sene buculo proclamante. in imperium eius. vulpem pilum posse
mutare. non animum eo quod natura. cupidissimus esset pecunie nec
avariciam minuerit processus etatis. Risisse dicatur. huiusmodi hominibus
debemus risum nobis correctionem. sed penam criminosis. Nam
de filio eius tito quid dicam. qui patris avariciam tanta liberitate libe
ralitate purgavit. ut amor et delicie humani generis. ab omnibus
diceretur constantissime tenens in moribus. ne quemque postulandi gracia
ad se accedentem. sine re vel spe. quocumque modo dimitteret. Unde monitus
rogantibus domesticis cur plura polliceretur. quam prestare posset.
Ait non oportere quempiam. a sermone principis tristem discedere.
Idem quoque recordatus super cenam. quod nichil totam diem cuiquam prestitisset dolens

et gemens dixit Amici hunc diem perdidi. ¶ Que in vita offenderat
a ierosolimorum irrisus odio non dum legi. Et forte illum vindicte in
necem nominis et crucifixi redemptoris elegit deus qui populum excecatum
incolumi conscientia non modo innocentem sed et religiose despuit et delet
Tacitus et enim horam qua moriendum erat. cum lectica vehetur suspe
risse dicitur celum. multumque conquestus est eripi sibi vitam immerenti. Neque
enim extare ullum factum suum quod sibi penitendum esset. excepto uno dum
taxat id quale fuit. neque ipse tunc prodidit. neque cuiquam notum fuit
¶ Quid de patre huius loquar. cuius tanta benignitas erat ut sua univer
sa. dum a contumeliis abstineret. nec crederet quemquam posse morum tan
te signum civilitatis. et humanitatis. ut impio fuit ut omnibus pro
desse nullumque punire studeret convictos coniurationis contra se. dum
sit illesos. et in pristinam familiaritatis admisit ¶ Sed et domicianus
qui gravissimam tirannidem theomachiam [persecutionem] exercuit post neronem huius vir
tutis aliquid plerosque indulsit civibus. licet in eos gratis quoque insaniret
homo quidem usque quaque inutilis et qui nichil aliud habebat virile
nisi nomen imperii. Et tamen ignaviam mentis. et inertiam corporis sub
pretextu principatus occuleret. cottidie sibi secretum horarum spacium ven
dicabat. nec quicquam medium faceret consueverat. nisi captare muscas
et easdem stilo preacuto configere. ut tandem interroganti. ne quis intus esset
cum cesare non absurde sibi Crispum sit a metello. Ne muscam quidem.
Et licet impiissimo principi innotuerit dissimulare maluit quam punire
¶ Sed cur placide exempla persequor cum omnibus liqueat nichil firmum esse
et stabile. quod levi flatus aura concutitur. Quis virum fortem credat
que arborem movet impulsus. et ei quietem excutit. et virtutum com
page dissipata cuius animum sanguinem elicitur. Unde in publico iure
statutum est ne pro verbis frivolis quisquam severitate penarum molestet
ur. Cum enim imperatorum. divorum theodosii archadii. et honorii. statuta consu
mans ¶ Si quis modestie nescius et pudoris ignarus. improbo petulan
tique maledicto nomina nostra crediderit lacessenda. ac temulentia turbulen
tus obtrectator temporum fuerit. cum pene nolumus subiugari. neque du
rum aliquid. neque asperum sustinere. quia si id ex levitate processit contemp
nendum est. si ab insania miseratione dignissimum. si ab iniuria remittendum.
Unde integris omnibus. hoc ad nostram scientiam referatur. ut ex personis
hominum dicta pensemus. et utrum pretermitti an exquiri debeant censea
mus ¶ Ex quibus colligitur dictis hominum non moveri eum. qui aut
virtutis amator est. aut iuris constitutionem obtemperans. Omne vafer
vicium ridenti flaccus amico tangit. et admissus circum precordia ludit
¶ Familiare si quidem sapienti est. ut magno placet. augustinus. potius a quo
libet reprehendi quam sive ab errante sive ab adulante laudari. Nullus

et cum veri reprehensor formidandus est, amatori veritatis. Et cum aut ini
micus reprehensurus est aut amicus: si inimicus insultat ferendus est,
amicus autem si errat docendus, si docet audiendus. Laudator vero et errantis
confirmat errorem et adulans illicit in errorem. Dicit ergo vir fidelis, elec
tus in beneplacito domini, relinquens si sapiat regibus et principibus instar
humilitatis exemplum et fortitudinis: Corripiet me iustus in misericordia et
increpabit me; oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Con
sonat ei ethicus dicens: Falsus honor iuvat et mendax infamia terret
quem nisi mendosum et mendacem? Quod ei dumtaxat licet adulari
quem licet occidere, et quod tyrannus publicus hostis est. xv. Capitulum.

17 Exceptione tamen debetur hoc oleum peccatoris quod reprobat pars nobi
lis regum fidelium, et ad quod emendandum infatuatas sua cum lampas
virgines mittit evangelicus sermo. Et utique qui in sordibus est et iusto
dei iudicio sordescit amplius, et vulgi opinione patronus splendere ap
petit quam caritatis operum quae cum semine incendio. Unde et in secularibus
litteris cautum est, quia aliter cum amico, aliter vivendum est cum ty
ranno. Amico utique adulari non licet, sed aures tyranni mulcere licitum
est. Ei namque licet adulari, quem licet occidere. Porro tyrannum occidere non
modo licitum est sed equum et iustum. Qui enim gladium accipit gladio
dignus est interire. Sed accipere intelligitur qui eum propria temeritate u
surpat, non qui utendi eo accipit a domino potestatem. Utique qui a deo po
testatem accipit legibus servit et iustitie et iuris famulus est. Qui vero
eam usurpat iura deprimit et voluntati sue leges submittit. In eum
ergo merito armatur ius qui leges exarmat, et publica potestas
sevit in eum qui evacuare nititur publicam manum. Et cum multa
sint crimina maiestatis, nullum gravius est eo quod adversus ipsum corpus
iustitie exercetur. Tyrannus ergo non modo publicum crimen, sed si fieri pos
set plusquam publicum est. Si enim crimen maiestatis omnes persecutores
admittit, quanto magis illud quod leges premit, que de ipsis debent imperatori
bus imperare. Certe hostem publicum nemo ulciscitur, et quisquis eum non
persequitur in seipsum et in totum rei publice mundane corpus delinquit.

Explicit liber tercius. Incipiunt Capitula quarti libri et primo.

De differentia principis et tyranni et quid sit princeps. Quid lex 1 2
et quod princeps licet sit legis nexibus absolutus, legis ta
men servus est et equitatis, gerens personam publicam, et innocenter
sanguinem fundit. Quod princeps minister est sacerdotum et minor eis. 3
Et quid sit ministerium principatus fideliter agere. Hinc legis auctoritate 4
constat principes legi iustitie esse subiectum. Quod principem castum 5
esse oportet et avariciam declinare. Quod debet legem dei habere pre mente 6

et oculis semper et pectore esse in litteris. et litterarum agi consiliis. Quod timo- 7
rem dei docere debet. et humilis esse et sic suave humilitatem quod auctoritas
prius non minuat. et quod preceptorum alia mobilia alia immobilia. De modera- 8
tione iusticie et clemencie principis. que debent in eo ad utilitatem rei publice
temperari. Quid sit declinare ad dexteram vel ad sinistram. quod principi pro- 9
hibetur. Quid utilitatis de cultu iusticie principes consequantur. Que sit a- 10·11·
lia merces principum. Ex quibus causis transferuntur principatus et regna 12

Explicit capitula tercii libri. Incipit prologus quarti libri et primo.

Ardua quidem res est professio veritatis et que in tergiversantibus eorum tenebris aut negligencia profitentis frequentissime irascitur. Quid enim veri sit quis recte examinat rebus incognitis. Noticia autem veri eo quod vias non dirigit contemptoris iusticie aculeos exacuit impunitatem delinquentis. Est ergo primus philosophandi gradus qua vero proprietates rerum discutere. ut quid in singulis verum sit prudens agnoscat. Secundus ut quisque id veritatis quod ei illuxerit fideliter exequatur. Hic autem philosophantium strata illi soli pervia est qui de regno vanitatis proclamat in libertatem qua liberi fiunt. quos veritas liberavit. et spiritu sumentes tollunt iugo iniquitatis. et in iusticie subduxerunt. Ubi enim spiritus dei ibi libertas. Mentiri sunt unius meus quod conscientiens. Porro amator spiritus sancti est. Porro spiritus sanctus est. qui loquitur equitatem incognitam principum. nec erubescat et pauperes spiritu regibus anteponat aut certe et quos sibi fecit cohere docet scire. loqui et facere voluntatem. Qui enim non vult audire vel loqui. a spiritu veritatis alienus est. Sed hic acie mentis Nunc in quo tyrannus distat a principe audiamus. De differencia principis et tyranni. et quid sit princeps.

Est ergo tyranni et principis hec differencia sola vel maxima quod hic legi obtemperat. et eius arbitrio populum regit cuius se credit ministrum. et in rei publice muneribus exercendis. et oneribus subeundis legis beneficio sibi primum vendicat locum. in eoque prefertur ceteris quod cum singuli teneantur ad singula principi onera imminent universa. Unde merito in eum omnium subditorum potestas confertur. ut in utilitate singulorum et omnium exquirenda et facienda sibi ipse sufficiat. et humane rei publice status optime disponatur. dum sunt alter alterius membra. In quo quidem optimam vivendi ducem naturam sequimur. que microcosmi sui. i. mundi minoris hominis. sensus universos in capite collocavit. et ei sic universa membra subiecit ut omnia recte moveantur. dum sani capitis sequuntur arbitrium. Tot ergo et tantis privilegiis apex principalis extollitur. quot et quanta sibi ipse necessaria credidit. Recte quidem et probe nichil enim utilius. quam ut principis ne-

[ne]cessitas compleatur. Cuius utique nec voluntas eius iustitie inveniatur aduersa. Est ergo ut eum plerique diffiniunt princeps potestas publica et in terris quedam diuine maiestatis ymago. Procul dubio magnum quid diuine virtutis declaratur inesse principibus dum homines nutibus eorum colla submittunt et securi plerumque feriendas prebent ceruices et impulsu diuino quisque timet quibus ipse timori est. Quod fieri posse non arbitror nisi nutu faciente diuino. Omnis etenim potestas a domino deo est et cum illo semper fuit et est ante euum. Quod igitur princeps potest ita a deo est ut potestas a domino non recedat sed ea utitur per subpositam manum in omnibus doctrinam faciens clementie aut iustitie sue. Qui ergo resistit potestati dei ordinationi resistit penes quem est auctoritas conferendi eam et cum vult auferendi vel minuendi eam. Rex enim potestas est potentis cum vult seuire in subditos sed diuine dispensationis pro beneplacito suo punire vel exercere subiectos. Unde et in persecutione hunorum athila interrogatus a religioso cuiusdam ciuitatis episcopo quis esset cum respondisset. ego sum athila flagellum dei veneratus in eo ut scribitur diuinam maiestatem episcopus bene inquit venerit minister dei. et illud benedictus qui venit in nomine domini ingeminans reseratis ecclesie foribus persecutorem admisit per quem et assecutus est martyrii palmam. Flagellum enim domini excludere non audebat. sciens quia dilectus filius flagellatur et nec ipsius flagelli habet nisi a domino potestatem. Si itaque a bonis venerabilis est bonis potestas etiam in plaga electorum quis eam non veneretur que a domino instituta est ad vindictam malefactorum laudem vero bonorum et laudibus legibus deuotione promptissima famulatur. Digna vox est ut ait imperator maiestati regnantis se velle vincere legibus profiteri cum tamen legibus non arceatur ut patet in ff. Quia de iure auctoritate principis pendet auctoritas. et re vera maius imperio est submittere legibus principatum ut nichil sibi princeps licere opinetur quod a iustitie equitate discordet.

Quid lex et quod princeps licet sit legis nexibus absolutus legis tamen seruus est et equitatis gerit personam publicam et innocenter sanguinem fundit.

Hec et in eo sibi principes detrahi arbitrentur nisi iustitie sue statuta preferenda crediderint iustitie dei. cuius iustitia in eternum est et lex eius equitas. Porro equitas ut iuris periti asserunt rerum conuenientia est que cuncta coequiparat ratione. et in paribus rebus paria iura desiderat in omnes equabilis tribuens unicuique quod suum est. Lex vero eius interpres est. ut pote cui equitatis et iustitie voluntas innotuit. Unde et eam omnium rerum diuinarum et humanarum compotem esse Crisippus asseruit

Id ergo principe omnibus bonis et malis et tamen velut rex quam hominum
principem et ducem esse. Cum Papinianus vir quidem iuris peritissimus
et Demostenes orator potens inducantur suffragari. et omnem hominem subicere
obedientiam eo quod lex omnis inventio quidem est et donum dei dogma sapi
entium correctio voluntariorum excessuum. civitatis compositio et totius
criminis fuga. Secundum quam decet vivere omnes qui in politice rei universitate
versantur. Omnes itaque necessitate legis servande tenentur astricti nisi
forte aliquis sit cui iniquitatis licencia videatur indulta. princeps tamen
legis nexibus dicitur absolutus non quia ei iniqua liceant. sed quia
is esse debet qui non timore pene. sed amore iusticie equitatem colat rei
publice procuret utilitatem. et in omnibus aliorum commoda private preferat
voluntati. Sed quis in negotiis publicis loquetur de principis voluntate
cum in eis nil sibi velle liceat. nisi quod lex aut equitas persuadet aut ra
tio communis utilitatis inducit. Eius namque voluntas in hiis vim debet
habere iudicii et rectissime quod ei placet in talibus legis habet vigorem. eo
quod ab equitatis mente eius sententia non discordet. De vultu tuo inquit
iudicium meum prodeat oculi tui videant equitates. Iudex et enim
incorruptus est cuius sententia ex contemplacione assidua ymago est
equitatis. Publice ergo utilitatis minister et equitatis servus est
princeps et in eo personam publicam gerit. quod omnium iniurias et dampna
sed et crimina omnia. equitate media punit. Virga quoque eius et baculus
adhibita moderatione contractus. omnium et errores ad viam redu
cit equitatis ut merito potestati spiritus congratuletur dicens. Virga tua
et baculus tuus ipsa me consolata sunt. Sed et clipeus eius fortis
quidem. sed infirmorum clipeus est. et qui malignancium iacula in innocentes
tibus potenter excipiat. Officium quoque eius illis qui minimum pos
sunt. plurimum prodest. et illis qui nocere desiderant plurimum adversatur.
Non ergo sine causa gladium portat quo innocenter sanguinem fundit
ut tamen vir sanguinum non sit et homines frequenter occidat. ut nec incur
rat nomen homicidii vel reatum. Si enim magno credimus Augustino Da
vid vir sanguinum dictus est non ppt' Uriam. Et Samuel nusquam vir
sanguinum aut homicida scribitur. licet Agag pinguissimum regem Ama
lech interfecerit. Hic siquidem gladius est columbe. que sine felle rixatur
sine iracundia ferit et cum dimicat. nullam omnino concipit amari
tudinem. Nam sicut lex culpas persequitur sine odio personarum. ita et
princeps delinquentes rectissime punit. non aliquo iracundie motu sed
mansuete legis arbitrio. Nam et si suos princeps videatur habere licto
res. ipse aut solus aut precipuus credendus est lictor cui ferire licitum

licatum est per suppositam manum. Ut enim ad stoicos accedamus qui causas nominum diligentius investigant. lictor dicitur quasi legis ictor. eo quod ad officium ipsius spectat. ferire que lex iudicat feriendum. Unde et antiquitus officialibus quorum manu iudex nocentes punit. cum reus gladio immineret. obtemperare legis arbitrio dicebatur ut legem impleret. ut rei tristiciam mitigaret mansuetudo verborum.

3 Quod princeps minister est sacerdotum et inferior eis et quod sit ministerium principatus fideliter

Hunc ergo gladium de manu ecclesie accipit princeps cum ipsa agere tamen gladium sanguinis omnino non habeat. Habet tamen et istum. sed eo utitur per principis manum. cui coercendorum corporum contulit potestatem spiritualium sibi in pontificibus auctoritate reservata. Est ergo princeps sacerdotii quidam minister et qui sacrorum officiorum illam partem exercet que sacerdotii manibus videtur indigna. Sacrarum namque legum omne officium religiosum et pium est illud tamen inferius quod in penis criminum exercetur et quandam carnificii representare videtur ymaginem. Unde et Constantinus Romanorum fidelissimus imperator cum sacerdotum concilium in Niceam convocasset. nec primum locum tenere ausus est. nec se presbiterorum immiscere consessibus. sed sedem novissimam occupavit. Sententias vero quas ab eis approbatas audivit ita veneratus est ac si eas de divine maiestatis sensisset emanasse iudicio. Sed et libellos inscriptionum quos adinvicem conceptos sacerdotum crimina continentes imperatori porrexerant. suscepit quidem clausos et reposuit in sinu suo. Cum autem eosdem ad caritatem et concordiam revocasset. dixit sibi tanquam homini et qui iudicio subiacet sacerdotum illicitum esse deorum examinare causas qui non possunt nisi a solo deo iudicari. Libellosque quos receperat non inspectos dedit incendio. patrum veritus crimina et genitalia publicare. et Cham reprobi filii maledictionem incurrere qui patris verenda non texit. Unde et in scriptis Nicolai Romani pontificis idem dixisse narratur. Vere si propriis oculis vidissem sacerdotem dei aut aliquem eorum qui monachico habitu circumamicti sunt peccantem. clamidem meam explicarem et cooperirem eum ne ab aliquo videretur. Sed et Theodosius magnus imperator. ob meritam noxam. non tamen eatenus gravem. a sacerdote Mediolanensi a regalium usu. et insignibus imperii suspensus est. et indictam sibi penitentiam homicidii patienter et sollempniter egit. Profecto ut doctoris gentium testimonio utar. maior est qui benedicit. quam qui benedicitur. et penes quem est conferende dignitatis auctoritas eum cui dignitas ipsa confertur honoris privilegio antecedit. Porro de ratione iuris. eius est nolle cuius est velle. et eius est auferre

quam de iure conferre potest. Nonne Samuel in Saulem ob causam inobedi-
entie depositionis sententiam tulit et ei regni apicem humilem filium Ysai
subrogavit. ¶ Ceterum constitutus princeps susceptum ministerium fideliter
gesserit, tantus honor ei exhibendus est et reverentia tanta quantum capud
omnibus membris corporis antecellit. ¶ Servit autem fideliter ministerium
cum sue conditionis memor universitatis subditorum se personam gerere recor-
datur, et se non sibi suam vitam sed aliis debere cognoscit et eam illis ordi-
nata caritate distribuit. ¶ Totum ergo se deo debet, plurimum sue patrie,
multum parentibus et propinquis, extraneis minimum, non nichil tamen.
¶ Sapientibus ergo et insipientibus debitor est, pusillis et maioribus.
¶ Hec quidem inspectio communis est omnium prelatorum et eorum qui spiritualium curam
gerunt et qui seculares iurisdictiones exercent. ¶ Unde et Melchisedech, quem
primum scriptura regem introducat et sacerdotem, ut ad presens misterium
~~creatur~~ taceatur quo prefigurat Christum qui in celis sine matre et in ter-
ris sine patre natus est, ille inquam nec patrem nec matrem legitur
habuisse, non quod utroque caruerit, sed quia regnum et sacerdotium de ra-
tione non pariunt caro et sanguis, cum in alterutro creando parentum
respectus circa virtutum merita prevalere non debeat sed salubriter sub-
iectorum fidelium vota. Et cum alterutrius culminis apicem quisque con-
scendit, oblivisci debet affectum carnis et id solum agere quod subiec-
torum saluti composcit. ¶ Subiectis itaque pater sit et maritus, aut si te-
neriorem noverit affectionem utatur ea, amari magis studeat quam timeri,
et se talem exhibeat ut vitam eius condenatione preferrent sue, et inco-
lumitate illius quandam publicam reputent vitam. Et ei tunc omnia
recte procedent, et paucorum stipatus obsequio prevalebit si opus est ad-
versus innumerabiles. Fortis et enim est ut mors dilectio, et vinculum quem
funiculi amoris constringunt non facile rumpitur. ¶ Dorenses cum
Atheniensibus pugnaturi de eventu prelii oracula consuluere.
Responsum est superiores fore nisi regem Atheniensium occidissent. Cum ven-
tum esset in bellum, militibus ante omnia regis custodia precipitur. A-
theniensibus eo tempore rex Codrus erat. Qui responso dei et preceptis
hostium cognitis castra hostium ingreditur, mutato regis habitu, sar-
menta collo gerens. Ibi turba obsistentium a milite quem falce percusse-
rat interficitur. Cognito regis corpore Dorenses sine prelio discedunt. Atque ita
Athenienses virtute ducis pro salute patrie morti se offerentis bello
liberantur. ¶ Item Ligurgus in regno suo decreta constituens, populum in
obsequia principum, principes ad iustitiam imperiorum firmavit. Auri argentique usum
et omnium scelerum materiam sustulit. Senatui custodiam legum, populo sublegendi

senatum potestatem dedit. Statuit virgines sine dote nubere. ut uxo-
res eligerentur non pecunia. Maximum honorem pro gradu etatis senum
esse voluit. Ita ut nec sane usquam terre locum honoratiorem senec-
tus haberet. Deinde ut civitatem suis legibus daret. iureiurando obli-
gat civitatem. nichil eos de eius legibus mutaturos. antequam rever-
teretur. Proficiscitur autem cretam ubi perpetuo exilium egit. abicique
moriens ossa sua in mare iussit. ne relatis ossibus lacedemonii
solutos se religione iurisiurandi. in dissolvendis legibus arbitra-
rentur. ¶ His quidem exemplis. eo libencius utor. quod apostolus paulus
eisdem usum. dum atheniensibus predicaret. invenimus. Credidit pre-
dicator egregius ihesum xpistum et huius crucifixum sic mentibus
eorum ingerere. ut per ignominiam crucis. liberacionem multorum. exemplo
gentilium provenisse doceret. Sed et ista persuasit fieri non solere. nisi
in sanguine iustorum et eorum qui populi gererent magistratum. Porro ad
liberacionem omnium scilicet iudeorum et gencium. nemo sufficiens poterit inve-
niri. nisi ille cui in hereditatem date sunt gentes et possessio est omnis
terra possessio eius. Hunc autem alium esse non posse quam filium om-
nipotentis dei asseruit. cum preter deum gentes et terras omnes ne-
mo subegerit. ¶ Cum ergo sic crucis ignominiam predicaret. eo usque
ut gencium paulatim evacuaret stulticiam. sensim addit verbum dei quoque
sapienciam et quod etiam divine maiestatis solium. verbum dei et sig-
nificacionem predicacionis excepit. et ne virtus eius in sub tantis infirmi-
tate vilesceret a scandalo iudeorum. gencium que stulticia opera crucifixi
que etiam fame testimonio roborabantur. exposuit. cum apud omnes
constaret. quod ea non posset nisi deus. Sed quia multa in utramque par-
tem crebro fama mentitur. ipsam iuvabat famam quod discipuli illius
maiora faciebant. dum ad umbram discipuli aquarumque infirmitate
salvabantur egroti. Quid multa astucias aristotilis crisippi acumi-
na. omniumque philosophorum tendiculas. resurgens mortuus confuta-
bat. ¶ Decios duces romanorum se prosus hostibus devovisse per
celebre est. ¶ Iulius quoque cesar dux magnus. qui non laborat. ut
militibus carus sit. milite nescit armare. Nescit humanitate ducis
in conatu adversus hostes esse. Idem numquam dixit militibus ite huc
sed venite. Dicebat enim quia participatus cum duce labor. videtur
militibus minor. Porro venerea voluptas corporis eodem actore vitanda
est. dicebat enim in bello corpora hominum gladiis in pace voluptatibus
vulnerari. Censuerat enim gencium triumphator voluptate nullo modo
tam facile superari quam fuga. eo quod ipsius qui gentes domuerit. veneris
nexibus innodaret mulier impudica. Anime legis auctor constat

Sed quid ad emendandum principem legi iustitie esse subiectum Capitulum iiii cotidiana gentium exempla decurro. que tamen plurima sunt. cum veritas quisque possit ad facienda legibus quam exemplis urgeri. Et ne ipsum principem usquequaque solutum legibus opineris audi quam legem imponat principibus rex magnus super omnem terram terribilis et qui aufert spiritum principum. Cum inquit ingressus fueris terram quam dominus deus dabit tibi et possideris eam. habitaveris in illa. et dixeris constituam super me regem sicut habent omnes per circuitum naciones. eum constitues quem dominus deus elegerit de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem regem facere qui non sit frater tuus. Cumque fuerit constitutus. non multiplicabit sibi equos nec reducet populum in egiptum. equitatus numero sublevatus. presertim cum dominus preceperit vobis ut nequaquam amplius per eandem viam revertamini. Non habebit uxores plurimas. que alliciant animum eius. neque argenti et auri immensa pondera. Postquam autem sederit in solio regni sui describet sibi deutronomium legis huius in volumine accipiens exemplar a sacerdotibus levitice tribus. et habebit secum legetque illud omnibus diebus vite sue ut discat timere dominum deum suum et custodire verba et ceremonias eius. que in lege precepta sunt. Nec elevetur cor eius in superbiam super fratres suos. neque declinet ad dextram vel ad sinistram ut longo tempore regnet ipse. et filius eius super israel. Numquid queso nulla lege artatur quem lex ista constringit. Hec utique divina est. et impune solvi non potest. Singula verba eius si sapiant in auribus principum tonitrua sunt. Taceo de electione. et forma eius que in principis creatione exigitur vivendi formula que ei prescripta est mecum paulisper attende. Cum inquit fuerit constitutus qui totum profectum religionis cultu et affectu caritatis profitetur non multiplicabit sibi equos quorum numerositate sit subditis onerosus. Equos quidem multiplicare voluptas est. plures habere quam ad necessitatem exigat vane glorie causa vel curiositatis alicuius congregare. Multum enim et parum si proprietariorum principem sequimur legitime quantitatis diminutiones insignialis verum quibus significatur vel possessionum. Licebit ne ergo canes multiplicare. volucres ne rapaces. aut truces bestias aut quelibet portenta nature. Cum equorum quam adminiculi necessarii sunt et usui totius vite ex legitima quantitate prescriptus est numerus. Nam de hystrionibus et mimis. scurris et meretricibus. lenonibus et huiusmodi prodigiis hominum. que principem oportet potius exterminare quam fovere non fuerat in lege mencio facienda. que quidem omnes abhominationes istas non modo a principis aula excludit. sed eliminat a populo dei. Equorum nomine totius familie et iumentorum omnium necessarius intelligitur usus. Cuius legitima quantitas est quam varie necessitatis aut

utilitatis opposuit. Ita tamen ut utile et honestum convenirent. et civi
litas confoederatur honestati. Philosophis enim iam pridem placuit
et praecipue Ciceroni nullam esse opinionem illorum opinione qui utile separant
ab honesto et sententiam verissimam et utilissimam esse honestum et utile
ipsum esse quamque tantum. Plato ut referunt historiae cum
vidisset Dionysium Siciliae tyrannum corporis sui septum custodibus quid
tantum inquit mali fecisti. ut a tam multis necesse habeas custodire.
Hoc utique principi non oportet. qui officiis ita sibi omnium vinciat af
fectus. ut quisque subditus pro eo periculis imminentibus caput opponat
Cum etiam urgente natura se pro capite soleant membra opponere
et pellem pro pelle. et cuncta quae habet ponat pro anima sua. Sequitur Nec
reducet populum in Egyptum equitatus numero sublevatus. Magna siquidem
diligentia praecavendum est omni qui in sublimitate constituitur. ne infe
riores corrumpat exemplis. et abusione rerum. et per superbiam aut luxuri
am ad confusionis tenebras reducat populum. Frequens enim est ut sub
diti superiorum vitia imitentur. quia magistratum populus studet esse con
formis. et unusquisque libenter appetit in quo alium cernit illustrem.
Celebre est illud versificatoris egregii. sensum et verba magni Theo
dosii exprimentis. In commune iubes siquid censesve tenendum
primus iussa subi. Tunc observantior aequi fit populus nec ferre negat
cum viderit ipsum auctorem parere sibi. componitur sibi componitur
orbis regis ad exemplum. nec sic inflectere sensus humanos edicta
valent. quam vita regentis. Mobile mutatur semper cum principe vul
gus. Rursus singulorum facultates nequaquam eius copiis adequantur.
De loculis propriis quibus sumit ac potestas de archa publica vel
cunctis haurit. Unde si forte defecit ad singulorum recurritur facul
tates. At qui privatum quemque suis necesse est esse contentum. Unde
si fiunt extenuata qui vivo potentis appetebat fulgorem paup
tate sordidus confusionis sue tenebris erubescit. Unde etiam Laceda
moniorum detractis potestatibus in usu publicorum bonorum paupertas indic
ta est. dum tamen hereditariis uti et his quae pinguiori fortuna
attendunt. quod nunc licet. De principe castum esse oportet et avaric[iam] declinare debere. Capitulum

Adicit lex. Non habebit uxores plurimas quae
alliciant animam eius. Licitum quidem fuit. quamque in populo
dei. ob propagande sobolis gratiam. et fidelium populum dilatandi plures
quem sortiretur uxores. in exemplo licentiae huius occurrit patriar
che. cum Sara suffecit uno suo corpore. Abrahe in utero alieno
ancille ministerio de viro suscipiens filium Ismahelem. Jacob quoque so
rorum sibi duplicato coniugio fecundas earundem ancillas asciuit. Et
qui reges prohibitionis laqueos tenet et a pluralitate uxorum

amplexibus arcet et cum in aliis plures unius esse licitum fuit in
regibus preceptio obtinet ut una unius sit. Nusquam fornicari vel adulterari
stuprare. Cum nec etiam quibus multiplicandi causa aut procreandi he
redis licet uxoribus admisceri. Quomodo stupra adulteria aut quas
libet fornicationes permittet potestas eisdem subiecta criminibus. Nec uxo
res David quisquam obiciat qui forte in hoc sicut et in multis aliis spe
ciali privilegio gaudet licet facile concesserim quod et ipse in hac parte
deliquerit. Sane cum affectus ille uxorius proditione et homicidia
in adulterium impegit. nec multum accusatione laboro. qui prophetica
convictus et convictus parabola. se ipsum virum mortis esse iudicat. Habes
itaque regem cum regibus delinquentem. et utinam cum penitente pe
niteant. et fateantur cum confitente culpam. et satisfacientes cum
satisfaciente. veniam consequantur. Ad mitiorem propriam quoque sapientia Salomonis
mulierum infatuavit amor. Sequitur nec habebit argenti et auri imme
nsa pondera. Erunt autem et damnosi prohibente argentum sibi et aurum
thesaurizent facientes continua questum de paupertatibus aliorum
undecumque querant cerissimis divitias et singularem sibi beatitudinem
statuant in calamitate multorum. Sed copiam Salomonis obiciat aliquis.
Esto principem locupletem fieri non prohibeo sed avaros. Rome aurum
et argentum Salomonis tempore viluerunt. Non utique viluissent si
corpore in mensa pondera et que usum excedunt sibi rex cupidus
congessisset. Potuerit ea in terram defodiens quo tanta fierent
humanis usibus subtraxisse. Apud Petronium Trimalchio refert fa
brum fuisse. qui vitrea vasa faceret tenacitatis tante. ut non magis
quam aurea vel argentea frangerentur. Cum ergo fialam huiusmodi. de
vitro purissimo. et solo ut putabat dignam Cesare fabricasset. cum
munere suo. Cesarem adiens admissus est. Laudata est species muneris
commendata manus artificis acceptata est devotio donantis. Faber
ut admirationem intuentium verteret in stuporem. et sibi plenius
gratiam conciliaret imperatoris petitam de manu Cesaris fialam recepit
eamque validius proiecit in pavimentum tanto impetu. ut nec solidis
sima et constantissima eris materia maneret illesa. Cesar autem ad
hoc non magis stupuit quam expavit. At ille de terra sustulit fialam
que quidem non fracta erat sed collisa. ac si eris substantia vitri speciem induis
set. Deinde marcellum de sinu proferens vitrum correxit aptissime
et tamquam collisum vas eneum crebris ictibus reparavit. Quo facto
se celum Iovis tenere arbitratus est. eo quod familiaritatem Cesaris. et
admirationem omnium se promeruisse credebat. Sed secus accidit. Quesi
vit enim Cesar an alius sciret. hanc condituram vitrorum. Et cum ne
garet eum decollari precepit imperator dicens. quia si hoc artificium in

noticescet. aurum et argentum vilescet quasi lutum. an vero sit relatio et
fidelis incertum est. et de facto requiris. diversi diversa senciunt. Ego nec
sapientiorum nec prudentium intellectui denarios nec potentius artificis
male remuneratam arbitror. et in utilitatem humani generis perpetuo tam ars e-
gregia deleta sit. ut fomes avaritie pabulum mortis contentionum pre-
liorumque causa pecunia. pecunie quoque materia fraudulenter (?) in precio. que sine diligen-
tia hominis fuerit hactenus. tamen sine se esse non possit que rerum precium
est. Utique in precio precium nunc est. dat census honores. Census ami-
cicias. pauper ubique iacet. Longe utilius quidam omnem materiam cunio-
rum et censum odii (?) asinis (?) rebus publicis exterminare studuerunt. ut
causa deficiente effectus malicie eius evanesceret. Quale est decre-
tum Ligurgi apud lacedemonios et in antiqua grecia. que nunc pars
ytalie est. samii doctrina pictagore qui constitutionum suarum rigore
et virtute traditur totam suasisse ytaliam ut tam aurum quam argentum
vilesceret dum sit sola virtus in precio. et illa quorum usum optima dux
vivendi natura commendat. Pauper itaque non iacebit nec dives solius
pecunie beneficio honorabitur. dum unusquisque sui ipsius dote erit in pre-
cio vel vilescet. Nam quedam a se quedam ab aliorum opinione habent
precii dignitatem. Nam siquidem aut victualia. que in alimentis aut
indumentis necessariis constant. dictante natura. sunt ubique carorum in pre-
cio. Que sensus oblectant naturaliter omnibus grata sunt. Quid mul-
ta. Que nature sunt. non modo eadem sed vigent apud omnes. Que
opinionis arbitrio sectantur. incerta sunt. et sicut ad placitum sunt. ita
et ad placitum evanescunt. Non fuerat ergo timendum imperatori. ne ma-
teria cuniorum deficeret. cum etiam adhuc apud illos venalicium fieri possit
qui pecuniam non noverunt. Ideo equidem tante sapientie fuis-
se salomonem. ut qui numquam timuerit. ne aurum et argentum vilesceret
possibilis (?) quorum naturam videbat esse famulatam. et pro parte maxima
nihil aliud quam pecuniam esse. Unde preeminentia sapientiam haut
ambigitur (?). rex contemptor sit egregius. ut ad contemptum pecunie sui ipsius
exemplo posteros invitaret. Preterea esse regem decet copiosum
ita tamen ut divitias suas populi reputet. Non habebit ergo divitias ut su-
as. quas populi reputet. quas sub nomine possidet alieno. nec sibi privata erunt
bona fiscalia que publica constituitur. Nec iniuria. nec ipse suus sit sed
subditorum. Quod debet legem dei habere pre mente. et oculis semper et
6 Postquam autem peritus esse in litteris et litterarum agi consiliis. Capitulum
sederit in solio regni sui. describet sibi deuteronomium legis
huius in volumine. Ecce quia princeps non debet esse iuris ignarus.
et licet multis privilegiis gaudeat. nec milicie pretextu. lege domini

permittitur ignorare. Describet ergo deutronomium legis id est secun-
dam legem in volumine cordis ut sit lex prima quam littera ingerit, secunda quam
mysticus intellectus agnoscat. Prima quidem describi potuit lapide-
is tabulis, sed secunda non imprimitur nisi in puriore intelligentia mentis. Et
recte in volumine deutronomium scribitur quia sic apud se sensum legis
princeps revolvit quod ab oculis eius littera non recedit. Et sic quidem insistit
littere ut nequaquam ab intellectus discordet puritate. Littera namque occidit,
spiritus vivificat. Et penes ipsum interpretatio iuris et equitatis media inter
iustitiam naturam et qualis optat. Accipiens inquit exemplar a sacerdoti-
bus levitice tribus. Recte quidem. Omnium legum inanis est censura si
non divine legis ymaginem gerit, et inutilis est constitutio principis
si non est ecclesiastice discipline conformis. Hoc et christianissimum non
latuit principem qui legibus suis indixit ne dedignentur sacros cano-
nes imitari. Et non modo sacerdotes ad exemplaria peti precipit
sed a levitice tribus mutuandi gratia principem mittit. Sic enim le-
gitimi sacerdotes audiendi sunt ut reprobis et ascendentibus ex
adverso aurem vir iustus claudat auditum. Qui sunt sacerdotes
levitice tribus. Illi utique quos sive avaritie stimulus sive ambi-
tionis impulsus et sive affectione carnis et sanguinis lex in ecclesiam
introduxit. Non autem lex littere que mortificat sed spiritus que in sinceri-
tate mentis, munditia corporis, fidei et sinceritate et operibus caritatis
vivificat. Sicut enim umbratilis lex et genus omnia figuraliter sacer-
dotes in singularitate carnis et sanguinis pelegit, sic postquam cessan-
tibus umbris veritas patefacta est et iustitia de celo prospexit, quos
vite commendat meritum et bone opinionis odor et unitas fidelium a
prelatorum diligens providentia in opus misterii segregavit, spiritus
applicat ad leviticam tribum et legitimos instituit sacerdotes. Addi-
titur. Et habebit secum legetque illud omnibus diebus vite sue. Attende
quanta debeat esse diligentia principis in lege domini custodienda qui eam
semper habere legere precipitur et revolvere. Sicut vero regum factus est
humilior, sic sub lege omnem implevit iustitiam legis, ei non neces-
sitate sed voluntate subiectus. Quia in lege voluntas eius et
in lege domini meditatus est die ac nocte. Hec si ille in hac parte non
credit imitandus qui non regum gloriam sed fidelium amplexus
est paupertate et indutus forma servi velamentorum capitis non
quesivit mitras et interrogatus undique regnum suum de hoc mundo
non esse confessus est. Inspiciat vel exempla regum illustrium
quorum memoria in benedictione est. Precedant ergo de castris Israel
David, Ezechias et Iosias et ceteri qui in eo sibi regni gloriam constare

ardebant. si dei querentes gloriam, se et subditos divine legis nexibus
nus darent. et ne illorum remota videantur exempla. et ex eo qui se-
quenda minimus. quod a lege eorum. et ritu operum et religionis cultu et fidei
professione aliquantis quam videmur abscedere. licet nobis et illis eadem
fides sit. ita nunc tamen. ut quod illi futurorum constabat nos completa mag-
na gaudeamus. et venientem impletum. abiectis tantum umbris fi-
gurarum. eo quo veritas declarata est. et in conspectu gentium revelata
sunt. ne inquam illorum quasi aliena aut prophana contempnantur exempla
Constantinus vir Theodosius Iustinianus. et Leo et alii christianissimi
principes. principem possunt instruere christianum. In eo namque precipuam
operam dabant ut sacratissime leges que constringunt omnium vitas
sciventur et teneantur ab omnibus. nec illarum esset quisquam ignarus
nisi aut publica utilitate civilis dispendium compensaret. aut impe-
ritione etatis. aut sexus infirmitate. legittime arbitratis censeret
aculeos. Illorum utique gesta virtutum incitamenta sunt. Verba quot sunt
tot institutores morum. Denique vitam inimicis subiugatis. et captivatis
quando arcum triumphalem consecratum positum magnifice virtutis ti-
tulis erexerunt. fideli confessione predicantes in omnibus quia no-
minamus iura concessa. sed deus facit hec omnia. Et quid Constantinus ro-
mana ecclesia fundata et dotata. ut tecta eius testeantur egregia benedic-
tione prefecta insignis est. Iustinianus. et alios qui fuerunt ex eo claret
quod totum orbem orbem sacratissimis legibus circumdeatis quandam
templum iustitie sacrare studuerit. ¶ Item de Theodosio quid dicam
que iste virtutis huius exemplar et etiam dei ob religionis et iusti-
tie venerabilem notum et sacerdotibus pacientissime tamen. et humi-
me indignante. non modo ut imperatorem venerata est. sed ut antisti-
tem. Dum leges tulerit. quam patienter tulit sententiam sacerdotis me-
diolanensis. Et ut sententiam emolliri per suam. et principibus applaudentibus
fuisse tenerem putes a regalium usu suspensus est princeps ex-
clusus ab ecclesia. et penitentiam coactus est complere sollempniter. Sed quid
cum tante necessitati subiecerit voluntas utique subiecta iustitie dei
et legi eius nunquam quamquam obtemperans. ¶ Et f. nisi que incerta locuta
te sermonis diverse habenda contemptum exphys quibus filium instruit
apud Claudium Claudianum. quos ipse imparanus morum condidit. perdugs
agnosces. Ceteris tunc prinisse legis verba revolvo. singula michi
videntur. angusta. et quam spiritu intelligentie fecundati menti ac-
cinverunt habebit ergo inquit secum legem. providens ne addampna-
tionem suam cum sibi noxie sit habeat contra se. Potentes et eius potentes

tormenta patiatur. Et adiecit: leget et illud legem. Siquidem thesaurus in ma-
litia parum prodest nisi fideliter custodiatur in anima. Legenda ergo est
omnibus diebus vite sue. Ex quibus liquido constat quam necessaria sit prin-
cipibus peritia litterarum, qui legem domini cottidie revolvere lectione iubentur.
Et forte quia sacerdotes legem cottidie legere iubeantur non frequenter inve-
nies. Princeps non cottidie legit et diebus vite. Unica qua die non
legerit legem, ei non dies vite sed mortis est. Hoc utique sine difficul-
tate illitteratus non faciet. Unde et in litteris quas regem Romanorum
ad Francorum regem transmisisse recolo, quibus hortabatur ut liberos suos
liberalibus disciplinis institui procuraret, hoc inter cetera eleganter adiecit:
quia rex illitteratus est quasi asinus coronatus. Si tamen ex dispen-
satione ob egregie virtutis meritum principem contingat esse illitteratum,
eundem agi litteratorum consiliis ut eius recte procedat vita est. Assistant
ergo ei Nathan propheta et Sadoch sacerdos, et fideles filii prophetarum qui
eum a lege dei divertere non patiantur; et quam ipse oculis animi non
ostendit, linguis suis introducant, quasi quodam aurium hostio [illegible].
Legat itaque mens principis in lingua sacerdotis, et quicquid egre-
gium videt in moribus, quasi legem domini veneretur. Nam vita et lin-
gua sacerdotum quasi quidam vite liber est in facie populorum. Ex forte
spectat quod exemplar legis a sacerdotibus levitice tribus iubetur assu-
mi, quia predicatione eorum debet potestas commissi regiminis gubernacula
moderari. Nec corporis animo lectionis est qui et si ipse non legit, que
leguntur ab aliis fideliter audit. Cum non ventorum fiat quomodo inter
contemptum precepti quod pariter fideliter adimplebit. Concursus namque de-
siderabilium omni sapientie accessio est. Ptolomeus ad cumulum bea-
titudinis nomine sibi aliquid de se credidit donec actitis septuaginta
interpretibus, licet gentilis esset, legem domini grecis [illegible]. Ut Iude-
orum refert, an interpretes in eadem cellula clausi contulerunt, an
prophetaverunt in diversis, dum constet regem in veritatis inquisitione
sollicitum legem domini in grecam transtulisse. In Atticis noctibus legis-
se me memini quod cum Philippi Macedonis mores legantur, insignia
inter cetera litteratorum studium quasi bellica negotia et victoriarum triumphos,
liberalitatem, munificentiam, humanitatis officia et quecumque lepide comiter dic-
ta vel facta sunt coloravit. Verum et hoc ipsum inquis se aliis excellen-
tiorem noverat, quia bonorum hereditariorum fundamentum ad vitam que spera-
bat regni et felicitatis bonorum futurorum heredem transmittere curavit. Ob
hanc causam epistola eius destinata Aristotili in primo nati Alexandri, ut
sperabatur integro missa est conscribenda. Est igitur contexta ad hanc ferme sententiam:

Philippus aristoteli salutem dicit. Filium michi genitum scito quo equidem
dijs habeo gratiam non proinde quia natus. quam pro eo quod eum nasci con-
tigit temporibus uite tue. Spero et enim fore. ut educatus eruditusque a te
dignus existat. nobis. et rerum istarum susceptione. Romanos imperatores
aut duces. dum eorum res publica uiguit. illiteratos extitisse non memini
Et nescio quomodo contigit quod postquam in principibus uirtus languit literarum.
armate quoque milicie infirmata est manus et ipsius principatus quasi
precisa radix. Nec mirum cum sine sapiencia nullus stare aut esse valeat
principatus. Socrates appollinis oraculo sapientissimus iudicatus
est. et qui sine contradiccione septem illos. qui dicti sunt sapientes in
temporibus antecessit. non in opinione sapientie sed uirtute. tunc demum
res publicas fore beatas asseruit. si eas philosophi regerent. aut rectores
earum studere sapiencie contigisset. Et si tibi forcioris videtur. contemp-
nenda auctoritas. per me inquit sapiencia reges regnant. et conditores
legum iusta decernunt. Per me principes imperant. et potentes decer-
nunt iusticiam. Ego diligentes me diligo. et qui mane vigilant ad me
inuenient me. Mecum sunt diuicie et gloria opes superbe et iusticia.
Melior est fructus meus. auro et lapide precioso. genimina mea ar-
gento electo. In vijs iusticie ambulabo. in medio semitarum iudicij ut
ditem diligentes me. et thesauros illorum repleam. Item meum est con-
silium. et equitas mea est prudentia. mea est fortitudo. et alibi Acci-
pite disciplinam. et non pecuniam et doctrinam magis quam aurum eligi-
te. Melior est enim sapientia cunctis opibus preciosissimis. et omne
desiderabile ei non potest comparari. Cum gentiles. multos sine initio in-
numeros crederent facerentque. unum tamen quasi deum deorum et omnium
principem extollebant. scilicet sapientiam. ideo quod ipsa omnibus preest. Unde et
philosophi veteres. ymaginem sapientie pre foribus omnium templorum pingi et
hec uerba scribi debere censuerunt. Usus me genuit. peperit memoria
sophiam me vocant grai. uos sapientiam. Et hic item. Ego hodie adii ho-
mines stultos. et ignaua opera. et philozophicas sententias. Et quod
eleganter illi ista finxerunt. licet in ueritate ipsam plene non nouerint
ad eam tamen aliquatenus accedentes. dum sapienciam. cui que recte fi-
unt. dicerent et principem arbitrarentur. tunc et ipsa merito gloriatur. quod in
omni gente et populo a principio primatum tenuit superborum sublimium col-
la propria uirtute calcans Salomon quoque se eam super salutem et omnia
pulchra dilexisse fatetur. et adipisci cum ea bona omnia accessisse

Quod timorem dei docere debet. et qualis esse et sit servare humilitate
quod auctoritas non minuatur et quod preceptorum alia mobilia alia

Sequitur ut discat timere dominum deum suum et custo- in mobilia
dire verba eius que in lege precepta sunt. Cautum legittime obser-
vationis lex ipsa subiungit ut discat inquit. Diligens namque lector
legis discipulus est non magister. Nec ad sensum suum captivatam retorquet
legem, sed menti eius et integritati sensus suos accomodat. Sed discipulus
iste quid discit? Utique timere dominum deum suum. Recte quidem eo quod sapientiam parit
et firmat principatum. Et quidem initium sapientie timor domini. Qui ergo timoris
non initiatur gradu, frustra ad legittimi principatus culmen aspirat le-
gittimi inquam. Nam de subrepticiis dum alienantur a rectis et inserviunt
deiciendis scriptum est: Ipsi regnaverunt et non ex me; principes extiterunt
et ego ignoravi. Et alibi: Tenentes legem nescierunt me. Timeat
ergo princeps deum et se prompta humilitate mentis et pia exhibitione
operis servum profiteatur. Dominus et enim suus deus est. Servit itaque domino prin-
ceps dum conservis suis subditis scilicet fideliter servit. Sed et dominum deum ce-
agnoscit, tamen non plus timoris ex maiestate quam amoris ex pietate
exhibendum est. Pater et enim est et tamen nulla creatura ipsius faciente me-
rito negare potest dilectionis affectum. Si ego inquit dominus sum, ubi est
timor meus? Si pater, ubi est amor meus? Verba quoque legis custodien-
da sunt, quod ex primo timoris gradu quadam quasi virtutum scala feli-
ci procedit ascensu. Dilectio inquit illius custodia legum est, quia omnis
sapientia timor domini. Porro qui deum timet faciat bona, et qui conti-
nens est iusticie apprehendet illam et obviabit illi quasi mater honorifica-
ta. Sed que verba diligentia tanta custodiat? Utique que precepta sunt in
lege, ut apud principem iota vel apex legis non cadat in terram, quod non
ille ipsis vel manibus subiectorum expiat. Sunt autem precepta quedam
perpetuam habentia necessitatem, apud omnes gentes legittima, et que
omnino impune solvi non possunt. Ante legem, sub lege, sub gratia omnes
lex una constringit: Quod tibi non vis fieri, alii ne feceris; et quod tibi
vis fieri faciendum, hoc facias alii. Procedant nunc de albatores princi-
pum susurrent, aut si hoc parum est, publice predicent principem non esse le-
gi subiectum esse, et quod ei placet non modo in iure secundum formam equitatis
condendo, sed qualitercumque legis habere vigorem. Regem quem legis nexibus
subtrahunt, si volunt et audent exlegem faciant. Ego non modo his
renitentibus, sed mundo reclamante, ipsos hac lege teneri confirmo. In
quo enim inquit qui nec fallit nec fallitur, iudicio iudicaveritis iudicabimini.
Et certe iudicium gravissimum in his qui presunt fiet, eo quod mensura bona
conferta et coagitata et supereffluens refundetur in sinum eorum. Nec tamen
dispensationem legis subtraho manibus potestatum, sed perpetua precepta

aut prohibitum habeatur. Libito ergo nequaquam arbitrio supponenda. In
his itaque dumtaxat que mobilia sunt dispensatio verborum admittitur. ita
tamen ut compensatione honestatis aut utilitatis mens legis integra con-
seruetur. Nec eleuetur inquit cor eius in superbiam super fratres suos. Quod pre-
cipue vitandum est sepius replicat. eo quod humilitas nusquam satis videtur
commendata principibus. et difficillimum est. ut gradus honoris. tumorem
non pariat in animo imprudentis. Superbis itaque resistit deus et humi-
libus dat gratiam. Proinde ergo rex orat ut non veniat ei pes superbie
quia in eo ceciderunt qui operantur iniquitatem expulsi nec potuerunt stare.
Non itaque superbiat super fratres. sed eum fratrem meminerit. fratrum subiectis ci-
bus impendat affectum. Et quidem prudenter humilitate tum discretione et
caritate indicit principibus. quia sine istis omnino subsistere non potest prin-
cipatus. Quisquis ergo gradum proprie celsitudinis amat. humilitatis cultum
in moribus diligentissime teneat. Nam qui ab humilitatis culmine recedit
a dignitatis sue fastigio. tumoris pondere cadit. Obtinet enim in petro quod
qui se humiliat exaltabitur. et vicissim qui se exaltat humiliabitur. deprimetur
Regem romanorum nouissimum tarquinium deiecit superbia. et ei ab humilitate
magis notos substituit magistratus. Denique que superborum legisti regna vel
diutina. Eorum namque qui per superbiam ceciderunt hystoria copiosa est. Ut
tamen caueamus superbiam vitet ut caueat incontemptum. quia sicut ela-
tio. ita et abiectio declinanda est. Unde et iure romano cautum est. ut
qui ius reddit. si quid in adeundo facilem prebeat contemptui tamen
non pateat. Mandatis quoque adicitur. ne presides provinciarum in ulteriorem
familiaritatem provinciales admittant. eo quod ex conuersatione equali contemptus
nascitur dignitatis. Utetur ergo in publico propria maiestate. et apud
se priuate condicionis statum pariter meminerit. Hoc enim antiquis philosophorum
documentis facere didicit agnoscere. Ad philosophum taurum athenas visendi cognoscen-
di que eius gratia venerunt pariter crete provincie preses. et pater eius
sed primatus. Taurus venientibus placide assurrexit resedit que post mu-
tuam salutationem. Allata est mox una sella que in promptu erat. et dum
alie pararentur apposita est. Inuitauit ergo taurus patrem presidis ut
sederet. At ille. Sedeat hic potius qui populi romani magistratus est.
Absque preiudicio inquit taurus. tu interea sede dum conspicimus quera-
musque. quid conueniat te ne potius sedere qui pater es. an filium qui gerit
romani populi magistratum. Cumque pater assedisset appositumque esset
aliud filio super ea re taurus his que conuenerat dictum fecit cum sum-
ma bonorum quidem honorum atque officiorum pensatione. Eorum verborum sententia
hec fere fuit. in publicis locis atque municipalibus patrum iura cum

filiorum qui magistratui aut potestatibus sunt collata. vir quiescere paululum quaerens sed cum cotidie rem publicam in domesticam redigat atque intra sedeat. ambulet in communio quoque se discumbat familiari tamen vir filio magistratu. et patrem privatum publicos honores deferre et germanos quod oriri. Hoc igitur inquit taurus quod ad me venistis. quod nunc loquimini quod de officiis disceptamus privata actio est. Itaque tu pater utere hiis honoribus prius quibus usque domi me te uti priore decet. Haec ergo magistratibus quam maxime persuadenda arbitror. ut in splendore publicae dignitatis memores sint propriae conditionis. et sic attendant propriae conditionis statum. ut non deveniant publicae dignitatis gradum. Sic etiam collati sibi honoris integritatem servet ut aliorum non minuat dignitatem. et sic privata quisque polleat dignitate ut non fiat iniuria publicae potestati. De moderatione iusticie iusticie et clementie principis. que debent in eo ad utilitatem rei publice contemperari 8

Obtineat ergo in principe. quod debet in omnibus obtinere nemo que sua sunt querat sed que aliorum. Verumptamen ipsius affectionis modus quo caritatis brachiis subditos ut fratres amplexatur moderationis limitibus clauditur. Sic et enim fratres diligit quod errores eorum medicinaliter corrigit sic in eis carnem agnoscat et sanguinem. ut ea spiritus subiciat dicioni. Medicorum utique consuetudo est ut morbos. quos fomentis. et lenioribus medicinis. curare nequeunt gravioribus adhibitis igne puta vel ferro curent. Nec umquam utuntur gravioribus. nisi cum leniorum beneficiis desiderata sanitas desperatur. Sic et potestas cum inferiorum vicia mansueta manu curare non sufficit penetrantes acrimoniam dolens recte vulneribus infundit et pia crudelitate sevit in malos. dum bonorum incolumitas procuratur. Sed quis sine dolore proprii corporis membra valuit amputare. Dolet ergo cum corrigentibus culpis vindicte opponitur eam tamen peragit invita dextera. Sinistram namque non habet princeps et mancipatum membrorum corporis tamen ipse capud est legi tristis et gemens famulatur. Philippus cum audisset physicam quendam bonum pugnatorem alienato animo sibi quod tres filias in opes suas aleret. nec a rege adiuvaretur. monentibus amicis. ut eum caveret quid inquit philippus. Si quam partem corporis egram absciderem. ne potius quam curare. Deinde familiariter secreto elicito physicam. accepta difficultate necessitatum pecunia sufficienter instruxit. ac meliore fideliore que sensit quam fuit antequam crederetur offensus. Ut enim ait lucanus principem senem moribus esse oportet. et qui moderatiora sequatur consilia. et vice gerere medicorum. qui morbos curant nunc exinanitione inobesis nunc refectione inanitos et dolorem sedant nunc cauteriis nunc fomentis. Preterea sit verbo affabilis munificus in beneficiis. et integre auctoritatis. preeat in moribus dignitate. Firmatur namque benignitatis commendacio sermo blandus et lingua

graciosa amorem fidelissimum et constantissimum etiam adiutoribus co-
torquent beneficia. et que federe fovent et solidant. Et maior dignitati
debetur reverencia subditorum ¶ Egregie quidem tiranuus gentilium optimus
augustorum. Argentibus cum amicis quod in annis minimum. et ultra quam im-
peratorem deceat communis esset Videt se talem velle imperatorem esse princi-
pis quales imperatores sibi ac privatus optasset Vnde et relatu plinij secun-
di admonitus. qui tunc inter ceteros iudices persecutor ecclesie destinatus erat.
ante martirum persecucionis gladium renouatus edictum temperauit Et
forte cum fidelibus egisset mitius in decessorum suorum legibus et exem-
plis et prudencium ut putabatur consilio et auctoritate iudicium addere
dam sectam hanc opinione publica supersticiosam. et vere religionis
inimicam imitaretur. Nec tamen usque quaque contemnendo iusticiam hominis
quem proprium ignorabat sed culpam eius contemnendo quam aliorum concedebat
impulsu. et ad lenificandum misericordiam quoque proprie pietatis agebatur instinc-
tu. natura clemens in omnes austerus in paucos quibus parcere
nephas esset adeo ut toto imperij sui curriculo unus dampnatus
sit senatorum nobilium ne velus. licet inveniantur plurimi in ipsum grave
inter deliquisse Hic autem absente dampnatus est ignorante traiano
Dicebat enim insanum esse qui oculos si habeat lippientes eos mallet
effodere quam curare Dicebat et ungues. si acriores fuerint resecan-
dos esse non euellandos Si enim citharedus. alij quoque fidicines mul-
ta diligencia premant. quomodo oberrantis corde compescant uicium
et canendi alijs unanime reddant. faciant quoque dulcissimam dissidencium
consonanciam cordis non corruptis. sed tensis proporcionaliter uel remis-
sis quanta sollicitudine oportet principem moderari. uno vigore
iusticie uno remissione clemencie ut subditos faciat quasi unani-
mes esse in domo. et quasi unanimes esse in domo et quasi discorda-
rum. in mistis pacis et caritatis operibus. unam faciat perfectam et
maximam armoniam ¶ Hoc autem certum est quia tucius est cor-
das remitti intensius quam protendi Remissiorum namque intensio artifi-
cis pericia convalescit. et delictum sonum reddit cum. sed que semel rup-
ta est. nullo artificio reparatur Profecto si parum corrigitur. quem
non habet. frustra tenduntur. et sepe ceteris nemo admittitur quam adeo
qui nimis corrigitur dicit ethicus Est piger ad penas princeps ad
premia velox. Cuique dolet quotiens cogitur esse ferox Alterum namque
iusticie. alterum pietatis est que adeo principi necessarie sunt. ut quisquis
sine illis non modo principatum. sed quemlibet magistratum vendicat. frus-
tra se ipsum irrideat sed et aliorum in se provocat risum contemptum et odium
Misericordia inquit et veritas non te deserant. circumda eas gutturi tuo
et scribe eas in tabulis cordis tui. et invenies graciam. et disciplinam

bona coram deo et hominibus. Virga namque debetur iure iusticia dis-
ciplina. Utique gracia et amor subiectorum. quam diuina gracia prebuit. op-
timum instrumentum est. omnium gerendorum. sed et amor sine disciplina non pro-
ficit. quia cessante iusticie stimulo. proclivius in illicita. [illegible] ¶ Meditatur
ergo iugiter sapienciam. et de ea sic iusticiam operatur quod lex clemencie. semper
est in lingua eius. Et sic clemenciam temperat vigore iusticie. quod lingua
eius iudicium loquitur. Officio namque eius iusticia in iudicium vertitur
ea quidem neccessitate. ut variare non liceat quin semper sibi. collato destitu-
at honore. honor enim et regis iudicium diligit. et delinquentium culpas
tranquilla mentis moderacione compescit. ¶ De magistratuum modera-
cione librum fertur scripsisse plutarcus qui inscribitur. archigramaton.
et magistratus sue urbis. ad pacienciam. in et iusticie cultum. urbis insti-
tuisse dictis et exemplis. Hic autem seruum habebat. hominem nequam et con-
tumacem. sed liberalibus disciplinis eruditum egregie. et exercitatum satis
in disputacionibus philosophicis. Contigit ut ob nescio quam noxam ei tunica
detrahi detrahi. cedi iuberet plutarcus. loro cepit uberrimi diuerbe-
re. tum tamen inficiaretur culpam dicens se nichil egisse male nichil
sceleris admisisse et obloquebatur se multis demeruisse obsequiis
ut vapularet. ¶ Postremo cum non proficeret. vociferari cepit. et
inter vapulandum. iam non querimonias et gemitus eiulatusque. sed
uerba seria et obiurgatoria iactulabatur. Nec ita se gerere plutarcum
ut philosophum deceret. irasci. turpe esse ei prescitum. qui de malo
ire sepius dissertauerat. librumque pulcherrimum scripserat de paciencia.
Adiciebat esse probrosum. quod doctrinam suam moribus impugna-
bat. eo quod a mentis integritate prolapsus. effusus et prouolutus in
iram. plurimis plagis multaret innoxium. Ad hec plutarcus
leniter quidem. et leniter et summa cum grauitate. Numquid quod vapulas tibi
irasci videor. Est ne ira mea. si a me delictum recipis. Ex vultu-
ne meo. an ex voce. an ex colore. an eciam ex verbis. ira me correp-
tum intelligis aut correctum. Michi quidem neque oculi opinor truces
sunt. neque os turbidum. neque inmaniter clamo. neque in spumam
ruboremque feruesco. neque pudenda. dico aut penitenda. neque omnino
trepido ira aut gestio. Hec omnia quippe si nescis. signa irarum esse
solent. ¶ Et simul ad eum qui cedebat conuersus. interim inquit. dum
ego atque hic disputamus. tu hoc age. et sine iracundia mea recum-
de. Similem contumaciam et inquam penitus doceas quam iungare. Sic
plutarcus. In quo non nichil erudicionis celitum est. velictum est omnibus
qui in sublimitate sunt. Quid sit declinare ad dexteram uel ad sinistram

9 Sequitur neque declinet in partem dextram vel tertia quod princeps prohibe-
sinistram. Ad dextram declinare est virtutibus ipsis vehementer insis-
tere. Ad sinistram declinare est in virtutis operibus que in modo consistit
modum excedere. Nimia vero vehementia salutis inimica est. Et excessus omnis
inculpa bonarum quam verum consuetudo nimia pessima est. Unde ethicus
insani sapiens nomen ferret equus iniqui ultra quam satis est virtute
si petat ipsam. Et prophetas: Cave quod est nimium quia si hec ipsa cautela
modestiam deserit eo ipso a tramite virtutis incaute recedit. Salomon
quoque inquit noli esse nimis iustus. Quid ergo minorum prodest si re-
gina virtutum iusticia in sui immunitate abest. Ubi quoque nimia
humilitas maxima pars superbie est. Ad sinistram declinare est per
abrupta viciorum a via virtutum devians. Item deflectitur ad sinis-
tram qui in subiectorum culpis animis pronus est ad vindictam.
Et ad dexteram gressum retorquet qui delinquentibus cum mansue-
tudine nimis indulget. Item autem utrumque demum est. Sed ad sinistram
vergit perniciosus est. Quid utilitatis de cultu iusticie principes co-
10 Sed legittime huius observancie quenam erit uti- sequantur
litas. Eam utique propheticus sermo protinus subdit dicens
Ut longo tempore regnet ipse et filius eius super Israel. Certe que nam
tante difficultatis futura sit incertes. dum regna patria filiis lon-
go tempore protelantur. De virtute namque parentum protenditur successio
filiorum. et succedencium felicitas precedencium iniquitate preciditur.
Nam spiritus sancti certum est testimonium. quia iniusti disperibunt. simul
et reliquie impiorum interibunt. Salus autem iustorum a domino deo est
qui protegit eos in tempore tribulationis. Sed cum eternitas totius
temporis quantacumque sit per minutissima momenta defluat et in eo
toto non nisi admodum breve momentum subsistat quid in eo poterit
esse longum. Cum et omnia si colligantur in unum vere eternitati collata
est. vel puncti quidem locum obtineant eo quod finitorum ad infinita om-
nino nulla est comparatio. Certe centum ad presentiam vel centum senarium
et si exigua aliqua tamen ut pluribus placet proportio est. Eternitatis
et temporis nulla. Quid ergo longum erit in eo quod totum breve est
aut que latitudo temporis anime videbitur diuturna. Si ea fidelis et
perpetua anima est quantolibet tempore emenso caritura. Sed ego in loco isto
ut tamen sine preiudicio sententie sanioris dictum intelligatur longi
temporis regnum dici arbitror ipsius anime indeficientis eternitatem. quam
pro bene administrato regno eterne beatitudinis gloria coronabit. Cum
certum sit quod deus remunerabit opera singulorum. et omnium in vita uberi-
or iusticia plenior. quos lumine clariori respiciet. quam illos qui omnes

ad iustitiam coercent vel sicut ceteri turpiter exierunt ad mortem. ¶ Sicut ergo po-
tentes potenter tormenta patientur. sic et iusticie premiis fruentur plenius nota
si recte exercuerint potentatum. et tanta in futuro pre subditis ha-
bebunt gloriam quanta virtute eos in magna delinquendi libertate presse-
runt. Potuit inquit transgredi et non est transgressus facere mala et
non fecit. ideo stabilita sunt bona illius in domino. ¶ Ad iustitiam na-
que principibus reputatur etiam cum temperant ab iniuriis et facul-
tas delinquendi est eis materia meritorum. Declinare a malo in eis mag-
num est. etiam si magna bona non faciunt. dum tamen subditos in-
dulgentia malos non permittant. Nimirum magnum est quod beatitudinis
gaudium hec videntur eis si recte egerint promittit contionator. Impossibile
dicunt quidam Et hic florere cum mundo. et inctum gaudere cum Christo
et sententia quidem vera est. sunt autem mundi flores reputantes lenocinia viciorum no
At qui et reges florere possunt et immediate florum dulcissimos. et
utilissimos metunt tandem fructus. Quid autem beatius est. quam si
de divitiis ad divitias. de deliciis ad delicias. de gloria ad gloriam perpetuo
pes transferantur. de temporalibus ad eterna. Que sit alia merces prin- 11
Net tamen quod littere prima facies promittit eo cipum. Capitulum
titudo. que et longi temporis regnum promittit patribus et eius-
dem successionem protendit ad filios. Qui sicut temporalis regni ita
erunt et eterne beatitudinis successores. Unde cum quia lex carnali po-
pulo loquebatur. quia lex carnali cor adhuc habens lapideum. inter-
dictis suis mente. non tamen. vitam ex magna parte nesciebat eternam
magnum faciens si ei bona terre darentur vel promitterentur in labiis. Carna-
li itaque sapienti facta est promissio carnis. et ei promissa est diuturni-
tas temporis. qui nondum spem cernere poterat eterne beatitudini et tem-
porale in successionem filiorum protendit regnum. illis qui nondum quere-
bant eternum. Patri ergo temporali succedit filius. si patris iustitiam
imitatur. Aufer inquit Salomon impietatem de vultu regis et firma-
bitur iustitia thronus eius. ¶ Si enim a vultu i. a voluntate recedit
impietas. totius regni opera virga equitatis et cultu iustitie dirigun-
tur. Unde illud Rex qui sedet in solio iudicii. dissipat omne malum
intuitu suo. Ecce quanto privilegio gaudeant principes. quibus ut de
eterna beatitudine taceam. perpetuatur regni gloria. etiam in natione et
sanguine suo. Testatur dominus. se virum invenisse secundum cor suum. Et eum
cum in regni apicem postmodum sublimasset. succedentium sibi filiorum
curriculo regnum ei perpetuum pollicetur. ¶ De fructu ventris tui ponam
super sedem tuam. et si custodierint filii tui mandata tua mea. que ia
dedi et testimonia mea. que per me vel vicarios meos docebo illos. et ipsi

et filii eorum sedebunt super sedem tuam. Et ponam in seculum seculi semen
eius et thronum eius sicut dies celi. Si autem dereliquerint filii eius le-
gem meam et in iudiciis meis non ambulaverint si iusticias meas prophana-
verint et mandata eius mea non custodierint visitabo iniquitates
eorum. ut translato regno de gente in gentem. et deletis hiis heredibus qui
secundum carnem esse videntur. in semine transferatur successio ad illos. qui fidei
et iusticie inveniuntur heredes. Unde quod promissionis subsistit veritas. et ra-
ta permanent. que ore altissimi processerunt quod iustis regibus suc-
cessione fidelium semen permanet in eternum. Hoc autem ut ad christum de quo pro-
qui factus est ex semine david secundum carnem. rex regum est et dominus do-
minancium nulla fit mencio. etiam secundum leges arbitror obtinere.
ut succedant parentibus filii. si eos in mandatis dei fideles fuerint imi-
tati. Adeo quod ut si omnibus recte dispositis et in eo manentibus. nulla
indicatur esse sollicitudo vel officium presidentis. constat hiis qui semel
principem admiserunt. de semine illius successorem non defuturum. et si
non ob aliud vel ad conservandam sanguinis claritatem. Ex et hystoriarum li-
quet exemplis. Refertur enim. quod cum magnus alexander. ultimum li-
tus occeani perlustraret. bragmanorum insulam debellare parabat. ad quem
illi in hiis verbis epistulam miserunt. Audivimus invictissime rex prelia tua
et felicitatem victorie. ubique subsecutam. Sed quid erit homini satis. cui
totus non sufficit orbis. Divicias non habemus. quarum cupiditate nos
debeas expugnare cum bona omnibus communia sunt. Esca est nobis pro
diviciis pro cultibus et auro. vilis et rara vestis femine autem nostre
non ornantur ut placeant. quem quidem ornatorum cultum pocius oneri
deputant quam decori. Et enim nesciunt in agenda pulchritudine plus
affectare quam quod nate sunt. Antra nobis duplicem usum prebent tegu-
menti in vita. in morte sepulture. Regem habemus non pro iusticia sed pro
nobilitate conservanda. Quem enim locum habet vindicta. ubi nulla fit
iniusticia. Hiis verbis motus allexander nullam ratus victoriam si
eorum pacem perpetuam turbaret inquiete sua dimisit. Et forte si eos bel-
lo fuisset aggressus. minime prevaluisset adversus innocentes. eo quod in-
nocencia non facile superatur. et veritas sine viribus constans. de ma-
licia quantumcumque armata triumphat Sed quia nichil est quod magis desiderent
homines quam quod in bonis suis habeant filios successores. ut qui prelian-
do ex condicione subeunt mortem. in propagine carnis sue perpetuent vitam. hoc
principibus et principissis. unde maxime possunt ad cultum iusticie invita-
ri Contingit enim eos qui de se ipsis securi sunt. de statu filiorum magis
esse sollicitos. Unde quod minimum caritatis ordo servatur. quod amore quem pa-
trie parentibus proprie debebat. pater transfundit in filios. dum filialis
affectus patrum pectoris cellam solus exhaurit. Condigna quoque vite res-

pondent parentibus filii eundem sibi impendentes affectum · quo a parentibus
accepti sunt · licet aliud ordine porrigat caritas ordinata quem poetarum doc
tissimus prudenter compressit ¶ Eneam namque anchisen cum sua turba in
ylionis pii filii filii tollerant · parentis enee dexteram dedit aschanio
et marito quem creusa adhesit · antecedentem puerilibus infirmitate le
gens vestigia compatris · omnibus autem dedit vires armis et pietate
insignes · Alias cum dux esset inutilis · cum sine viribus regna adquiri
non valeant · aut sine iusticia retineri · Nunc uero cum unica sollicitudo est
liberos quales cumque sint · diviciis et honoribus potius quam virtutibus
insignire · Negligitur et cura quod onus rei publice imponat · Expulso su
bo tarquinio qui regnavit in urbe novissimus · Iunius brutus primus
consul · liberos suos de revocandis in urb in urbem regibus agere ag
cognovisset eos protraxit in foro · et in media contione · virgis cesos
tandem securi percuti iussit · ut plane publicus parens · in locum
liberorum · videtur ipsum adoptasse · Ego quidem et si parricidium pro hones
tatem · consulis non possum non approbare fidem quam malunt salu
tem liberorum suorum pietati quam ipsis · Recte ne fecerit iudicent sapi
entes · Ego enim campum istum oratoribus late patere cognovi
et in eo declamatores mancipia materia sepius desudasse dum in
absolucione parricidii fides laborat et parricidalis impietas incer
tum fidei tenat contingue · Desi me ad sententiam urges · respon
deo quod in causa smirnensis ariopagitas gneio dolabelle imitando
videlicet · Ad quem provinciam asiam proconsulari imperio obtinente mu
lier smirnensis adducta est confitens se maritum et filium · clam
venenis occidisse eo quod ille filium eius ex altero matrimonio op
timum et innocentissimum iuvenem deceptum insidiis necaverat
ignorare · et suam et suorum et totius rei publice sue tam atro
tem iniuriam vindicare · Ius contra causam erat cum de facto
constaret et de iure quereret ¶ Cum ergo dolabella Rem manife
lum dedignoscere si fuit qui in causa ut putabat ancipiti · mani
festum veneficium et parricidium audet absolvere vel vindictam que
in impios et parricidas processerat condempnare · Rem utique ad
ariopagitas atheniensium tamquam ad iudices graviores ex
ercitatiores quod reiecerat · At illi causa cognita actores et ream
mulierem centesimo anno adesse iusserunt · Sic autem neque
veneficium quod ex lege non licuit absolutum est neque nocens
punita mulier cum ex sententia multorum venia poterat
indulgeri · Hec ita fuisse nonus liber memorabilium dictorum vel factorum

Valerij maximi docet Ceterum et brutum et mulierē deliquisse
consenciat facile eo q̄ co[n]cesserit mediocrem modum in utroqz sententia
est qua morbi duxere manum. et licet magna fuerint crimina p̄stan
tius fuerunt eadem sine p̄mentis crimine vindicari ¶ Unde et in
felicitatis testimonium bruto p̄hibet etiam poeta laudator Ait enim
in sexto virgilius Natos qz pater nova bella gentes monentes ad pe
nam pulchra p̄ libertate vocabit Infelix tu utcumqz ferent ea fata mi
nores At infortunium participij. Sic versu sequenti excusat ut maius
glorie arguat aviditate dicens Vincet amor patrie laudumqz imme
sa cupido Sz ne quis amodo brutum mitet p̄pter liberos p̄ferens
frustra palliatabitis tamen vel vicia liberorum saluti Rei publice p̄refe
rant. licet etiam sit. q salute p̄pria liberis omnibus optant ante
ferri Iubilo regnorum augmentur saul. q cum voto facto de divinis
ieiuniis. sub distinctione illius. qui ante noctem contra votum sumeret
cibum. ionathas filius eius mel q sceptro .i. hasta tetigerat pre
gustasset. paterno motus affectu contra religionis votum pepercit
filio tamen p̄varicatione p̄plus isrl'. ea die iussus est corruisse He
ly quoqz licet sanctus in se fuisse legatur. quia filiorum pepercit vicys. au
sa sella fractis cervicibus corruens expiravit At deterius tacta
quitum quesso publicaz hominum dilexit et que sunt salute. qui pro
prio filio non pepercit. sz p̄ nobis tradidit illum. ut que meruera
mus vincula flagella carcerem sustinet in minus et innotes tur
pissima morte condempnatus ¶ Regum scripture hystoria adhoc pe
titum regem adv iuvenes. ut precederet faciem p̄pli et preliaret
bella eorum. et ad similitudinem gentium totius p̄pli honerā sustinet Cum
tamen non fuerat necesse. nisi et isrl' p̄varicatus esset in similitudine
gentium ut deo rege sibi non videretur esse contentus Si enim p̄se
iusticiam coluisset. si in mandatis dni fideliter ambulasset p̄nichilo
humiliaret deus hostes eorum. et super tribulantes eos mitteret manum
suam. ut solito dei auxilio unus p̄sequeretur mille et duo fuga
rent decem milia Hospite meo placentino dixisse recolo. virum
utiqz sanguine generosum literis prudenciaz munde hunus intimore
dud hec montanarijs ytalie usu frequenti celeberrimum esse. qd'
dum pacem diligunt et iusticiam colunt et p̄ iniurys abstinent. tan
te libertatis et pacis gaudio p̄fruunt q nichil omnino est. q ut i minus
quietem eorum conturbat Cum vero p̄labuntur ad fraudes et p̄varicas
in iusticie semitas scindunt inserunt se ipsis. statim vel fastum regna
vel furore theutonicum aliud ne flagellum. inducit dns super eos
et p̄valet manus eius potentia. donec ipsi ab iniquitate p̄pria re
vertant Uno solo remedio apud illos omnis cessat tempestas ¶ Si

dicebat etiam quod merita populi aut eminentia creant principatum aut cum sa-
tis esse iustissimum. Cum tamen e contrario contingit quod propter peccata populi per-
mittit deus regnare ypocritam. et impossibile esse ut diu regno gaudeat
qui in populi humiliatione et proprio fastigio superbe nimis exultat. ¶ Illum
dicebat perdendi principatum qui apud se de conscientia humilitatis semper
in se angitur quasi regnet invitus. ¶ Hec enim placentium hospites
et ut credo fidei consentaneum est. Tale aliquid invenitur in scriptis
maiorum. Cum enim Helius urbis prefecturam splendidius ageret cum sena-
tore imperator tirator creatus est. Dum tamen obsecrante senatu ut fi-
lium cesarem quem habebat augustum appellaret. sufficit inquit debet
ut ego ipse invitus regnaverim cum non mererer. Principatus enim non
sanguini debetur sed meritis. et inutiliter regnat. qui rex nascitur non meretur.
Et procul dubio parentis affectum corrumpit qui parvulos suos importabili
mole superiecta contingunt. Hoc quidem est suffocare liberos non promovere.
Alendi parvuli sunt et in virtutibus exercendi. et tunc in eo proficiunt
ut probentur illos virtutibus antecedere quos debent honoribus anteire.
nimirum ascendant. et si tamen suorum nequaquam subtrahant votis.
Dum eum illos ambigit aliis preferendos qui quasi naturali probita-
tis privilegio ampliati maiorum titulis innituntur ad virtutem ad virtu-
tem. et eorundem beneficiis. future bonitatis aliis faciunt fidem. Hec
ille. et quidem elegans privilegium consistit principis tum ex antiquis
mine dei succedunt filii indubitanter. Iniquitas subvertit principatum

Ex quibus causis transferantur principatus et regna. Cap. 12

Quam celebre est illud sapientis quia
regnum a gente in gentem transfertur propter iniustitias
et iniurias. et contumelias. et diversos dolos. ¶ Nonne videbis quam bene
subversum sit solium primi regis in populo dei. Saul et Ionathas cum ceteris
filiis consentientibus cunctis in montibus corruerunt. ut thronus illius
qui de post fetantes electus est firmaretur. ¶ Dum in hystoriarum perte-
re seriem et regum successiones. ubique videbis. et quam in exordio
tele domino providente successas. Et quo reges fuerunt clariores. eo citius
si ad vires dum intumuerunt tale gentem semen eorum. Non est sapientia
non est prudentia. non est consilium contra dominum. Certe nec fortitudo
Si ille insurgit si proximus ad emendicata sacramentorum suffragia
ad presidia munitionum frustra decurrit. quia non est qui de manu
illius possit eruere. ¶ Dum alexandro magno maior invenitur. Ei
tamen non suus legitur successisse. sed filius saltatricis. Dum de succe-
dominus seriem nescit Darius eorum. aut nullus. filium reliquit here-
dem. et omnes ubique post varia pericula. et cedes sui. et suorum plu-
rimorum plurimas diversis mortibus. et fere ignominiosis quam in manifesto
deleti sunt et descendentes ad inferos. successores habuerunt aut hostes

aut iniquitates. Quid absconditum tam potentia magna regna. tam cito subu
tit et transtulit. Certe indignatio dei quam in se multiplex in iniustitia prouoca
bat. Est autem ut stoicis placet iniustitia. mentis habitus. que a regione
morum extinguit equitatem. Animam quoque namque preuaricatur iniustitia uel ex
preuaricatiua particula nanus declaratur. In eo autem maxime constat iniustitia
et si non noceas. et ex officio humanitatis prohibeas nocentes. Cum non
noces. accedis ad iniuriam. Cum nocentes non impedis iniustitie si
milaris. Est autem contumelia. qua tumore mentis in lesione alterius. ma
nifesta operis sequela comitatur. Eo quod iniquitati sunt. quod in eum cui reueren
tia pro condicione officii uel nature consortio debetur insolenter insurgit.
Dolus autem est ut diffiniunt aquilius. cum aliud agitur et aliud simula
tur. Malus itaque. quotiens fit intencione nocendi. Differt autem plurimum
dolus. a contumelia. quia hec superbe. et in manifesto. ille fraudulenter
et quasi ab insidiis nocet. Hec sunt que cum inueniunt cathedras sub
uertunt omnium potestatum quia a contrariis perpetratur principium quod. Dolus
namque extimiditatis ymagine. infirmitatis notam habet et fortitu
dini plurimum aduersatur. Contumeliam prudencia respuit ingemiscens
ingit. quod iram et timorem supplens terra et terris. Iniuriam temperancia
non admittit nolens inferre alii quod sibi nollet ab alio irrogari. et in
iustitiam. iustitia excludit utique quasi faciens alii quod faciendum uellet
ab alio fieri sibi ipsi. Hee sunt iiii[or] uirtutes quas philosophi cardinales ap
pellant. eo quod in primo fonte honestatis quasi primum rimuli manare uide
antur. et de se bonorum omnium fluenta propagare. Hec forte sunt iiii[or] flu
mina. que de paradiso deliciarum dei egrediuntur ut irrigent omnem terram
quo fructum desiderabilem afferat in tempore suo. Utinam et adhuc de
fonte uite diuinam gratiam loquor. huius plenitudinis perstillent riuu
li ariditatis mee inebriantes terram ut succrescente fructu bonorum
operum saltem decimare valeam in inuentis securis ictum. que exige
tibus culpis meis ad radicem meam quasi ad radicem infructuose ar
boris posita est. Ad utrumque lignum secus aquas istas positum est non a
rescit. Ad uero uel radicitus non humectant dissoluit et aridum perit
tamquam puluis quem proicit uentus a facie terre. Hic quid uero duces ex
ceptores arbitror. non potentes quia regnum gloria transfertur. si iniusti
iniuriosi contumeliosi inuenti fuerint aut dolosi. Ubi si quid deuio
cutum est. Uniuersitate saluo intellectu sapientiorum non absurde est ut
opinor quod ratione maiorum locutione pluralis expositum. et in ipsa plura
litate diuersitate quandam prudenter inserui. Et cum ut predictum est quod
regnum degente ingente transfertur in iniusticias et iniurias et contumeli
as et diuersos dolos. Ve autem diuersos in fine subiecit. puto conuenter ad

omnia rescindium. et tam plenus sapientie intellectu ut non modo referat
ad imperas species vitiorum. sed et varias figuras personarum completa. et mo
dos animi quibus agnoscitur hic intus continetur. Princeps eum tenere de omnibus
et omni auctore et iudice. quia tamen omnia possit corrigere. corpus minus par
ticeps est que volunt emendare. Cum ergo potestas publica sit ut pre
diximus. omnium vires exhaurit. et ne ipse deficiat incolumitate omni
debet procurare membrorum. Quot autem in administratione principatus ex
tant officia tot sunt principalis corporis quasi membra. Dum autem
singulorum officia integritate virtutis et suavitate opinionis conser
vat quidam quasi membris suavitate procurat decorem. Cum vero ex
negligencia aut dissimulatione potestatis circa officia sit virtutis aut
fame dispendium. quasi in membra eius morbi et macule incurrunt.
Nec diu subsistit incolumitas capitis ubi languor membrorum invales
cit. Explicit liber quartus. Incipiunt capitula quinti libri et tertia
Epistola plutarchi instruentis traianum. Quid res publica sit
plutarchum. et quid instar anime in ipsa optineat aut membrorum. 1·2·
Que precipue insertur in intencione plutarchi. et reverentia exhibenda
deo et rebus sacris. De reverentia et rerum et personarum et quod modis 3
persona sit venerabilis. Que pena immineat hiis qui ministris ecclesie 4
locorum quorum venerabilium iniurias inferunt et de privilegiis locorum que ve 5
nalium. et quod absolutio nec precium extorqueri nec surripi potest per simu
dem. De principe qui caput est rei publice. et electione eius. et privi
legiis. et premio virtutis et culpe. et quod beatum Job debeat imitari. et de vir 6
tutibus beati Job. Que mala ut bona. subitis perueniant. de moribus prin
cipium. quod et aliquibus strategematicis roboratur exemplis. Quid re 7
tyrannus indicat omnibus personis. De hiis qui in re publica obti 8
nent locum cordis. et quod iniqui arcendi sunt. a consiliis potestatum 9
et de timore dei. et sapiencia. et philosophia. De lateribus potestatum. quorum
necessitas explenda est malicia reprimenda. De oculis auribus. et 10
lingua potestatum et de officio presidis. et quod iudicem oportet habere 11
iuris. et equi noticiam voluntate boni et potestatum exequendi. et
quod iuramento debet esse legibus alligatus. et a sordibus munerum
alienus. De sacramento iudicium. et collatione pithagore. et alex
andri. et in quibus rebus civium personis possit facere iudex. et de ex 12
ceptionibus captiosis. Quomodo iudicium debeat ordinari. et de tem
temptatione sacramenti calumpnie. quod contrarietate prestant actor et reus et quod 13
immineat illi qui iuramentum subire detrectat. et de sacramento advo
catorum. et pena calumpniatorum sine prevaricatorum aut tergiversancium
De creatione instrumentorum Que pertineant ad religionem provinciam
presidum. et ordinariorum iudicium. et quatenus exenia percipiendi 14·15

licat. et de Cicerone, Bernardo, Martino, Ganfrido Carnotensi. De cri- 16
mine repetundarum quo tenentur et presides et iudices qui aliquid animo
capiunt. ipsas causas rei que sibi sunt pro officio faciende. et de Samuele
qui docet iuge sacrificium esse debere in domo iudicis. que scilicet per quam obla-
tione iustitie et bonorum operum colitur templum dei. De crimine contem- 17
nendam esse per sapientiam quod etiam veterum philosophorum probatur exemplis. Ex-
pliciunt capitula quinti libri. Incipit prologus libri quinti.

Non solent ad unguem grandia sine mora lustrari. nec facile est provinciarum longitudinem et latitudinem in momento transcurrere. Sic res magna sufficientem quidem a sapiente medium promeretur. sed nunquam perfecte sub angustia sermonis nimia complanatur. Quid autem in humanis rebus maius est principatu. cuius officium quod modo cunctis terris implet et penetrat et quasi robore virtutis sue totius rei publice molem portat. Eius itaque contemplatio tractum habet et moram exigit. tum pro multitudine sui. tum pro circumstantie. quia in capite rei publice iacendum est omnibus contemplari. Modesta ergo brevitate in instruendo corpore eius minorem. et quid Plutarchus super hoc censeat audiatur. Nam deducta superstitione gentilium fidelis est in sententiis in quibus lucubratus et in satirico more tantum arbiter. ut facile preceptorem Traiani possis agnoscere. Si quid autem apud eum a fide dissentit aut moribus temporum potius quam viris ascribatur. Sic enim vigiles licet aurum sapientie in luto cuiuslibet querere. que invidia est ea que ad eruditionem hominum a gentilibus scripta sunt viris cognitam. huius census ad reliqua procedamus. Epistola Plutarchi instruentis Traianum. Cap. I

Extat epistola Plutarchi Traianum instruentis. que cuiusdam politice constitutionis exprimit sensum. Ea dicitur esse huiusmodi. Plutarchus Traiano salutem dicit. Modestiam tuam noveram non appetere principatum. quem tamen semper morum elegantia mereri studuisti. Quo quidem tanto dignior iudicaris. quanto a crimine ambitionis videris remotior. Tue itaque virtuti congratulor. et fortune mee. si tamen recte gesseris honorem. quem probe meruisti. Alioquin te periculis et me detrahentium linguis subiectum iri non dubito. cum et ignaviam imperatorum Roma non ferat et sermo publicus delicta discipulorum refundere soleat in preceptores. Sic Seneca Neronis sui merito detrahentium carpitur linguis. adolescentium suorum temeritas in Quintilianum refunditur. et Socrates in pupillum suum fuisse clementior criminatur. Tu vero quidvis rectissime geres si non recesseris a te ipso. Si primum te composueris. si tua omnia disposueris ad virtutem. recte tibi procedent universa

Quintus liber

Politice constitucionis maiorum vires tibi exscripsi. cui si obtemperas
plutarcum vivendi habes auctorem. alioquin putem contemptum teste mundo
quia inspicientem impium non piget auctore plutarcho. Quid sit res
publica secundum plutarcum et quid vicem anime in ipsa obtineat aut
Sequitur eiusdem politice constitucionis capitula in libello membrorum
qui inscribitur institucio traiani. que pro parte presenti opusculo curavi
inserere. ita tamen. ut sentenciarum vestigia pocius imitarer quam passus
verborum. Est ergo primum omnium. ut princeps se totum meciatur. et quid in to
to corpore rei publice cuius vice fungatur diligenter attendat. Est autem
res publica sicut plutarco placet. corpus quoddam. quod divini muneris
beneficio animatur et summe equitatis agitur nutu. et regitur quodam
moderamine racionis. Ea vero que cultum religionis in nobis insti
tuunt et informant. et dei ut ne secundum plutarchum deorum dicam cerimo
nias tradunt. vicem anime in corpore rei publice obtinent. Illos vero
qui religionis cultui presunt. quasi animam corporis. suscipere. et venera
ri oportet. Quis enim sanctitatis ministros dei ipsius vicarios esse am
bigit. Porro sicut anima. totius habet corporis principatum. ita et hii
quos ille religionis prefectos vocat toti corpori presunt. Augustus ce
sar. eo usque sacrorum pontificibus subiectus fuit. donec et ipse. ne cui
omnino subesset. vestalis creatus est pontifex. Et paulo post ad deos
relatus est vivus. Princeps vero capitis in re publica tenet obtinet
locum uni subiectus deo et hiis qui vices illius agunt in terris. quoniam
et in humano corpore. ab anima vegetatur caput et regitur. Cordis
locum senatus obtinet. a quo bonorum operum et malorum procedunt inicia.
Oculorum aurium et lingue officia. sibi vendicant iudices. et presides
provinciarum. Officiales et milites manibus coaptantur. Qui semper assis
tunt principi lateribus assimilantur. Questores et commentarienses non
illos dico qui carceribus presunt sed comites rerum privatarum. ad ventris
et intestinorum refert ymaginem. Que si immensa aviditate congesse
rint et congesta tenacius reservaverint innumerabiles et incurabiles
generant morbos. ut vicio eorum totius corporis ruina immineat. Pedi
bus vero solo iugiter inherentibus. agricole coaptantur. Quibus capitis
providencia tanto magis necessaria est quo plura inveniunt offendicula
dum in obsequio corporis in terra gradiuntur. Eisque iustius tegumentorum
debetur suffragium. qui totius corporis erigunt sustinent et promovent
molem. Pedum adminicula robustissimo corpori tolle suis viribus
non procedet sed aut turpiter inutiliter. et moleste manibus repet
aut brutorum animalium ope movebitur. Ponit in hunc modum more suo
quamplurima. que diligencius diffusiore tractatu prosequitur ad in
formacionem rei publice et magistratuum erudicionem. Que omnia

sillabatim exequi similis interpretationis est que potius affectat speciem quam vires auctoris exprimere. Et quia apud ipsum de terminis et cultura deorum plura que religioso principi putabat ingerenda superstitiose disputata sunt. hiis omissis que ad ydolatrie cultum pertinent. perstringimus breviter sensum hominis. quo principem et officia rei publice ad cultum iusticie informabat. Que sint in institutione plutarchi et de venia exhibenda deo et cultus satis

3 In summa ergo quatuor sunt que inniti rei publice principibus inculcare. reverenciam dei cultus sui disciplinam officialium et potestatum affectum et protectionem subditorum. Deum ergo imprimis asserit honorandum. deinde se ipsum colendum unicuique. ut scriptum quod apostolus sentit. licet ille apostolum non agnoscat. Unusquisque vas suum possideat in sanctificatione et honore. Post ut doctrinam prepositi totius disciplina domus redoleat et tandem universitas subiectorum de incolumitate prepositorum sibi incolumitate letetur. Magnorum cognitores quoque virorum strategematibus et strategematicis utitur. que si per singula inserimus tediosa erunt lectori. et prosperante a fidei nostre sinceritate recedent. Ceterum quia sancti patres et principum leges illius doctrina tamen perfidia. videntur inherere vestigiis doctrinam eius summam catholice et succincte adiectis exemplis strategematicis eius attingamus. Porro si initium reverencie numinum est. nobis a deo quem ab omnibus quanto amandus est ex toto corde. ex tota anima ex omnibus viribus suis. Probacio non dilectionis exhibicio operis est. Et licet per se ipsum possit amari. tamen quam citra opem medii se infundat amari. tamen ex cultu ad cultum potiorem. alicuius medietatis inventus necesse est eo quod deum nemo vidit unquam. Videndi non nomine ad appellationem cum sensum. Utriusque nature dilatabilis quia principaliter et pure. non sentiet cum homo et vivet nisi forte ea sensuum parte. que corporis nescit angustias. nec defectum temporis sentit sed vivacitate sui congruencia permanet in eternum. Caritatem loquor que non evacuatur sed proficit quanto ad eum quem desiderat familiarius accedit. Nam fides velum legis et spes. de gratie initiis fomento quam iam de inultente nati sui leticiam in futura protendit. Fides itaque et spes inituntur quod sensum subsistunt tunc citra agentes interim quasi per speculum et in enigmate. donec eorum spe in mutata in vitalis substancia plenarie illucescat. Cum non nullo potest sensu perspicue videri facile nequit agnosci. Quod autem non cognoscit diligenter coli non potest nisi per medium. Unde et Numam pompilium terminos quasdam legimus indixisse romanis et sacrificia. ut sub inmortalium deorum prætextu ad colendam pietatem. religionem et fidem et cetera que eis

emulari volebat ipos facilius imitaret. Testantur hec ancilia atque
palladium sacra quedam inpii signorant. Ianus bifrons belli et pacis ar-
biter. Focus veste virginibus consecratus. quo in honore celestium sy-
derum flama custos imperii iugiter vigilaret. Sed et annus et menses xii.
dilatatus. fastorum et nefastorum dierum varietate depictus pontifices
augures et sacerdotiorum varii ritus. quibus ita barbariem occupavit
ut aborigines temperarent feriarentur ab armis. iusticiam colerent et civi-
lem filii iuniorem inspirerent affectum. Eoque ferocem redegit populum. ut
imperium. quod vi et dolo et iniuria occupaverat iusticie et pietatis legibus
feliciter gubernaret. Sed quid profero nimia cum et patres fidei nostre veteris
legis sacrificia asserant instituta ne in demoniorum cultu populus eorum
patris vere religionis desereret cultum. ritu gentium sacrificia sua
demonibus immolans et non deo. Colitur ergo deus aut affectu intel-
lectus, aut exhibitione operis. Sed affectus dilectionis ipsum pure attingit. licet a
corporis peregrinatur plene nequeat comprehendi. Et certe eo amatur arde-
tius et studiosius queritur. quo altitudo et immensitas divitiarum pote-
stie et sapientie sue omnem exsuperat intellectum virtute cum cuncta ex-
creaturis circuit penetrat implet. et protegit ut nequaquam late vale-
at quislibet rationabilem creaturam. Ipsa quoque irrationabilia ipsum esse. et ta-
lem esse tantum plurimis indiciis protestantur. Quo itaque modo sic intel-
ligencia sua infundit. ut subtrahat sic subtrahit ut infundat. et sedu-
lus si fuerit intencionis et re-
formit creaturam plus vel minus videatur in esse per gratiam. Nam plenitudinem
omnem in solo unigenito virginis filio. esse fideliter approbatur. Est ita
q: unc quasi in singula in singulis futurus ut spiritum omnia in celes-
tibus post pariter comparari a solo diversos per corporum densitate producit
effectus. et sic illa. si tamen magna maximis conferre liceat in multis
multiplicatur lucet. Solaris si quidem radius si forte incidat in carbun-
culum egrediens aut reverberans rutilus ventus facit acrem rutilare.
Idem ignis in smaragdo virescit firmamento purior in saphiro con-
formatur. Iacincti quoque speciebus efficitur concolor. In topazio qui quo
rarior eo preciosior est. aureum fere colore superbit. Sic ei yrim obuias
tham ametacadis representabunt ymagine. Aque super ictus undat inlatori
mari. sed et ignem celestem in subposita trahitur per berillum. Vides igitur
in multis quam multiplex sit ignis. Sic in aliis est prudencia fortitudo

in aliis temperantia in quibusdam misericordia in quibusdam iusticia. In nonnullis fides
longanimitas spei in aliis in his feruor est caritatis. hic patientia
laborum illic dolorum consolatio. alibi perseuerantia bonorum operum. que tamen
singula in singulis est unus et idem deus. At in futuro quando inme-
diata facie per gratiam eius videbimus eum sicuti est. omnia in omnibus
erit. quando nulli ad beatitudinem alicuius virtutis substantia deerit. eo
ipse in omnibus erit quam futurus sit plenitudo virtutis et cumulus
beatitudinis. adeo quod ut iuxta traditionem patrum tanta maiestatis
sue plenitudine videatur adesse electis ut nihil eis desit in ulla gratia
et ipse solus videatur in illis et illius nomine censeantur. salua unitate
substantie et sine cum utilitate nature. Et hinc forte est illud Ex-
ultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis. cum sibi tunc
propria credantur esse corda sanctorum. et unusquisque non modo in sua
sed et in omnium conscientia glorietur. Sicut enim ignis ut ipsi dicta-
morem similitudine ferri naturam penetrat et accendit. ut nihil
cernatur in eo nisi ignis. et sicut solaris radius illustrans aerem
solis vel radii censetur nomine sic deus omnes replebit electos ut
omni infirmitate et mutabilitate absorpta. cum mortale immortalitatem
et corruptibile incorruptibilitatem induerit. deus fere solus in omnibus
agnoscatur. Ad hanc nonnulli sententiam referunt quod angeli iam futu-
re beatitudinis nostre participes. nisi ab hominibus adorantur eo quod in eis
unica est quedam presentia deitatis. cum tamen creatura creaturam a-
dorari omnino non liceat. Sic etiam in facie salvatoris aliquid deitatis
resplenduit quando de funiculis facto flagello vendentes et ementes
eiecit de templo docens omnes negotiationem contemnendam esse a domo
orationis. In aliis vero et si adsit diuinitatis presentia. plenitudo eius
in presenti nequaquam adest. quia ipsum quasi latere non potest. Est igitur
in maiestate mirabilis. venerabilis a sapientia. ab eternitate amabilis
et huius cultum citra omnem medietatem. potest ei fidelis impendere
creatura. Quod enim necesse est. ad hoc ut eum timeamus veneremur
et diligamus. Et hic est forte funiculus triplex inter creatorem et
creaturam. qui facile solui non potest. Sed cum tenacissima est uis
amoris. Caritas siquidem nunquam excidit qua si quis adheret deo unitur
ei et cum eo unus spiritus est. Utique qui unitur ei. et sic ut unus spiritus
sit familiare est. et ab obsequio eius quod est in spiritu arceri non potest.
Ille autem cultus qui in exterioris operis exhibitione consistit medio in-
diget. eo quod ad spiritum corporalis nobis non patet accessus quod et illum
planum est docuisse qui in samaritana etiam instruens ait Spiritus est
deus. et eos qui volunt adorare in spiritu et veritate oportet adorare

Ut tamen ad thronum illius quocumque modo humilitatis iure concedat infir
mitas et aliquam habeat materiam cultorum sensualiter coli voluit. qui sensum
dedit. et qui animam glorificabit. et carnem utrumque fidelem competit famula
tum. Se quoque voluit etiam corporaliter honorari. ut quantavis tarditas infideli
tatis aut negligentie excusatione non habeat. De reverentia et rerum et personarum

Reverentia ergo que corporaliter impenditur et quot modis persona sit ve
aut in personis consistit aut in rebus. Personarum vero nerabilis. Ca.
ratio habetur aut a natura aut ab officio aut a moribus aut a conditione aut
a forma. ¶ Natura parentes veneramur. et liberos. et quos nobis caro coniunxit
ut puta uxorem cognatos. et affines. Unde et gentium iure receptum est
eo quod pietas sit apud omnes gentes. Ad hoc etiam divino iure urgemur. quo
preceptum novimus. Honora patrem tuum. et matrem. ut sis longevus super
terram. Et qui patri vel matri maledixerit morte moriatur. Liberos non multum
oportuit commendari eo quod nemo carnem suam odio habuit. sed nec uxorem
propter quam homo patrem relinquit et matrem adherens uxori sue. ut sint
duo in carne una. Non tamen in hac parte divine legis mandata de
sunt. et si propter nature stimulum qui satis urget rarius inseruntur precepta
dantur circa cognatos. et affines. quos ipsa natura commendat. ¶ Officiis
vero est debitum exequendi que admodum unicuique constitutis aut mo
ribus agenda sunt. Ex eo namque personis singulis proprii congruunt actus
publicis autem. que sic agenda sunt. alia ad publicum. alia ad suum cuiusque
pertinent per statum. Ex quo liquet officiorum quedam publica quedam privata
convenienter dici. Privatorum vero tanta multiplicitas est quanta fere est diversi
tas animarum personarum. Publica quidem omnia referuntur ad duas species. aut
enim a divino. aut ab humano iure descendunt. Hec autem ex libris of
ficiorum latius patent. sed pertinent ad presentem articulum. ut publicis officiis
reverentia impendatur. Tanta namque debetur eis quanta est eminentia
tum singulis magistratibus. Hanc quidem aut facit aut indicat uniuscuiusque
competens iurisdictio. tum reverentia magistratuum. aut contemptus
redundet in honorem aut contumeliam subditorum. ¶ Unde in constitutionibus
principum magistratuum edictis. aut promulgationibus per plerumque sic fit
plurium conceptio personarum. ut non tantum persone. quam universitatis tota co
stitutio videatur esse vel que ius alia promulgatio. Hoc etiam iura vel ca
nones ignoranti. ex usu cottidiano perspectum est. Porro ratione offici
orum. non modo civilium canonum et legum statuta. sed et ethicorum om
nium precepta exequuntur. ¶ Mos autem est mentis habitus ex quo singulorum
operum assiduitas manat. Non enim si quid semel fit aut amplius. statim
moribus aggregatur. nisi assiduitate faciendi vertatur in usum. Sic autem
virtutes et vitia eque complectitur licet vitia non modo mores esse. sed apte

usque dicantur moribus obviare. In quo planum est solas virtutes recipe-
re nomen morum. cum bonos tamen aut malos dicimus mores. vicia
distinguimus et virtutes. Unde moratos a bonis sive morigeros morosos
vero antiquis nominamus. Quod et ipsum plenitudinis nomen videtur in-
nuere. cum nulli mature contingat adesse sacietatem morum. et multis
assit superfluitas viciorum. ¶ Cum itaque a moribus quibus reverencia con-
trahi se dicatur. ei virtutes quibus honor exhibendus est in esse glorifica-
tur. Cuius enim non reveretur et veneratur illum quem prudentem fortem
temperatum credit et iustum. Hinc est etiam consilium sapientis ei qui ti-
meri appetit amari honorari et preferri. ut deum timeat diligat ve-
neretur et ei se tota devocione submittat. ¶ Condicionem quidam esse dif-
finiunt fortuitum persone statum. quo aut adversis deprimitur aut ex-
tollitur prosperis et aliquotiens fortis natura sui ipsius facie prestatur
Quale est quod alios vocamus ingenuos. aliis similes contumelias ir-
rogamus. istorum divicias colimus illorum contempnimus paupertatem
Naturam diffinire difficile esse asserit tulius. Ego difficilius credo
diffinire fortunam. eo quod unus nullam illius aliqua substancia est. Na-
ture si quid rebus originem prebet. quod nequaquam esset. si in veritate ipsa non
esset. Ex omni animo non est. aliam prestare non potest ut sit. Aut for-
tuna cum non sit non potest diffiniri. Unde siquidem quod non est non pot-
est unquam constare quid sit. ¶ Efferunt epicurei proprias sentencias su-
as. quas kiriadoxas vocant quibus totius philosophie putant fer-
mare processum. et more suo fortune subiciunt universa. Ego in hoc
sicut et in plurimis. plutarcum sencio audiendum qui deam cecam co-
lendam esse negat asserens eam. nisi a cecis coli non posse. ¶ Multa
quoque componit exempla. quibus liquet omnes cece dee cultores cecatos
et precipitatos tandem infortunati exterminii. Testatur hoc galba. qui totam
etatem incolumis producens in senium huius dee familiaritate et cultu
in brevem elatus. et in brevi mora precipitatus est. Qualiter autem apud Sueto-
nium querere. Cernitur tamen prefatus plurimis. et in aure iam dicti principis
lacrimabiliter ingemiscat. quod hec vicio cuiusque cecitatis et temeritatis
probrosa dea. et omnibus ignominiosa. inveniuntur omnium deorum templa
fedavit et deorum templa omnium preripuit cultum ut preter edes pri-
vatas. quas in orbe et urbe passim habet rupem etiam tarpeiam
occupavit. supremo iovi coequata et publice fortune ymago aurea
in capitolio ab advenis convenis. et indigenis publice adoretur. et
tantam preceteris sibi auctoritatem quod in tota racione mortalium ut dici
solet sola utramque paginam videtur implere. Videas eam ibi rotam ver-
sare volubilem. quoque magis moveri. eiusdem rote impulsu de pectore

Fortuna utramque paginam facit.

ionis sororum persa perpitat et conculcat ¶ Quis cum fortuna statuit
fata convellit. Fata inquit stoicus regunt homines. fatum inquit stoicus
est in pectoribus illis quas sinus abscondit. Hinc paradoxe stoicorum. luria
doxa ep iouis reclamat. Fatalem inquit tolle necessitatem qua si for-
tuna volet fiet de rethore consul. Si volet hec eadem fiet de consule
rethor. ¶ Verum ut cum fortuna minus agamus. sit inopinatorum even-
tuum forma. et licet condicioni videatur plurimum inniti. eo quod fortuitorum
conditur sui statum efficiat. que condicione esse perhibemus in eo tamen
plurimum differt. quod condicio nunc a natura. nunc ab officio nunc a moribus
est. nunc a variis figuris eventuum. Fortuna semper consistit in hiis que
inopinata emergunt. Eam ipse quamque initur evacuare plutarchus. et quod
premissis maior locus nature officiorum morum condicionis tacitis reverentie
mandare circa originem superstitionis sue circa hec infidelium more prosequitur.
Unde non nullas sententias eius sensu et sermone catholico curavi in-
serere. Ille quidem in cultu deorum eos precipue asserit venerandos qui et fa-
miliarius et vicinius accedunt. aut natura et ut liber indorum domitor
hercules qui eo ipso in se ipsum protestatus est. Augures ingulant in ar-
ius latinus aut officio ut pontifices perfectos quam sacerdotum aut moribus ut
philosophos qui mentis divine haustrom. investigatione et dispensatione
sapientie viditant aut condicione ut quos favor numinis potulit. ut
aliis preessent potentia potius familiari. quam officio publico. ¶ Re-
mo quidem perfidus est. et cum replicatione dignus. sensus quam verborum qui
philosophum non decet. Sed forte quid de natura deorum sentiret i auri-
bus corrupti populi proloqui non audebat. qui legerit combustos esse li-
bros philosophi pitagore et ipsum actum esse in exilium ab atheniensibus
eo quod dubitavit an dedis ut ceret que vulgo dicebantur. Quid ergo con-
trarium auderet asserere. qui nec ipsam dubitationem erroris non vidit impu-
nitam. Est itaque verisimile quod morem auditoribus gesserit et ut eos
ab illicitis revocaret aliquid indulsisse errori. Nam indoctrina morum
lenulentissimus est. Ego hinc opinioni facilius adquiesco. quod apud
gentem fide tamen et religione incolumi omnibus carus factus est
ut amor hic manifestet. ¶ Aras aut quibus de celo vitas illuxit. non
deorum qui nulli sunt. sed veri dei ministris et amicis magna reverentia
credimus exhibendas. Sed et numinis eius in medium. qui hic ipse pre-
cepit seque sepe maximam ad erudicionem suorum. pessimis hominibus
contulit potestatem. Unde illud Subiecti estote omni humane creature propter
deum. Sive regi quasi precellenti sive ducibus tamquam ab eo missis. ad vindictam

malefactorum . laudem vero bonorum Et illud Servi subditi estote dominis vestris non
tantum bonis et modestis sed etiam discolis Quedam quidem dei sunt aut grad
tessantibus meritis . ut Jeremias et Johannes sanctificati antequam nati et gemma
sacerdotum Nicolaus . quarta et sexta feria lactans in cunis seiunavit
ut qui fatali via bonorum operum . sicut penitens latro vel difficili . et feli
ci transitu merentur regna celorum . velud apostolorum chorus et martyrum . Hos
aut tres ordines innuit maro . Facilis descensus averni Noctes atque
dies patet atri ianua ditis Sed revocare gradum superasque evadere ad auras
hic opus hic labor est Pauci quos equus amavit iuppiter aut ardens evexit ad
ethera virtus dijs geniti potuere Quos ergo morum elegancia . divine vi
demus bonitati . conformes debemus tamquam verissimam et fidelissimam
dei ymaginem venerari Quidam iuste non sunt . quos dispositio divina voca
vit ut corripiendo et corrigendo vicia aut virtutes inserendo et propaga
do . suam et aliorum procurent salutem Cum vero ei in vice humano minis
trant . tanto maiores sunt hijs qui ministrant in divinis quantum divi
nus humana cedant Que pena immineat hijs . qui ministris eccle
siarum quam venerabilium iniurias inferunt . et de privilegijs locorum vene
rabilium et quod absolutus nec primum contorqueri nec sumpsi potest pro fide

nota In hijs autem qui misteria divina ministrant deus precipue ho deum
noratur aut contempnitur cum illorum honore aut contemptui prorsus repu
tet Hinc est illud Ego dixi dij estis Et labia sacerdotis custodiunt
scientiam et legem requirunt ex ore eius . quia angelus domini exercituum
est Ipsa quoque veritas ait Qui vos audit me audit Qui vos recipit me
recipit Et qui vos spernit spernit eum qui me misit Et qui tangit vos
tangit pupillam oculi mei Illa non reverentia que in rerum veneratione
consistit multiplex est Aut enim corporales res sunt ut edes et loca sa
cra . et que pijs dicantur usibus et sacrificia que visibiliter exercentur
aut incorporales ut iura que sacris rebus competunt Hinc temerare
sacrilegium est morte puniendum . alia nec pena gravissima pro qualitate
admissi Verum ergo patrum immunitates convellere insurgere indignum est
et quas vendicare cum infinitate Et quid de iure divino . pro se pos
sent multa proponi . sed ut civilis potestatis . non obloquetur audacia
in hac parte statuta principum . latius et benignius patent . que fi
dem christianam venerantur . et approbant et ecclesiarum . et ministrorum . eiusque
locorum venerabilium privilegia universa confirmant Quibus enim principibus
omnis memoria in benedictione est Archadius loquitur constitutione non au
nota diunt Si quis in hoc genus sacrilegii proruperit ut in ecclesias catholicas

irruentibus sacerdotibus et ministris vel in ipso cultus loco aliquid importet iniurie, quod geritur a provincie rectoribus animadvertatur. atque ita provincie moderator sacerdotum et catholice ecclesie ministrorum loci quoque illorum et divini cultus iniuriam capitali in convictos sive confessos reos sententia noverit vindicandam. nec exspectet ut episcopus iniurie proprie ultionem deposcat. cui sanctitas ignoscendi gloriam dereliquit. sitque cunctis laudabile factas atroces sacerdotibus aut ministris iniurias veluti publicum crimen persequi ac de talibus ultionem mereri. ¶ Item placet clementie nostre. ut nichil commune clerici cum publicis actionibus habeant vel ad curiam pertinentibus cuius corpori non sunt annexi. et alibi. Si ecclesie venerabilis privilegia cuiuscumque fuerint vel temeritate violata vel dissimulatione neglecta commissum quinque librarum auri condempnatione plectatur. ¶ Hinc ergo privilegia ecclesiarum que venerabilium et ministrorum sunt. divino munere sunt. et licet quamvis notissima tamen vel usu iam liqueat. quod non possunt. nisi apud iudices ecclesiasticos conveniri. et si quis in aliquem de clero violentas manus iniecerit. anathemate feriatur. ut nisi per romanum pontificem absolvi non possit. ¶ Hinc tamen alibi frustra queritur venia nisi articulus mortis immineat. quia nec penam extorquet nec surripi potest per fraudem. auctore Claudiano Theodosius ait. Non extorquebis amari. hoc alterna fides hoc simplex gratia donat. Vicinum enim est. quia non extorquebis absolvi. quod sola contritio cordis confessio oris et satisfactio operis promeruit. ¶ Utique non ignoras quod gratia sola iustificat impium et fictus peccatori non prodest. quia spiritus sanctus discipline effugiet fictum. nec habitat in corpore subdito peccatis. Alibi me dixisse recolo. quia teste magno patre Augustino. simulata innocentia non est innocentia. sed duplex malicia. quia et malicia est et simulatio. Equitas quoque simulata non est equitas. sed duplex iniquitas. quia et iniquitas est et simulatio.

¶ Unde immoderato stupore confundor. cum frequentissime videam. nescio fideles an infideles dicam. in sacrilegiis huiusmodi deprehensos adhuc totis viribus anhelare. nec minus et titulis vigeant sacerdotes ad absolutionem prestandam. quomodo nec isti fideliter dare. nec illi incontinentia utiliter accipere possunt. Sane facilius est utrumque invalere quam alterum istorum expedire. Utrius tamen culpa sit gravior non facile dixerim. Hec de his que in politica constitutione Plutarchi vicem anime obtinent.

De principe qui caput est rei publice et electione eius et privilegiis et primo virtutis et culpe. et quod librum legis habere debeat. Sequitur ut eius virtutes. vi et de virtutibus beati Job. Capitulum. 6

Margin notes: Nota (left, beside "possit. ¶ Hinc tamen alibi"); operis (right, beside "confessio oris et satisfactio")

vestigia. de membris vero disputamus. Dictum est autem principe loco
obtinere capitis. et qui solius mentis regatur arbitrio. Hinc ita ut iam
dictum est dispositio divina. in arce vero publice collocavit. et eum. nunc
archano providencie sue ministerio. ceteris prefert. nunc quandoque suorum iudicio
sacerdotum. nunc ad eum preficiendum. totius populi vota concurrunt. Unde et in
veteri testamento legitur quia moyses ordinaturus eum. qui preesset
in populo. convocavit omnem synagogam. ut eligeretur astante populo. ne
qua postmodum retractatio cunctorum. ne quis scrupulus resideret. Legitur
in libro regnorum quod saul rex futurus. apparens in facie populi ab humeris sur-
sum super eminebat universum populum. Quare hoc queso nisi quia que oportet
preesse aliis. pectore debet et ore preminere ut quandoque bonorum operum ulnis
totius populi latitudinem amplexari valeat. et protegere. tamquam doctior et
sanctior ceterisque perfectior et omni virtute prestancior. ¶ Dicit enim dominus
ad moysen assume ad te iosue filium nave hominem qui habet spiritum
dei in semet ipso. et impones manus tuas super eum. et statues coram
eleazaro sacerdote. et precepta dei dabis in conspectu totius synagoge et
precipe de ipso coram eis et dabis claritate tuam super illum. ut audi-
ant illum filii israel. Audis evidentem ordinationem principis populi. tam ma-
nifeste descriptam ut pene expositione non egeat. Si eam tamen
manifestius queris. eam tibi auctore domino loco suo et tempore cum
ceteris explanabo. adiciens indumentorum et quorundam sacramentorum
significationes. ¶ Hic autem plane nulla est populi acclamatio. nulla con-
sanguinitatis ratio. nulla propinquitatis habita contemplatio est. Hortus
salphaat filie paternam apud moysen vendicant hereditatem petitionem
earum iustam esse deus ipse testatur. Propinquis namque agrorum et prediorum
hereditas relinquenda est. et ut plurimum accionum. Gubernacio vero populi
illi tradenda est quem deus elegerit homini scilicet tali. qui habet spiritum
dei in se. Et precepta dei in conspectu eius sunt qui moysi valde notus
sit. et familiaris idest in quo sit claritas legis et sciencia. ut pos-
sint eum audire filii israel. Nec tamen licitum est favore nonnorum re-
cede a sanguine principum. quibus privilegio divine permissionis. et
mere generis. debetur successio liberorum. si tamen ut prescriptum est am-
bulaverint in iusticiis domini. Si vero a via paululum deflexerint. non tamen
usque quaque declinent. sed patienter tollerandi sunt. in iusticia. donec fiat con-
spicuum. eos perseverantes esse in malo. Rex enim roboam statim exclu-
sus est. a solio patris. ex equo seniorum contempto consilio recessit a via
salomonis. onus importabile volens imponere in humeros filiorum
israel. Unde percussum est regnum eius recedentibus decem tribubus

Post roboam filium salomonis sunt et regna divisa. Duo vero regna ha
buerunt iuda vel israel. Incurrit ergo de contumacia penam de gratia dei. et pri
vilegio sanguinis maiorum ut rex quidem maneret. sed magna rei parte mutila
tus Unde hoc illi. Quia adheserat consiliis iuvenum contemporaneorum suorum
et precepta prudencie. Impossibile enim est ut salubriter disponat principatum.
qui non agitur consiliis sapientum. Ve inquit terre. cuius rex puer est
et cuius consiliarii mane comedunt. Beata terra cuius rex nobilis est
et cuius principes vescuntur tempore suo ad refectionem non ad luxuriam. Ubi et
enim sapiencia esse non potest. Hinc sanctus Job. Sapiencia ubi invenitur
et quis est locus intelligencie. Nescit homo precium eius. nec invenitur
in terra suaviter viventium. Non equabitur ei lapis eciam quicquam trahitur enim
sapiencia de occultis. Longe utilius invenies repulisset ad quem fortius co
silio seniorum vitam beati Job habens regnandi formam. Audi ergo quid
de se fateatur. Quando procedebam ad portam civitatis. et in platea ca
thedram parabant michi. Videbant me iuvenes et abscondebantur et se
nes assurgentes stabant. Principes cessabant loqui. et super ponebant di
gitum ori suo. Vocem suam cohibebant duces. et lingua eorum gutturi
suo adherebat. Auris audiens beatificabat me. et oculus videns. testimo
nium reddebat michi eo quod liberassem pauperem vociferantem. et pupillum
cui non erat adiutor. ¶ Benedictio perituri super me veniebat et cor vidue
consolatus sum. Iusticia indutus sum. et vestivi me sicut vestimento
et dyademate iudicio meo. Oculus fui ceco. et pes claudo. Pater eram pau
perum et causam quam nesciebam investigabam. Conterebam molas in
qui et de dentibus illius auferebam predam. Dicebam quod in nidulo meo
moriar et sicut palma multiplicabo dies. Radix mea aperta est secus
aquas et ros morabitur in messione mea. ¶ Gloria mea semper innovabitur
et arcus meus in manu mea instaurabitur. Qui me audiebant senten
ciam meam expectabant. et intenti tacebant ad consilium meum. Verbis
meis addere nichil audebant. et super illos stillabat eloquium meum. Si
quando ridebam ad eos. non credebant. et lux vultus mei non cadebat
in terram. Si voluissem ire ad eos. sedebam primus. Cumque sederem quasi
rex exercitu circumstante. eram tamen merentium consolator. Ecce regnan
di in viro isto. que magna parte compressa est formula. quam si per singula ex
equi voluerimus integri libri magnitudinem insertarum virtutum series ut
sola complebit. Diligens lector singula verba discuciat. quia in hiis quia
omnibus nec iota nec apex a misterio salutis vacat. Pauca tamen que in
ipsa superficie verborum eminent. quanta potero brevitate perstringam. ¶ Quando in

quit lavabam pedes meos butiro. et petra fundebat michi rivos olei cum
parata kathedra residens in platea. abscondebant iuvenes et michi senes
astabant. Provenit ergo quia rerum affluencia graciam et concursum ei pruden-
ciam non contulerunt. sed in hiis omnibus consciencia et testimonio bonorum
operum auctoritas inconcussa permansit. Egrediebar cum ad portam. qui late-
bris non egebat et qui docendi primo meruerat sedem. secum prudencia erige-
bat lenitate vivendi abscondita. Cessabant loqui principes et lingua du-
cum gutturi adherebat non audentes grandia loqui et imponere in hume-
ris hominum onera importabilia. que nec summitate digiti tangi solent. Vide-
bant enim omnem virtutis laudem in actione consistere. cassumque esse splen-
dorem ubi. cui non subest soliditas operis. In omni opere inquit Salomon erit
habundancia. Ubi autem verba sunt plurima. ibi frequenter egestas. Principi-
bus et ducum est. alios in via morum precedere. que non facienda sunt a-
liis tumide intonare. Auris audiens et oculus videns beatificabat me.
Instrumenta corporis eleganter expressit. quibus sensus anime maxime co-
valescit. Exteriorum namque noticia. oculi et auris obsequio. fidelissime
transit ad animam et thezauros cordis sepius lingua incaute diffigit.
Quod non audiens et videns adiciat. sapientis iudicio posuit innotari.
Beatus qui loquitur in aure audientis. Non itaque beatificatum se dicat lingu-
uis hominum. que malivolum pretem vel amore vel odio frequenter impellunt.
Sufficit ei testimonium consciencie. presertim cum roboratum sit iudicio
sapientum. Eo inquit quod liberassem pauperem. pupillum et pueros et con-
solatus sum cor vidue. In hiis enim maxime principalis claret auctoritas que
ad omnis instituta est ad miserias propulsandas. Hec quidem sunt opera miseri-
cordie et erit nomen agentis ea benedictum in secula. Sed ne credas eum re-
missiore clemencia viciis audaciam prestitisse iusticia inquit indutus sum
et dyademate iudicio meo. Causam quam nesciebam diligentissime inves-
tigabam. Oportet enim iudicem cuncta rimari. et ordinem rerum plena
inquisicione discutere. nec ante obviare alicui quam causa sit legittimus
terminus plenissime limitata. Ut enim ait ethicus ad penitendum prope-
rat quisquis cito iudicat. Conterebam molas iniqui. Iniquus est. quis-
quis in iudiciis sequitur non causam sed predam. qui sic munera diligit. ut
sequatur retribuciones. Et licet equum sit. quod detur ad pretium avaricie
fames. pergit in mortem. unde sequitur. et de dentibus illius auferebam pre-
dam. Dicebam quod in nidulo meo moriar. Quicumque itaque compositus erit. qui
rerum suarum amplitudine contentus erit. Nec avaricie aut ambicionis
stimulo urgebatur ut domum domui agrum agro coniungeret. usque ad ter-
minos loci. ac si solus habitaturus esset in superficie terre. et sicut palma
multiplicabo dies. Rem admirandam aristoteles in septimo problema

tum. et plutarcus in octavo memorabilium dicit Si super palme ingruunt ar-
boris lignum magni ponderis imponas. ac tantum gravius urgeas oneres
ut magnitudo oneris sustineri nequeat non deorsum cedit nec intrinsecus flec-
titur sed adversus pondus resurgit. et sursum nititur recurvatque Propterea inquit
plutarcus placuit palmam signum esse victorie in certaminibus quoniam ligni
in ingenium huiusmodi est ut urgentibus opprimentibusque non cedat Refert etiam
quod medium eius palme que grece dicitur basileos avelli non potest. si
trahatur deorsum sed si sursum protrahant cedit Constat autem quia trun-
cus palme ut stipes a radice contrahitur sed in superioribus dilatatur Secus ac
in quavis arbore que tanto magis turgescit. quo ad terram stipes vicinius
accedit Per palmam ergo significatur iustitia in animabus. que descensum non
novit. sed solum ad superiora protensum Unde iustus ut palma florebit Radix
in ea apta est secus aquas scripturarum utique et virtutum de quibus supra
et ros figurate morabitur in messione mea Intellige bonorum operum quorum
manipulos electis reponet apud se in illa die iustus iudex Unde sequitur
Gloria mea semper innovabitur. et arcus meus instaurabitur quia est aliquid
quo tendit et quo dirigit arcum iustus Nec passim sequitur cornos testa
ex luto Qui me audiebat expectabat sententiam etc. Saepe dictum est sen-
tentiam in bono semper accipiendam esse iuxta illud Sapientior videtur sibi
piger. septem viris loquentibus sententias Audis insipiente tria conte-
re Intenti inquit tacebant ad consilium meum verbis meis nihil addere
audebant stillabat super eos eloquium meum Res ardua desiderat attenta
quem. et virorum gravium decet consilia meditari. ut quodque agit quicquid
loquitur. sit pro consilio hominum sapientum affectanti Est autem oris cautissimi illa
proferre quibus quibus nihil demi liceat vel apponi Est autem viro gra-
vi in turpissimum. si ingerit se fabulis. et nugis inmisceat. et ut congre-
gientes perstrepat velut tribulus anser ad innoxios olorulos. et omnem in-
maciam credat aptam esse linguis Ambigitur quid enim castor faciat
an doctis plus quam mundissimum minuti melius ma ducat an apertius pervertere
ea que habundant. sui copiositate vilescunt et cum multiloquio peccatum
non desit pauca prudentis loquentis sermo est preciosus. Unde socrates Q
venti quondam quis famam optimam compararet si gesseris inquit optima
et locutus fueris pauca. hic est quod vir iustus et in hiis delinquens in
sermone dicit stilla esse eloquium suum Cum enim non delinquit verbo hic per-
fectus est vir Si quando ridebam ad eos non credebant Risus levitatis
indicium et quo patentior eo imprudentior et reprehensibilior est Dicit enim
Stultus in risu exaltat vocem suam Et salvator flevit qui utique risisse
se non legitur Nec enim facile crediderim proprium esse ad cathecismum quia
subtracta ambiguitate de risu loquitur. ut et si riserit non credatur

Et hec multus mei non tedebat intuitu. Risit forte vir iustus, sed eum
in hylaritate temporalis inepcia nulla resolvit. Et quamquam tremendus esset in mo-
ribus, multum tenebat austerum. Si voluissem ire ad eos sedebam pri-
mus. Primus siquidem kathedra dignus erat qui alios tantis virtutum iti-
nere precedebat. Cumque sederet quasi rex famulantibus aliis lacrimas
merentium abstergebat. Iocunda quidem conclusio cum pietas publica sic sci-
debat preesse, ut in universitate sua tristem aliquem esse non pateretur. Qua-
nam arte id fiet moralis tempus subiectus exposuit. Tanta quidem ame-
nitate florum et fructuum ubertate, ut si quis eum ingrederetur paradisi deliciis
se gaudeat intus esse. Miraris forte et attonitus obstupescis quemquam in
compositio carnis hominis tante dulcedinis esse participem et celestium civium
esse conciuem. Sed an ita esse possit, exemplum viri iusti tu ipse diiudica.
Si negavi quod volebant pauperibus et oculos vidue expectare feci. Si comedi
buccellam meam solus et non comedit pupillus ex ea, quia ab
infancia crevit mecum miseratio et de utero matris mee egressa est
mecum. Si despexi pretereuntem, eo quod non habuit indumentum, et absque
operimento pauperem. Si non benedixerunt michi latera eius, et de velle-
ribus ovium mearum calefactus est. Si levavi super pupillum manum me-
am cum viderem me in porta superiorem. Humerus meus a iunctura
sua cadat et brachium meum cum ossibus conteratur. Semper enim quasi
tumentes fluctus super me timui deum, et pondus eius ferre non potui.
Si putavi aurum robur meum et obrizo dixi fiducia mea. Si vidi sole-
m cum fulgeret et lunam incedentem clare, et letatum est in abscondito cor
meum, et osculatus sum manum meam ore meo, que est iniquitas
maxima, et negacio contra deum altissimum. Si gavisus sum ad ruina-
m eius qui me oderat et exultavi quod invenisset eum malum. Si non dixe-
runt viri tabernaculi mei: quis det de carnibus eius ut saturemur. Fo-
ris non mansit peregrinus, hostium meum patuit viatori. Si abscondi quasi
homo peccatum meum et celavi in sinu meo iniquitatem meam. Si expavi
ad multitudinem nimiam, et despectio propinquorum terruit me, et non ma-
gis tacui nec egressus sum hostium. Si adversum me terra clamat, et
cum ipsa sulci eius deflent. Si fructus eius comedi absque pecunia, et
animam agricolarum eius afflixi, pro frumento oriatur michi tribulus
et pro ordeo spina. Quis non credis eum ambulare in latitudine de-
liciarum dei qui de corde puro et consciencia bona et fide non ficta sub
imputatione tanta de se quidem fatetur. Cuius istorum uberum desiderat imi-
tationem aut in tanta virtutum luce non videt. Nimirum plane hebes
hebes est et obtusi ingenii. Cui ipse ista non hec lucent. In unum hic

plurima congesserunt. quorum vel unum orbem quendam illustrare sufficeret
Si principes plura legere vel audire fastidiunt. saltem hoc tantillum
legant. audiant. et inquisitione diligenti discutiant. dum mittentur. Re-
perintur enim in eodem. Si audierint reges et observaverint voce dei co-
plebunt dies suos in bono et annos suos in gloria. Si autem non audie-
rint transibunt per gladium et consumentur stulticia. Videsne in utilitatem re-
gnum duplicem exitum. Aut enim per gladium transeunt. aut stulticia con-
sumuntur. Et recte dicitur transire per gladium non finiri. eo quod gladius quasi
quidam transitus eius est ad locum ubi secundum multitudinem impietatum suarum
potentes potenter puniuntur. Sed et stulticia consumit impios. quia in
depressione populi robur principis enervatur. Plebis namque contritus
erigere vires principis non potest aut non vult. Quae mala vel bona
subiectis proveniant. de moribus principum quod et aliquis strate-
Quam inquit qui mittit: maticis roboratur exemplis Capitulum
lapidem in acervum mercurii sic qui dat insipienti honorem. Hoc
a diversis diverso modo exponitur. Ego sapientiorum venia im-
petrata acervum credo mercurii in quo consistit ratio calculandi. quia
mercurius numen eorum est qui negociationem exercent et rationariis
suis diligenter invigilant. Mittere ergo lapidem in acervum quo regitur
ratio calculandi est totam turbare calculi rationem. et honorem confer-
re insipienti est rem publicam subvertere totam. Et impossibile est ut ali-
os utiliter regat quem proprius subvertit error. Aut enim ubi non est guber-
nator populus corruet. et alibi Rex insipiens perdet populum suum. et civita-
tes inhabitabuntur per sensum prudentium. Omnis potentatus brevis
vita. languor prolixior gravat medicum. Brevem languorem praecidit
medicus. Sic et rex hodie est et cras morietur. Cum enim morietur homo
hereditabit serpentes et bestias et vermes. ¶ Quid quaeso pauperes oppri-
munt iniuriis. attenuant exactionibus. rapinis multiplicibus spoliant.
iubent inique conterere populum et orbem concutere. ut potentibus ista suc-
dant heredes. Isti namque succedunt omnibus iure suo. nec desideratur
sollempnitas testamenti. ab intestato emergunt velis nolis hos
habebis heredes in sclaribus litteris fertur dixisse Plato. Unde e-
tiam subditos opprimit magistratus. ac si caput corporis intumescat
ut a membris aut omnino. aut sine molestia ferri non possit. Hanc
aut passionem sine gravissimo dolore membrorum tolerari vel curari
impossibile est. Si vero incurabilis fuerit passio. sic vivere quam mori mi-
serius est. Chisenis aut nichil utilius est quam cito tamen finire mise-
riam. Eidem quoque dixisse legitur. Cum in subiectos potestas sevit idem
est ac si tutor pupillum persequatur vel eum suo mucrone iugulet. Ab utrisque

nota

defensionem ab eodem traditum tibi gladium accepisti. Rem namque
publicam nec pupilli tueri preclare est. et eam tunc demum
recte procedere tunc caput eius sed inutile esse cognoscit. nisi fide-
libus membris coheréat. Licet ille et quidem eleganter et vere. sed ut
michi videtur coherencia fidelis et firma esse non potest ubi non est
tenax unio voluntatum et quasi interiorum conglutinacio. Que si defuit
homines frustra sibi tangerunt coniungunt opera. tunc dolus inimicicie pergat
sine affectu profitendi. Simulatores inquit Job et callidi provocant
iram dei neque clamabunt cum vincti fuerint. Morietur in tempesta-
te anima eorum et vita eorum inter effeminatos. Quibus namque caritatem pre-
stat. nunc pudor. timor interdum. Sed iunctura illa solidissima est. que
ex adipe fidei et dilectionis procedit et in solo virtutis fundamento
subsistit. Opera tamen quia minora argumenta sunt gratiam pariunt. quia
michi inter illa utilius nichil efficacius est ad statum magistratuum et pro-
cessum. Unde est illud imperatoris. aut si manus visitatores egre-
gie dum tamen idem eos sensisse non ambigas. Sis pius in primis
Nam cum vincamur in omni munere sola deos equat clemencia nobis
Non dubie suspectus agas. nec falsus amicis rumores ne audias
Cum talia turribus manes horrebit strepitus nulla non anxius hora
Non sic excubie nec circumstancia pila. quam tutatur amor non extor-
quebis amari. hoc altera fides hic simplex gratia donat. Alexander
cum hyeme duceret exercitum resideret ad ignem. recognoscere
pretereuntes copias cepit. Cumque conspexisset quendam prope exanima-
tum frigore. iussit eum sedere in loco suo dicens. Si in Persis natus esses
in regia sella resedisse capitale foret. sed Macedonia nato conceditur
fertur et aliud de eodem. quod cum virgo eximie pulchritudinis. finitime
gentis principi desponsata inter captivas adesse nunciaretur ei abstinen-
cia summa properat ut ne illam quidem aspiceret. Quam mox ad sponsum
remissam universe gentis per hoc beneficium sibi mentes conciliavit
Sic humanitate suorum alienorum animos sibi iusticia devinxit. Tale
est quod Scipio Affricanus in Hyspania gessisse legitur. cum enim virgo
nubilis eximie decoris ad admiracionem convertens oculos adducta
esset. eam sponso nomine Alicio reddidit adiciens. et aurum quod parentes
in redempcionem captive attulerunt. ut esset virgini in dotem aut ma-
rito in munus nupciale. Itaque multiplici magnificencia. universa gens
victa. que forte alias cessura non fuerat in Romanum imperium populo ac-
cessit. Camillo Faliscos obsidenti. magister ludi liberos Faliscorum tamquam
ambulandi causa extra muros eductos tradidit dicens pretextatis obsidibus
civitatem istam facturam imperata. Camillus vero non solum sprevit per-
fidiam. sed restrictis manibus post tergum virgis agendum. ad pa-

rentes primus tradidit acceptus beneficio victoriam quam fraude non con
cupierat. Nam falisci obsidiam iusticiam sponte se dederunt. ¶ Extat quoque
eiusdem camilli non ignobilior titulus. Cum enim post subactas civitates
et triumphos insignes. militaris manus invidia concitata dampnatus et ex
pulsus est civitate quam preda quinim. irruentibus senonibus gallis in ur
bem. et romanis undecimo miliario victis. apud flumen alliam. nec
in ipsa urbe quicquam preter capitolium servari posset. et hoc auro dato ut galli
recederent camillus etiam ingrate compaciens patrie eosdem vicit. aurum
abstulit romanorum aquilas reportavit. Unde in sexto virgilii inter ceteros
eneadas predixit eneas inferente signa camillum. Itaque ab exilio revoca
tus trio triumphans. urbem ingressus est. et appellatus secundus romulus
quasi alter patrie conditor ¶ Iulius igitur in libro. vi. de certa rebus
que illustrium virorum que de fabricio sequitur refert. Nam precedencia plutarchi
in institucione traiani et iulii frontini in libro strategematum sunt. Ve
nerunt ergo samnitum legati sapientum. ad gayum fabricium multas et magnas
res memorantes quas bene. ac benivole. post redditam pacem. samni
tibus fecerat. afferentes dono grandem pecuniam. et orantes ut eam acce
peret. et uteretur. eo quod multa ad necessitatem victus et splendorem domus tan
to viro deesse constant conspiceret. Nichil enim lautum. paratumque erat
pro amplitudine hominis et dignitate virtutis. fabricius vero planas ma
nus. ab auribus ad oculos et infra. et deinceps ad nares. et ad gulam
et ad os. et deinde ad ventrem et ad yma deduxit. et legatis in hec verba
rendit ¶ Dum omnibus hiis membris que attigi resistere atque imperare
potero. michi nichil unquam deerit. ideo que nobis reservate pecuniam nichilominus
usibus meis. nec etiam quibus necessaria aut grata non est ingeratis. Pro
nam si quidem non curant ipsi aurum sed imperare volunt habentibus aurum.
hoc iulius igitur. Frontinus vero refert quod ad fabricium ducem ro
manorum medicus pirri epirotarum regis pervenit. pollicitus se venenum
daturum pirro. dum merces sibi in qua opere precium foret constitueretur. Quo
facinore fabricius egere victoriam suam non arbitratus regi medi
cum detexit. Atque ea fide meruit ut ad amicitiam romanorum appetendam
compelleret pirrum. pater meus. decertebant in casu isto. Valerius maximus
et claudius quadrigarius contendentes de nomine. et officio proditoris
an thimochares fuit. iuxta valerium pater illius. qui in regis quinis
potula ministrabat. an secundum quadrigarium phidias medicus. vero multum
curo dum ... constet consules romanorum. eo subegisse pirrum qui
pridiam fuant assignati ¶ Epistolam vero consulum ad pirrum hanc fuisse
quadrigarius refert. Consules romani salutem dicunt pirro regi. Nos

prius iniuriis continuo animo commoti. iuncto tecum bellare studemus
sed tuum inimicis exempli et fidei. Ergo iustum est ut te saluum velimus
quo sit quem armis possimus vincere. Ad nos venit phidias famili
aris tuus. qui sibi a nobis premium peteret si te clam interfecisset. Id nos
negauimus velle. neue ob eam rem quicquam commodi exspectaret denun
ciauimus. Simul etiam visum est. ut te certiorem faceremus. ne quid huius
modi si accidisset nostro consilio factum putarent ciuitates. Et quia nobis
non placet premiis aut pretio aut dolis pugnare. Tu nisi caues ia
cebis. ¶ Quod referam. quod cum ei regni medietatem pirrus obtulisset
ut patriam conditionem conditionibus equis admitteret contemptus est
Sed nec regni medietatem adquireret accipere. ut amiciciam promitteret regi
Cineas vir prestantissimus quem romam miserat fuerat. re
uersus interrogatus. qualis roma esset. Respondit se regum vidisse patriam
eo quod fere omnes tales essent illic qualis erat solus pirrus in epyro
vel reliqua grecia. Audita ergo constancia fabricii inquit rex hic est
utique ille fabricius. qui difficilius a virtute. quam sol a cursu suo. auerti
potest. ¶ Imperator cesar augustus germanicus eo bello quo victis
hostibus germanici cognomen meruit. cum in finibus cupiorum castel
la poneret pro fructibus locorum. que vallo comprehendebat. precium sol
ui iussit. atque ita iusticie fama omnium fidem astrinxit. Quod de continen
cia dicam. verum quod contemptu quando quidem plutarchi strategematica
non nulla premisi. ¶ Marcum catonem consulem vino quo remiges contentum
fuisse traditur. Atthilius regulus cum summis rebus prefuisset. adeo pauper
fuit. ut se coniugem liberosque toleraret agello qui colebatur per unum vil
licum. Cuius audita morte. scripsit senatui. de successore sibi creando
et destitutis rebus obitu serui necessariam esse presentiam suam. Gneius sci
pio post res prospere in hyspania gestas. in summa paupertate decessit
ne ea quidem relicta pecunia. que sufficeret in dotem feminarum quas ob
inopiam publice dotauit senatus. Idem prestiterunt athenienses filiis
aristidis post amplissimarum rerum administrationem in summa pauperta
te defuncti. ¶ Hanibal de nocte surgere solitus. non requiescebat
ante noctem. crepusculo demum socios ad cenam vocabat. neque am
plius quam duobus lectis discumbebatur apud eum. Idem cum sub hasdru
bale militaret imperatore plerumque super nudam humum. sagulo tectus sop
nos capiebat. Emilianum scipionem traditur in itinere cum amicis am
bulantem. accepto pane vesci solitum. Idem et de allexandro macedo
ne dicitur. Augustus cesar minimi cibi erat atque vulgaris. fere secun
darium panem. et pisciculos minutos et caseum bubulum manu

pressum et ficus biferas virides maxime appetebat. Vescebatur quoque ante
cenam quocumque tempore et loco stomachus desiderasset. Verba ipse quid-
dam epistola. Ne iudeus quidem mi Tiberi tam diligenter sabbatum servat quam
ego hodie servavi qui in balneo post horam primam noctis duas buccatas
manducavi. Prius quam ungi inciperem. Vinum quoque parcissime remittebat
dum numinantis animum videt immutatum. Et sicut ipse dicebat celerius
quam asparagi coquuntur. Hoc enim verbo rei festinate velocitatem solebat
exprimere. Inscriptione sequitur et hoc et quedam alia nobiliter usurpavit quod
littere eius autographe ostendunt. In quibus cum aliquid nunquam futurum
credebat. illud fore dicebat ad kalendas grecas. Quartus. Masinissam
nonagesimum etatis annum agentem meridie ante tabernaculum stantem
vel ambulantem capiente cibos legimus. Manius Curius cum victis
Sabinis ex senatus consulto ampliaretur ei modus agri quem consu-
mati milites accipiebant gregalium portione contentus fuit. malum
civem dicens cui non esset idem quod ceteris satis. Universi quoque exercitus
perpetue notabilis fuit continentia sicut eius qui sub Marco Scauro militavit. Nam memorie tradidit Scaurus continentia mili-
tem. Pomiferam inquit arborem que in pede castrorum fuerat comprehensa
postero die concutientibus exeuntibus. et abeuntibus nobis
intactis fructibus. exercitus reliquit indempnem. Auspiciis ergo im-
peratoris cesaris domitiani augusti germanico bello quod iulius civilis
in gallia moverat. lingonum opulentissima civitas que ad civilem des-
civerat cum adveniente exercitu cesaris populationem timeret. quod preter
spem inviolata nichil ex rebus suis amiserat. ad obsequium redacta
septuaginta milia armatorum tradidit. mihi lucius mummius. qui co-
rintho capta non ytaliam solum sed et provinciam tabulis statuisque
exornavit adeo nichil ex manubiis tantis in suum convertit usum. ut fi-
liam eius inopem senatus ex publico dotavit. Constantia quoque cum
pluribus strategematibus pateat in virtute romanorum maxime cla-
ret. Romanorum sicud magnificencia et virtute si omnium gencium hystorie re-
volvantur nichil clarius lucet. Declarat hoc amplissimi splendor im-
perii. quod nullo minus ab exordio neque maioribus incrementis possum
continuo dilatatum humana potest memoria recordari. Nam et quiete
libertatis. iusticie cultu. reverencia legum. fortitudine gencium animi
tantis maturitate consiliorum et gravitate verborum et operum obtinuerunt
ut orbem sue subicerent dicioni. Et quia de constancia eorum repperimus
unum de strategematibus Iulii frontini pro multis ponitur in medio. Cum
itaque urbi romane hanibal assideret. ostendende fiducie gratia supplementum

conciliabus quos in hyspania habebant diversa porta miserunt. Idem a
grum in quo castra hanibalis erant defuncto forte domino venale ad
id precium licendo perduxerunt quo is ager ante bellum venierat. Hii duo ab ha
nibale obsidentur. et ipsi obsidente capuam decreverunt ne nisi ea capta revoca
retur inde exercitus. Quod traianus videatur omnibus preferendus

8 Nunc autem ut intricans plutarchi strategematicas ponat Capitulum
Cuius modus tante fortitudinis et civilitatis fuit. ut romani imperii fi
nes qui post augustum defensi non magis fuerant quam nobiliter ampli
ati longe lateque diffunderet. Ubi hanc tamen militarem moderacione superavit ro
me. et per provincias omnibus se equalem exhibens. amicos salutandi
causa frequentans vel egrotantes vel festis diebus. cum eisdem indiscre
ta iunctissimum habens convivia. vehiculis eorum et vestibus indifferenter utens
publice et privatim ditans omnes in immunitates civitatibus largiens
relaxans tributa provinciis nulli gravis cunctis omnibus adeo ut usque
ad nostram etatem in senatu non aliter principibus acclametur felicior augu
sto melior sis traiano. Sic itaque memorie eius delatum est. et opi
nio bonitatis eius. in tantum prevaluit. ut amicis laudantibus. vel
assentantibus occasionem magnificentissimi prestet exempli. Recte
laudatur in iulio. animi magnitudo invicti. et efficacia operis. cum illius
mens. et manus. ad fere impossibilia sibi suffecerunt. Tantus in
armata milicia fuit. non modo galli britonesque. primum ab eo subacti
sed tota civilis belli fortuna et cesaris dominus se protestatur. In litteris
tocius studio. tantus erat. ut quaternas simul dictaret epistolas. Cuius in
iuris civilis pericia fuit ut etiam romanorum indicarent leges. Potentes
ingenii vires quam ingit in philozophia exercuit. predicat et extollit vel
sola inventio bisexti. Ex autem omnibus mirabilius est quod singulis
et negotiis. simul operam dabat. et in singulis que agrediebatur
tantus erat ut eis solis vacare crederetur. Simul tantus erat singulorum
et omnium laudes nostri augusti totus orbis concelebrat. et titum amo
rem humani generis. suas scilicet delicias iocunda memoria veneratur. Ego
his omnibus traianum preferre non dubito quem in solius virtutis
cultu regum constituit maiestatem. Ethicus in pocta. qui recte fecerit
regem arbitratur. Tale est illud quod sub nomine theodosii papiit clandi
anus. Tu licet extremos. late dominere per indos te medus. te mol
lis arabs te serus adorent. si metuis. si prava cupis si duceris
ira simul patiere iugum tolerabis iniquas interius leges. Tunc
omnia iure tenebis cum poteris rex esse tui. Proclivior usus in pecio
ra datur suadetque licencia luxum illecebris quod effrena favet. Tunc
vive caste assuens. cum prompta venus. cum durius ire consuleris. cum

pena patet secundum conscientie motus. Nec tibi quid liceat sed quid fecisse de-
cebit occurrat menteque domet respectus honesti. ¶ Ut vero in laude
Traiani fatigemur ad quiescant qui alios ei preferendos opinantur virtu-
tes eius legitur commendasse sanctissimus papa Gregorius et fusis pro eo
lacrimis inferorum compescuisse incendia. domino revelante iuma
ubert iusticiam quam vidue flenti exhibuerit Traianus. Cum enim ine-
moratus imperator iam equum ascendisset ad bellum profecturus. vidua
apprehenso pede illius miserabiliter lugens sibi iusticiam fieri petiit de his
qui filium eius optimum et innocentissimum iuvenem iniuste occide-
runt. Tu inquit auguste imperas. et ego tam atrocem iniuriam
patior. Ego inquit imperator satisfaciam tibi cum rediero. Quid inquit
illa. si non redieris. Successor meus Traianus ait satisfaciet tibi.
Et illa Quid tibi proderit si alius benefecerit. Tu mihi debitor es secundum
opera tua mercedem recepturus. Fraus utique est nolle reddere quod debetur.
Successor tuus iniuriam patientibus pro se tenebitur. Te non liberabit
iusticia aliena. Bene agetur cum successore tuo si liberaverit se ipsum.
His verbis motus imperator descendit de equo et causam presencialiter
examinavit et condigna satisfactione viduam consolatus est. ¶ Fer-
tur autem beatissimus papa tam diu pro eo fudisse lacrimas donec ei
revelatione impetratum sit Traianum a penis inferni liberatum. sub ea
tamen condicione ne ulterius pro aliquo infideli deum sollicitaret pro functis.
Unde merito prefertur aliis. cuius virtus precatis. ita sibi placuit
ne eorum meritis solus sit liberatus. Et hec quidem de capite rei publice
dicta sunt. De his qui in re publica obtinent locum cordis et quod iniqui accedi-
sunt a consiliis potestatum et de timore dei et sapiencia
et philosophia. Capitulum.

Cordis
locum auctore Plutarcho senatus obtinet.
Senatus vero sicut maioribus placuit officii nomen est. et habet
etatis notam. Quod quidem sic dicitur a senectute. Cum vero Athenienses
Ariopagum dicebant eo quod in illis totius populi virtus consisteret.
Et cum ab eis solaria plurima inventa sint. nichil salubrius
nichil gloriosius institutum est quam senatus. Quid nobilius est cetu
senum qui civili a vulgaribus officiis ad consilii et regiminis of-
ficium transierunt. et in marcido corpore operunt mentis vires. eo
sapiencie magis apti negociis. quo in operacionibus corporis minus
possunt. ¶ Eorum utique tantus honor extitit apud Grecos ut
duces imperium precedent. nichil egregium agetur quod senes insti-
tuti non induxerint aut approbaverint. et quod magis est. ab inicio
urbis condite nomina eorum aureis litteris scripta sunt. Iudeique patres
conscripti ab omnibus appellari qui alios sapiencia etate et affectu patri-

tio precedebant · preces istos consiliorum ciuitatis auctoritatis et omni publice
gerendorum Ceterum licet ab etate · nominis videatur esse origo · hunc ergo arbi
trior · certum corporis esse quam mentis sapiam · in qua omnium officiorum consis
tit distribucio et direccio tocius vite · Ars namque recte viuendi · ut stoi
cis placet ars artium est · Nullam vero esse artem maximarum rerum cum
in minimis quoque artem esse nullus ignoret · opinio est hominum · parum con
siderate loquencium · et in maioribus rebus errancium · omnia magis pro libito
statuencium · quam veritate Est autem ut antiquis philosophis placet
sapiencia · rerum diuinarum et humanarum peritia · et gerendorum omittendorumque
scientia · Hinc vero inscripto philosophari est · eo quod philosophia sit
studium sapiencie · Ut ergo antiquis placuit ad hostium sapiencie philoso
phia pulsat · et cum ei apertum fuerit · anima verum luce dilatatur illus
trata · nomen philosophie euanescit · aut sicut perspicacioribus visum est
voluntatis appetitus impletur · cum flos studii vergit in fructum Na
phie finis sapiencia est Questio quo nam pacto iam versamur in
fine illius cuius nondum agnouimus quod in rebus omnibus potissima
pars esse censetur Uerumptamen qui finem nouit inicium ignorare non
potest · cum radix initii · multiplices virtutis crescentes · usque ad co
ronam finis · fructus quoque dulcedine · amaritates sue pertranseat Ecce
inquit beatus Job timor domini ipsa est sapiencia · et recedere a malo intelli
gencia Aliam vero radicem sapiencie · inicium nunc uis · cum in eo consen
tiant omnes · quod inicium sapiencie timor domini Timor ergo inicium
et in timore processus est et omnium virtutum culmen · sine illud caritate
siue sapienciam dicas · non usque quaque alienum est a timore · A filiali ser
uilem deinde inchoat inicium · in illo sapiencie consistit profectum · et ex
inde perfeccionem Quocumque modo se inquis verborum extollat · verum est
quia sapiencia initiatur in timore · et quod sanctus timor domini producet
in seculum seculi Habet itaque radix · et crescentis gracie inualescens in
ramos virtutum proficit et ius eius ad fructum perfecte caritatis usque
pertingit · que penarum nescit aculeos · cum non sit metus in caritate
quam penam habet · et sit timoris inditium quod bona opera iugiter faciat · et
iusticie continens causam apprehendet Perfectus ergo videtur cedere
dum caritas proficit ad virtutem quia iam non timet seruiliter · qui
filiali affectu ad reuerenciam · et bona opera incitatur Semper inquit beatus
Job quasi tumentes fluctus super me timui deum · et pondus eius ferre
non potui Utique se non quando quod dicat timuisse · sed semper et cum
perfectum esse non dubitas tam ipsius domini testimonio vir simul
non erat in terra · Nec enim metu penarum caritate deducta credibile
est animalis temperasse · que imperfectione iusticie fuisse non ambigis

confirmatum. Nam in commendatione timoris supra processit. et volumus uno
verbo dicere quid sit timor. Sed utinam consistat in corde cuius appellatio
totiens versatur in ore. Si enim ille mentem tetigerit. lingua efficatius
et sibi salubrius disputabit. Nam in ore frustra volvuntur verba si vir
tutis desistunt opera. Est autem timor dei sicut beatissimus papa Grego nota
rius asserit nichil eorum que agenda sunt pretermittere. Hoc unusquisque pret
mittitur quod nec opere nec voluntate impletur. Quantumque enim vis. et
non potes. factum deus reputat. eo quod voluntas plena. totius operis
mercedem consequitur. Certum est autem. quia qui deum timet nichil
negligit et bona facit. Qui vero diligenter omnia investigat. et cog
nitis rebus. que sunt agenda consequitur. procul dubio sapiens est. et
aptissimus consiliis principum. Ubi tanta morum gravitas inno
tuerit. etatem corporis frustra quisquis consulitur. Hic est enim se
nex quem pro eligendum consiliis. sapientie monita docent. Aut enim
senectus venerabilis est non diuturna neque numero annorum computata.
Cana sunt enim sensus hominis et etas senectutis vita
immaculata. Beatus plane. qui hanc apprehendit etatem ut demum certa
requiem intra conscientie sue testimonio gaudeat. Sed dicas forte quis
est hic et laudabimus eum. Utique eum ego arbitror competentem dandis
consiliis. qui si peccatum non fecerit. sed quem peccare non iuvat. qui
peccatum oderit virtute gaudeat. et cum magno desiderio concupiscat
hominem scilicet bone voluntatis. Sed nec istud ad inquirendum restandum
est benignori patimur ut dicitur numerandi qui non sumptus sed aliorum talla
tione innocens videatur. Quis enim gloriabitur se usque quaque castum
habere cor. cum et astra munda non sint in conspectu illius. qui in ange
lis suis reperit pravitatem. Nunquam ergo attendi potest superbi et avari
et omnis huiusmodi pestis hominum. Nichil enim pretiosius est. nunquam
divitiis consiliario. Omni inquit custodia. serva cor tuum. quia ex ipso vita
procedit. Est itaque providendum potestati. ne consiliarii eius indigeat
ne aliqua aliena immoderatius concupiscant. Quod etiam ad eos us
que protenditur. qui in corpore vel publice intiorum abtinent vitem
quos questores et quinquaginta vicenes et rerum privatarum comites esse
perdiximus. Hec enim omnia ad satietatem resistienda sunt. et hanc
ex necessitate et usu certa ratione personarum oportet impleri. Si enim
resistiant avidius. et nimis. digerunt generant morbos. aut in
curabiles aut difficiles. Impossibile siquidem est quemquam iustitiam et pe
cuniam sequi. Aut enim unum istorum quolibet adherebit. et alterum contemp
net aut torquebitur altero. meliores ex peris. Avaro namque teste sa
pientia nichil scelestius est et nichil iniquius quam amare pecuniam

Hac enim animam suam venalem habet et in vita sua proiecit intima
sua. Et forte ideo crates pectoris, costasque soliditate et opertione cu-
tis clausit natura diligentissima, paucis circumpositis intestinis
qua ad usus omnium expositiora violentiae fierent tutiora. et eis quod necesse
est ministrat nec umquam sine salutis sue dispendio cotidianis exponit.
Oportet autem in re publica hanc naturae opificis servari imaginem
et his necessariorum copiam de publico ministrari. De lateribus potentatum quorum.
10 Sed et in lateribus necessitas explenda est, malitia reprimenda.
Hii sunt scilicet qui principibus debent assistere. Hic naturae formu-
la servanda est. Constat enim quia a convictu mores formantur. Qui ta-
git picem inquinatur ab ea, et macula contacta bonos mores ducit ab una. Nec
domini illorum iustitiam esse credas aut veritatem aut pietatem apud istos;
vides omnia esse venalia. Ipsis ipse conclusus est. et si pulsat ad hos-
tium non aperitur ei; fugiunt et fugant eum, qui omnia ad pretium
et gratis faciunt nihil. Si preces porrigende sunt, si causa condem-
nanda, si executioni mandanda sententia, si conficienda cautio, om-
nia nummus agit. Veritas rara est. Pietas manca. Dum quantum quisque
sua nummorum servat in archa tantum habet et fidei. Contempnitur ful-
mina pauper credit atque deos dis ignoscentibus ipsis. Tam corrup-
tior moribus et corrumpentior muneribus apud istos beatior est.
Si principum manus evaseris, grandis tibi restat una cauta et ar-
dua antequam tortores extremos effugias. sudandum est tibi. Certe
instrumenta tua confiat cossus. si enim salutare licuerit, pro magno
reputa. Si cedulam non attuleris, frustra accedes. Si autem attuleris,
inutilis est nec acquiescet ut manus nobilis vicio membrane de-
generet. Aliud multa. Quam necesse est comparare; tum nec cera, nec
calamus aut cepiole, aut ingere colligendus sumptus tibi constet in
emptis. Hos et ipsas sillabas et apices nisi eum tibi propicium feceris
sic distorquebunt tot tibi verborum ponet tendiculas, ut propter bella
prorumpere litigium amici instrumento videatur inscribere. Si tugu-
lum forte tibi nec iustius fuit, si nitidorum apicibus, si quid in minuta
suppellectili decentius, velut eius gemma, nisi tibi prius velis aperiri
et impensam. aut enim preliis extorquebuntur aut eius liberalitate
prevenies. Tandem pellicium qualecumque sit apportabit amicus in
memoriam tui. Iam accessu digrederis set tibi ignis purgatorius
imminet. Opus est urgento. que multa sollicitabis instancia et
magno artificio gestus, precium et numerum ut te clauso labello re-
spiciat. Tunc de singulis verbis in consilium itur; deliberationi prescri-
bitur tempus, et numerum apices singuli ponuntur in statera. Nisi enim
prevalueris, occurret tibi non fideliter vel gesta concepta series aut
stilus incultus aberit, aut a publica forma notarii vel formariis di-

iterus benignitas. aut negligentia iuris et aliquis semper nodus.
pecunia nudiore indigebit. Ut vero minimum ledat. longa expec-
tacione torquebere dum differtur quod negari non potest. Expec-
to credere in manus eorum milies incidi. et ut aliquid de fabulis inn-
tuentium ponatur inmitis tamen qui nemo peperat unquam istis longe cle-
mentior est. Stipe siquidem ut tirente solet esse contentus. At isti asses
integros sibi multiplicari iubent. Sed quid est quod apud curiales om-
nia queror esse venalia. cum ea etiam que non sunt rerum scilicet privationes
venalicio constat esse obnoxias. Non opus non sermo gratuitus est.
non tacetur nisi ad precium. Silentium namque res venalis est. Hoc
forte a Demostene acceperunt qui cum Aristodemum actorem fabularum
interrogasset quantum mercedis ut ageret accepisset. et respondetur ei
talentum. at ego inquit Demostenes. plus accepi ut tacerem. Consi-
eorum siquidem est lingua dampnificat. nisi eam ut dici solet funibus ar-
genteis vinciat. Nec minimum nisi forte potentissimus sit proficit illa-
queare muneribus. quia inquis nimis tibi cambiatur gratia. aliorum invi-
dia cambiatur. Sibi namque preceptum arbitratur. quod aliis erogatur.
Hoc autem maximum pertinet ad minimos qui nisi mulceant obsequiis
et reficiant muneribus. sibi fieri iniuriam suspicantur. Maxima quoque
domus suis est plena supplicibus. et eadem cupidis plena est et avaris.
Ille tamen preciosius nitent. michi cum curie nugatores. qui sub pre-
textu honestatis. et liberalitatis. miserie sue solent in ceteras colorare
qui mediocres incedunt. qui splendidius epulantur. qui propriam ad mensam
sepius extraneos compellunt accedere humaniores domini. foris benig-
ni munifici. et omnium virtutum imitacione preclari. Ut enim ait ethicus
totius iniusticie nulla res capitalior. quam eorum qui cum maxime
decipiunt id agunt ut boni viri esse videantur. Hiis utique et virtutis
umbra licentia facit et unde nisi oportuerit propriam veniam gloriam
assecuntur. Possunt impune plurima extorquere qui parvo non possunt
primis non dignantur esse contenti. Notum quidem est et generale prover-
bium quia sinet etiam qui parvo nesciat uti. Ne tamen tum hiis
me bellum inexhorabile gerere putes. munera curiales licenter
accipiant. dum non extorqueant impudenter. Pudor autem aliquis
simulatus ad actiones venitur. Verbum inquit verecundum supplici ac
submissa voce dicendum. rogo nec gratis tulit qui cum rogaret
accepit. Vis enim emit qui rogat. Ad rei namque vel speciei precium
verecundiam vendidit. Minus ergo iuste reprehensionis non habet
notam quod devotio liberalitatis obtulit non importunitas deprecantis ex-
torsit. Ita tamen ut impiorum iniquorum munia non accipiet cum inigri nota

hominis sit nobis non foret beneficium. et impune presumimus iustificare
iustificante deo dicente domino sit inimicum. Utique beneficium accipere est vendere
libertatem et dedecus est servos esse qui debent aliis imperare. Verumptamen
et cause iuris habenda est et persone. ut nec a turpi. nec turpiter accipi-
atur quod colore et tempore et modo latius oportet inquirere. ¶ Nam ple-
rumque et animum plerorumque a causa a tempore interdum a loco vel modo
splendent munera et sordescunt. At in publicis curialium. eo usque inno-
tuit. ut de testimonio conscientie. de venustate morum. de odore
opinionis de sinceritate cause. de torrente eloquentie nisi precio inter-
veniente. quis frustra confidat. Ipse licet venias musis comitatus
Homere. si nichil attuleris ibis Homere foras. ¶ Non modo leones et ti-
grides eloquentie beneficio lenisse dictus est orpheus. sed apud ipsum
ditem. vox dulcior placavit (?) tamenque tricipitem exoravit canem famo-
rabilior ut ad iussam semel euridicem. contra morem inferorum licet
educere. Tu vero licet orpheus sis. aut arion vel ille qui solo testudinis
sono saxa ut dicitur emolliunt. nichil apud curiales efficies. nisi pertubera
corum corda. aureo. vel argenteo malleo. vanitatis vel cupiditatis tin-
tude emollias. Inclementiam cerberi omnes abhorrent. ego me credo
vidisse ostiarios cerberis duriores. apud inferos tamen cerberus unus
est. Quot sunt domicilia curialium tot cerberi sunt. ¶ At cuius quo
quod cerberos sustinebis totamque familiam que semper aut mordet aut
latrat. Omnis vero quotquot sunt in curia medicos audierunt dictos
dum dolet accipere factum etiam. si sibi quod prodire crediderint. ut dole-
at quod sanum est. In curia tamen pessimos esse mirabiliter. qui querelas
libenter audiunt fovent criminorum causas. et eo usque patrocinantur
afflictis dum exhauriant loculos plenorum. Nam quomodocumque cau-
sa procedat. hoc semper agitur. ut loculi impleantur. et si avaricia neque-
at satiari. Quisquis in istorum manus si penitens inciderit opinor
hec tormenta ei sufficere posse ad veniam. Nichil adeo grave est quod hiis
comparari non possit. ¶ Quid enim miserius est. quam supplicis assidere
liminibus. pro ingrediendi tollerare fastum. et contemptibilem tal-
tam contemptu. perferre molestias concussorum. et ab indigentibus quemvis
indigna perferre. ¶ Socrates cum cum alcipiades interrogaret quare
xantippem uxorem admodum morosam iurgiosam et que die noc-
tu quod muliebribus scatebat molestiis domo non abigeret inquit. In
talem domum perfectior insuesco et consuetior. ut cetero quod foris petulan-
tiam. et iniuriam facilius feram. Veteri celebratur proverbio quia va-
cue manus temeraria petitio est et profecto importunus pre-
cator est qui dandas res ad verba confidit. Utrobique enim f. apud
curiales et medicos obtinet. preciosis vero montanis utimur herbis
(?)starius rebus pigmentis et speciebus. Inter alios tamen benigniores

sunt qui nimium possunt licet fere omnes principi sint admovendi. quod tamen
mus longe facilius est quam prodesse. Extruant ergo nundinas suas lo
culos alienos exhauriant. farciant suos. possideant quantum appetunt
montibus auri congerunt. nec ament tales aliquem. nec amentur ab ullo
sint admirationi ignotis. dum domesticis sint odio uel contemptui. Ta
le aliquid nunc ex romanorum scriptis innuimus. Cum publius civibus
communis. aut si alio vocatus dicitur nomine argueretur ab amicis. quod uxorem
formosam castam et nobilem repudiasset. Videte et hic soccus quem cer
nitis novus elegans. et inspectoribus omnibus placens est. sed nemo
scit preter me solum. ubi me premat. Et legitur in libro numerorum. quod
cum madianitis fornicatus israel. indignationem domini provocavit donec
phinees zambri filium salu. cum scorto madianitide. coeuntes ense trans
verberavit. et mox casu nocentium quievit ira dei factus est ergo ser
mo domini ad moysen dicens. Tolle cunctos principes populi. et suspende
eos contra solem in patibulis peccavit quidem populus et fornicatus
principum non comprimitur rapi tamen precipiuntur principes ad patibu
lum. et in pena eorum quies delinquenti populo reparatur eo quod conniventie neglige
ntia presidentium sepissime proveniunt excessus subditorum. Confert itaque
potestatis istorum cohibere maliciam. et eisdem de publico provide
ut omnis grassandi occasio subtrahitur. Quod et in iure roma
no antiquitus cautum est. Alioquin auctor videbitur maleficii. qui
pretermisso officio emendare contempnit. Et hiis enim flagellis ho
minum nocentium quam tortoribus. quo prelatior et potentior. eo
plenior. et perniciosior cura est frequens et enim est ut cura reci
piat ut faciat meliores. apud quos invalescit audacia delinquendi
cum confamiliaritate potentum maius indulgetur. Sed et de ante ac
ta vita cunctisque frustra presumunt cum inter curiales non possit
innocentia retineri. Nemo est enim cui virtute non competant
curialium nuge. Nemo est tantus. quin tam solidus. corrumpi non
possit. Optimus est. qui resistit diucius qui validius qui tar
dius rumpitur minus. Iam ut sit virtus incolumis. attemptanda via
dimittendum est. Proinde quisquis hoc experit. et prudenter circum
naturam compressit. Exeat aulam qui vult esse pius unde elega
ter fons salmacis infamia mollicie insignis eidem comparatur.
Ut enim in fabulis est unda illius aspectu decora est gustu dul
cius suavis tactu. et omnium sensuum usui gratissima. sed tanta mol
licie ingredientes enervat ut viris effeminatis. non honore ad nat
sexum. nec ante quispiam egreditur. quam stupeat et doleat se mu
tatum esse in feminam aut enim cedens unus sexus infectio
nem degenerat aut veteris dignitatis. aliquo manente vestigio

hermafroditum induit. qui quondam delinquentis nature ludibrio sic ut
usque sexum ostentat ymaginem ut neutrius retineat veritatem. Hac autem
poetici nube figmenti in gallum reputatur ymago. que viros obiectu
virtute emolliunt. aut ymaginem veternam putant. Qui curialium inep
cias induit. et philosophi vel boni viri officium pollicetur. hermafro
ditus est. qui duro vultu. et hispido. muliebri deturpat venustate
et virum muliebribus polluit et infestat. Res siquidem monstruosa
est philosophus curialis. et dum utrumque esse affectat neutrum est. eo quod cu
ria philosophiam excludit. et ineptias curiales philosophus usquequaque non reci
pit. Non tamen ad omnem curiam comparatio transit. sed ad illam dum
taxat. que insipientis distemperatur arbitrio. Cum enim sapiens
est. nugas abigit tam pars quam domini. et virum fallens subiit vitio
ni. Ut enim ait sapientia. que communicatio sancto homini ad canem. aut
luci ad tenebras. Omne animal diligit simile sibi. et omnis homo
proximum sibi. Omnis caro ad similem sibi coniungitur. et omnis homo
sociabitur similis sibi. Si lupus agno aliquando communicavit sic peccator
iusto. De oculis auribus et lingua potestatum et de officio presi
dis. et quod iudicem oportet habere iuris et equi noticiam. et vo
luntate boni et potestatem exequendi et quod iuramento debet esse
legibus alligatus. et a sordibus munerum alienus. Capitulum Sequitur

11 Sequitur oculorum aurium et lingue collacio quam in presidibus pro
vinciarum consistere supius dictum est. preses igitur est qui in
iure reddendo provincialibus presidet. Hic autem equi et iniqui debet
habere noticiam. et facultatem. et animum eius quod iustum est exequendi. Ita
sicut medico eventus mortalitatis imputari non debet. ita si quid
triste preter proprium eius contigerit. ei minime imputatur. Quod si novit
et non vult. non eo ignorantia. sed eo malicia condempnatur. Finis siquidem
utriusque dampnatio est. licet ignari minus puniatur. nisi forte
ignorantia negligentia procuravit. Nam si ignorantia invincibilis est
non affert mortem. sed animatis tenebris excusatur. Si vero scit et
vult equitati servire nec potest. non tamen presidis est culpa quam
principis. Sed ad religionem iudicis hec eadem pertinere. certissimum est.
cum ipsum iuris oporteat habere noticiam voluntatem boni vires exe
quendi. et sacramento debeat esse legibus obligatus ut sibi omnis
illicitum noverit. ab earum sanctitate divertere. Nam de sapientia eius sa
pientia docet. Iudex inquit sapiens. iudicabit populum suum et princi
patus sensati stabilis erit. Secundum iudicem populi sic et ministri eius
et qualis rector est civitatis. tales et inhabitantes in ea. Sed et vires
necessarias esse non tacuit dicens. Noli querere iudex fieri. nisi valeas vir
tute irrumpere iniquitates. ne forte extimescas faciem potentis. et

ponas scandalum malignitate tua ¶ Nam peccabis in multitudine ciui-
tatis. nec te immittas in populum. neque alliges duplicia peccata nec enim
in uno eris immunis. Noli esse pusillanimis. in anima tua exorare
et facere elemosinam non despicias. Ne dicas in multitudine munerum me-
orum respiciet deus et offerente me deo altissimo suscipiet munera
mea. Non irrideas hominem in amaritudine anime est enim qui humiliat
et exaltat circumspector deus. Ex hiis diligenti lectori occurrit. quod volun-
tas iudicis boni non minus iudici necessaria est. quam notitia uel potestas. cum
non modo desertus sed ex alienis delictis teneatur et duplici suorum et aliorum
puniatur onere. ut nec in multitudine munerum circa iudicia volun-
tatis sit ei fiducia ante deum. Unde et plato egregie quidem et luculent-
er si tuto audiatur eos. qui de rei publice gerendo magistratu contendunt
ita inter se comparari asserit ut si naute sub aduersa tempestate decertent quis
eorum debeat potissimum gubernare ¶ Quo fortune calculo aut nullus a-
rtius idemque temerarius est. qui sine arte et uiribus uendicat ma-
gistratum. et in eo quidem tempore nichil miserabilius uidi. quam iudi-
ces preter legis ignaros. bone uoluntatis inanes. quos conuincit
amor munerum. et retributionum. id miror quod sunt in obsequio aua-
ricie. iactancie. aut carnis et sanguinis potentes et auctoritate
sacramenti legittimi absolutos ¶ Ex quo planum est principes qui
eis ordinariam iurisdictionem contulerunt iuris esse ignaros. uel
contemptores. Sed quicquid de pecunia iurisdictionis dicamus aut de uiribus
exequendi. iudicem oportet esse religiosum. et qui omne iniquum
morte ipsa magis oderit. Quia ergo presides ordinariam habent
iuris dicendi potestatem. ipsorum et iudicum aliorum una est speculacio et
quod de hiis dicitur. facile ad alios consequentiam trahitur. Est itaque primum
quod conditate officii utriusque iudicantur. ut iusticie in omnibus pareatur
et nichil eorum que facienda sunt fiat ad precium. Nam quod iniustum
est. ipsis quamque non licet ut nec pro temporali uita fieri liceat. Quod uero
iustum est mercedis incentiuo non indiget. cum per se fieri debeat. et
iniquum sit uendere quod debetur. Iusticiam ergo uendere iniquitas
est. Qui iusticiam iniqua insania ¶ Hec siquidem ubique reprobata est. ut
iniquum esse debeat illa ubique debita est ut sine scelere uendi non pos-
sit. Neque enim balaam ex eo culpatur. quod populi dei causam dampnauerat
aliud ne dixerit quam quod deus inspirabat. Sed quia auaritia excitatus
infidelium causam instruens. quomodo ad prouocandam iram dei delinque-
ret israel. dictante malicia procurauit. Vincebat ergo quando iuste iusti-
ciam fauet causam impii. et quia illuso deo gratiam eius subtraheret electis

nota



Aut si ad ipsa iustificari non possit causam, hoc saltem agebat ut et ab
ipsa recederet deus. Conspiquantibus namque iniquis unicuique ut dicitur consue
uit qui muneribus superior est. Baiularitas iudicas plurimos. qui licet mi
nime noluerunt fere singuli corrupti tamen muneribus iusticiam plus minus
in alterum quamvis arte differre molliunt. Non facile dixerim. Utrum sit
nequius licet venditor equitatis maliciam suam fallacioris coloret. Potest
tamen videri nequior. qui officii sui preceptum. et regina cui fides famu
latur quam meretricem in foro distrahit. at si servus infidelis dominum vendat
Dominus et enim magistratus iusticie famulus est. Constat autem quia
equitas alienatur a venditore. licet ad emptorem non transeat. et quippe
ta iniquitas. sic ad emptorem transit ut nequaquam a venditore recedat
Et quia in aliis contractibus non reperitur solus ille iusticiam vendit. qui
non habet si quid ante incertum relinquit sordidum venditorem. Nonne
sordidus est. qui ad acceptas vel oblatas sordes conscienciam polluit et no
tam iusticiam venalem habet quam animam suam. Doctor gentium divici
as honores. et totius mundi variam supellectilem. contempsit ut sterco
ra. ut solum lucrifaciat Christum. Vitus omnia. que dispendium salutis af
ferunt sordibus aggreganda. Recte quidem et fideliter. eo quod nichil mundum
nichil honestum. nichil decorum salute impendit. sed sola turpitudo. que
sicut dedecet. sic et immunda est. et certe inutilis. adeo dampnosa. ut
nota nullo temporali emolumento valeat compensari. Quid enim prodest homini
si universum mundum lucretur. faciens detrimentum anime sue. Et inde quia
non dixit mundum inutilem. ubi salus perditur. sed etiam ubi minuitur gloria. Cun
tum ius rutilent gemme auro splendeat et omnibus bonis cunctis suis
arrideat mundus. quicquid munditiam hominis premit. sordidum est. decto
rem anime contingit. turpe quia honestatem subvertit ignominiosum
est. Unde et apud antiquos etiam salutifere veritatis ignaros. omne
quod indebito officii gratuitum esse oportet. si fiat ad precium. in sordi
bus computatur. Ipsius quoque periti sic dilatant interpretacionem. ut non
modo petitionem. precium ne contineat sed obsequium. omneque operam quate
nus alias non debetur. Et cum consordibus est. quid erit nisi sordi
dum. Non enim potest arbor mala fructus bonos facere. cum in eo ius
nature consistat. ut similia consimilibus procreentur. Ceterum quam pre
sidum. et aliorum iudicium continens esse inspectam prudentissime equitatis
et publice comoditatis ministri sunt quos tanto suspectiores cau
tiores oportet esse magis quam palliatos quo illius vestiant examini tanquam
prudentia. circumveniri non potest aut iusticia corrumpi illo abtinente ut
impio iudicio iudicantes iudicentur. et mensuram bonam et confertam. et
coagitatam. et supereffluentem. in sinum suos a iudice iusto recipiant

De sacramento iudicum et collatione Pitagore et Alexandri. et in quibus rebus grauium periculis possit fieri iudex et de questionibus captiosis Cap.

Et quidem iudices sacramento legibus alligantur iurati. quia omni 12
modo iudicium. cum veritate. et legum observatione disponent. Porro
quoque iure cautum est. ut sacrorum euangeliorum scripture terribiles. ante
sedem iudicialem deponantur. Ibique ab initio litium ad finem usque perma-
neant nec amoveantur. nisi sententia recitata. quo totius consistorij
latitudo. dei ipsius presentia repleta presentia. omnibus ad sacrosanctas scripturas
metum incutiat. et reverentiam. et ab inquisitione iniuste omnis iniquitas
propulsetur. Omnes quoque carnis et sanguinis religio iudiciaria pro-
pellit affectus evacuans iram. et odium metum. et amiciciam. quia
ut ait Iulius cesar. haut facile animus verum providet. ubi ista offi-
ciunt. Hinc est illud proverbium auctore Cicerone. apud antiquos celeber-
rimum. Exuit personam iudicis quisquis personam amici induit. E-
quitas enim. cui iudicis obsequium debet. ad sinistram aut amor ad
dexteram. nec per spem amicitie non licet in iudicijs declinare. Ut non
plurimum indulgeatur amicitie amico interdum dilationis gratiam faciet
hoc ipsum tamen raro et non nisi causa cognita. Porro dum causa
anceps est. dilatio protelatur si non contentionis saltem decisionis. Ita
iudicia festinata penitentiam pariunt. Unde et greci cum urgerent
ad sententiam antequam de causa liqueat. Videntur patres suos solem
apud antipodas non vidisse sed expectasse semper donec et ipsis ori-
retur. Dicunt etiam patrum suorum esse imitatorem qui antequam luci-
fer oriatur transsit adhuc tenebris. luce quoque remota dictam ag-
greditur. Sed nec iudicem auctoritas terreat litigatorum. cum Pitta-
gore in longissimum tempus sit dilata petitio. et Alexandri Mace-
donis in castrensi in domo iudicio sit causa dampnata. Nec et ille
acceptum habuit iudicibus agens gratias. quorum in eo fidem probabat
quam iusticiam omnipotentatum preferebant. Nichil nostro preclarius de A-
lexandro illo. quem publica opinio magnum asserit in aliqua hystoria
in eo iudicio reperi. Nichil quidem ut cum pace eorum loquar qui temeri-
tate virtuti preferunt. ditissimo Alexandro pauper Pithagoras maior
erit. Nec ut arbitror invideas collatione Philippi et Alexandri. Ego Pom-
peio vel Iustino compendiario eius si mavis auctore renovabo. Fuit
ergo inquit Philippus rex armorum quam conviviorum studiosior. cui maxi-
me opes erant instrumenta bellorum divitiarum questus. quam custodia
sollertior. Itaque inter cottidianas rapinas semper inops erat misericor-
dia in eo. et perfidia pari iure dilecte. Apud eum nulla ratio vincendi

turpis blandus pariter et insidiosus alloquio qui plura promitteret
quam prestaret. In seria et iocos artifex. amicitias utilitate non fide
colebat. Gratiam fingere in odio instruere inter concordantes odia apud
utrosque gratiam querere sollempnis illi consuetudo. Inter hec eloquen-
tia et insignis oracio acuminis et sollercie plena ut nec ornatui
facilitas nec facilitati inventionum deesset ornatus. ¶ Huic Alexan-
der filius successit et virtute et viciis patre maior. Itaque vincendi ra-
tio utrique diversa. Hic aperta ille artibus bella tractabat. Deceptis ille
gaudere hostibus hic palam fusis. Prudencior ille consilio hic ani-
mo magnificencior. Iram pater dissimulare plerosque etiam vincere hic
ubi exarsisset nec dilatio ultionis nec modus erat. Vini nimis uterque
avidus sed ebrietatis diversa vicia. ¶ Patri mos erat etiam de convivio
in hostem procurrere se temere periculis offerre. Alexander non in hostem sed
in suos seviebat. quam ob rem sepe philippum vulneratum prelia remisere
hic in amicorum cenis frequenter excessit. Regnare ille cum amicis vo-
lebat hic in amicos regna exercebat. Amari pater malle. hic metui.
litterarum cultus utrique similis. Sollercie pater maioris hic fidei. Ver-
bis atque oratione philippus hic rebus moderacior. Parcendi victis
filio animus promptior et honestior. Frugalitati pater luxurie fi-
lius magis deditus erat. ¶ Quibus artibus orbis imperii fundamen-
ta pater iecit operis tanti gloriam filius consummavit. At in uno non mo-
do patris sed omnium ingenuorum transcendit vicia quod incontinentissime
fuit invidie. adeo ut etiam paterni triumphi ei lacrimas extorquerent
ac si ei virtutis patria omnium gerendorum preriperet gloriam. Eos eti-
am aut propriis manibus interficiebat aut rapi precipiebat ad penam
qui paterne virtutis preconia predicabat. ¶ At pithagoras. aput disci-
pulos tante potitus auctoritatis. ut ad omnium questionum decisionem suf-
ficeret. si ipse diceretur pithagoras potitisse. Tanto namque opinio
predicata potuerit ut nichil qualesceret ab opposito. dum hec ipse
dixisse diceretur. et consuetudinaria quesentium vox ipsa pronomine pitagoram
designabat. Cum enim simpliciter diceretur ipse hoc dixit excepta
auctoritate teste Tullio pitagoram intelligi oportebat. Hic tamen
tanta auctoritate sua auctori nequaquam iudicium flexit. Sed ad huc inve-
niente dilatione propter vocis ambiguitatem pendet sentencia. Thema
quod huiusmodi est. Evallus adolescens dives eloquencie discende gra-
tia causas quas orandi capiens fuit. hic in disciplina pitagore se dedit
promittens pecuniam quam tamen pitagoras pecierat data medietate ante
quam ingrederetur. daturus alteram cum primum die causam apud iudices
perorasset et vicisset. Postea tum diutius auditor assertor quod pithagore

fuisse facundiam quia promissis assiduis et discurso tempore longiori tam
pendentibus patrocinium denegaret ut putabatur nec doctoris impleret
mercedem sumpto consilio litem cum eo Pitagoras contestatur. Cum ergo
ad iudices in eum decernende cause tempore convenissent graviter Pithago
ras sic exorsus est. Disce inquit stultissime adolescens utroque id mo
do fore uti reddas quod peto sive pro te pronunciatum erit sive contra te. Nam si
contra te lis data erit merces mihi ex sententia debebitur quia ego
vicero. Sin autem pro te iudicatum erit merces mihi ex pacto debebitur
quia tu viceris. Ad ea placide Euathlus. Optime inquit huic tam an
cipiti captioni isse obviam si verba non ipse facerem atque alio patrono
uterer. Sed magis in ista victoria ad plaudendum est. cum te non in causa
tantum sed in argumento quoque isto vicero. Disce ergo tu magister sapientis
sime utroque modo fore uti non reddam quod petis sive contra me pro
nunciatum fuit sive pro me. Nam si iudices pro causa mea senserint nichil
tibi ex sententia debebitur et ego vicero. Si contra me pronunciatum fu
erit nichil tibi ex pacto debeo quia non vicero. Sic ab adolescente dis
cipulo magister eloquencie inclitus suo argumento confutatus est. et
captionis versute et excogitate frustratus fuit officio. Cum iudices
ut Antique verbis utar hystorie dubiosum hoc inexplicabile quod est
quod utrimque dicebatur rati ne sententia sua utramque in partem dicta
ipsa sese rescinderet rem iniudicatam reliquerunt causamque in diem
longissimum protelantes. Nec multum refert ad propositum Pitagoras
an Pitagoras sicut Quintiliano et Agellio placet litigaverit neque enim ius
est iniurie. Dum constet rem ambiguam sine temeritate diffiniri non
posse. Sunt autem multe captiose questiones que tractus et concu
dus dissuns. presertim in iudiciis differuntur quam accelerentur. Unde et
apud dyalecticos genus hoc tractus appellatur et agreas dicitur ubi quic
quid verum esse statueris falsum reperitur. Et si plerumque in hiis pro excepcio
nem doli mali possit res temperari et equitas que iuris medium que
at mitigare rigorem. nisi urgentissima rerum necessitas cogat in tali
bus sententiam expedit differre quam ferre. Ferre a precipicio dubitatio quia
in questionibus que habent positiones implicitas et que latent in volunt
contraria laboriosa solucio est. nisi forte te antiquo Nestore repu
tes cautiorem. Nec credas sompnus Agamenoni dictum est in pessimis
dum in exordio Troie gracia laboraret. Ennius quoque sompnum ut preta
tionem eorum censuerunt rectores sapientissimi reformandam. laborantes
vidi quam plurimos dum queritur an qui dicit ego mentior verum dicat
Sed neminem vidi qui Scillam vitaret et Caribdim nisi debilem aut ipsi

tum sustinuerit hostem. Sed in litigiosis disputationibus et declamationi-
bus scolasticis sine periculo ista versantur. Sed ubi ad forum ventum est in
quo inanis ostentatio ingenii conquiescit. et seria dumtaxat agi-
tantur sine periculo litigatorum aut iudicis in sententie calculo non erratur.
Licet est ut amor quietem utilius quam placitum differri. Sed quando vi-
tari non potest, nunquam tamen est iurgia protelari. Cum alterutrius
litigantium prolixitate utilitas et rei difficultas moram non contrahit.
Quantum igitur expediri potest accelerandum est. quod consultiore tractatu indi-
get differendum. **Quomodo iudicium debeat ordinari et de conceptione sacra-
menti calumpnie quod cum utilitate prestant actor et reus. et quid immi-
neat illi qui iuramentum subire detrectet. et de sacramento advocatorum
et pena calumpniatorum sive prevaricatorum aut contra tergiversantium.**

17 Ut nos vero veritas clarius illucescat litigatores ipsos per personas vel
procuratores non ante ad litem iudex admittit quam ei pre-
stito sacramento faciant fidem quod iusticie sue insistent. et calumpniam om-
nem faciunt procul. Actor quidem iurat non calumpniandi animo litem
movisse. sed existimando bonam habere causam. et nichil in tota lite faciet
calumpniose. ut nec probatio nec dilatio frustratoria exigatur sed id solum
quod iusticia videtur exigere. Reus autem iurabit quod putans se bona in
causa uti pervenit ad reluctandum. et quod in nullo toto litis articulo
calumpnio se versabitur. id solum a iudice vel adversario exigens. quod
pro veritate putat. cum utilitate iusticie exhibendum. Utrique vero iuramenti
sui extrema clausula hoc complectentur. ut iurent se nichil dedisse
vel per se vel per mediam personam sive iudicibus. sive aliis quibuscumque
personis pro ea causa exceptis hiis que advocatis et quibusdam aliis
certis personis. de nostra indulgentia prestari licet. Quod si actor sit in
iure recusans. exclusis exclusus a lite cadit ab actione tamquam
in ipsius litigator. Reus non detrectans subire iuramentum habetur pro
confesso et sententiam dampnationis expectat. Sed et ipsi patroni
causarum quo fidelior possit esse examinatio. ab ipsa contestatione
litis iuramento artantur adiutante. et fidem iurantes. quod cum vir-
tute sua. omnique opere. quod iustum et verum existimaverint clientibus
suis inferre procurabunt. nichil studii relinquentes quod eis possibi-
le est. et quod ex industria sua non protrahent lites. Nam eos oportet
audientibus infra biennium vel triennium terminare. Ipsos quoque advoca-
tos pari distributione partibus coequabit. sive eos petierint sive non
ut equo marte possit causa procedi. Hec autem paritas. et in virtu-
tis merito. et vivacitate ingenii consilii profunditate. et opinione
scientie et nominis auctoritate consistit. hec omnia si fieri potest ad
partes quadam equitatis lance librentur. Quod si unus preteris

est fama hylarior quos officio mediantis. prout potuit parti adversarie con
pensabit. Cum tamen alterius litigatoris causam susceperit non patro
cinabitur adversario. nisi forte causa quinetiam mutatis. separatim cum pluribus
alterius tractaverit. ut alteri parti defensionis copia subtrahatur. Licet est quod
a iudice non invitus sive compensatione probabili possit utrique parti patro
cinium denegari. nisi forte sibi preludi velit. ut postmodum in causis age
dis minime audiatur. Si non prevaricatus fuit advocatus non metu
oportet pro qualitate commissi penam gravissimam competere. Clientulis singulis
patrocinium fidelissime amplectendum est et sive adversariorum iniuria vero pro
bus namque non proberis contendendum est et quod edicto prohibemus patitur
opinionis dispendium. quisquis vero a delicto prave in adversarii sui
contumeliam aut palam pergit aut subdole. Sed licet patrono mercedes
licet ut certe pro his emolumentum cum quorum damp(no) litigatoris. et qua
dam desideratione pacificatur. Quicquid aut patronus allegavit pro te ducis
prude est habendum. at si professus ad omnia. nisi contineri i. infra pro
ximum triduum contradixit. licet aut patronum vici contigerit. in nullo
leditur fama. si nihil omisit quod contingentibus. et clientis sui instantiam
fideliter fovit. Non enim cogitur patrocinari mendacio. Sed quid vero
lesianus affert causa victigantes cadit. sive civiliter sive criminaliter
actum sit. hoc aut quantus sit sententia diffinitiva declarat que re
os condempnatos condempnat vel absolvit. et medium in apros actores con
sultissime arbitratus effundit aculeos. Nam ut de criminibus tractat
in quibus est eadem similiter invenire accusatorum temeritas tribus mo
dis detegitur tribus scilicet subicitur penis. Aut enim calumpniantur aut
prevaricantur aut tergiversantur. Est aut calumpniari crimina falsa intendere
prevaricari vero abscondere. aut in universum ab accusatione desistere ter
giversari est. Sed lege memmia calumpniantes ad vindictam posuit similitudo
tudo supplicii. ita tamen ut postquam reus absolutus fuit. tunc de ac
cusatoris consilio et mente constiterit. si iusto errore lapsus est ab
solvatur. Si non in evidenti calumpnia deprehensus est pena legitti
ma condempnatur. De crimine prevaricationis manifestatur ibo. Nam si
prevaricatus est non probasti precepit actori. Si non calumpniatus es. to
dempnavit eum et licet de pena infamie nihil subiecerit. tu potes
tas legis adversus eum contrahebitur adeo. ut nunc oritur in famam

Et in ipsa disquisitione consilii tam in civilibus. **De ra-**
quam in criminalibus causis ad examinandas probationes **tione instru-**
instrumentorum ratio habenda est. Et quidem instrumenta dicuntur omnia **mentorum**
quibus causa instrui potest sive sint testimonia sive testes. Hec tamen
illis potiora sunt. eo quod testes testimoniis preferuntur. Nam cum

testes examinari possint. testimonia semper et apud omnes eadem sint
In ipsa vero testium examinatione non potest ex aliqua regula diffiniri
quod magis iudicem sequi oporteat. Si enim testes omnes eiusdem
honestatis et estimationis sint. et negotii qualitas. ac iudicis motus
cum his concurrit. sequenda sunt omnia testimonia. ¶ Si vero quidam
eorum aliud dixerunt licet impari numero credendum est. quod nature negoti
convenit. quod inimicitie aut gratie suspicione caret. confirmabitque
iudex motum animi sui ex argumentis et testimoniis. que rei
aptiora et vero proximiora esse compererit. Non enim ad multitudinem
respici oportet. sed ad sinceram testium fidem et testimonia quibus
potius lux veritatis assistit. Ipsis quoque presumptionibus frequentissime
stabit. donec probetur contrarium. Nam et Salomon cum in litigio me-
retricum infantem dividi precepisset. et alteri cum mallet alteri vivum ce-
dere. ipsa tamen reclamante nec michi nec tibi sit sed dividatur. illi vi-
vum infantem restituendum censuit. que non adquievit ut vivus
moreretur. ¶ Argumento siquidem probabili trahebatur ut matrem crederet
que diligebat. cum opinionem eius aut fidem adversa probatio nequa-
quam enervaret. Unde et divus Adrianus rescripsit iudicantis dila-
tans in examinatione testium facultatem. Et verba quidem epistole sunt hec.
¶ Tu magis scire potes quanta fides habenda sit testibus qui cuius
dignitatis. et cuius estimationis sint. et qui simpliciter visi sunt di-
cere. Utrum unum eundemque sermonem meditatum attulerint an ad ea que
interrogaveras ex tempore verisimiliter responderint. Que argumenta. et
quemadmodum cuique rei probande sufficiant. nullo certo modo satis dif-
finiri potest. Alias numerus testium alias dignitas et auctoritas
alias veluti consentiens fama confirmat rei de qua queritur fidem.
Hoc igitur solum tibi rescribere possum summatim. non utique ad unam
speciem probationis cognitionem statim alligari debere. sed ex sententia
animi tui te estimare oportere. Quid aut credas aut parum probatum
tibi opinaris. Iudici ergo plurimum licet dum in omnibus sequatur veritatem
quam si ut solet apud improbos proditam cognoverit. ad confessionem
eius qui veri fuerit evocabit. et ad testimonium compellet invitos
his tamen exceptis quos adversus certas personas testificari iura non
cogunt. Que pertineant ad religionem proconsulum presidum et ordi-
nariorum iudicum et quatenus excommunicari liceat. et de Terrici-
ne Buardo. magistro Gaufrido Carnotensi. Sequitur Capitulum
17 Pertinet autem ad religionem presidis. providere ne potentiores
viri iniuriis afficiant humiliores ne defensores eorum calumpniosis
criminibus insectentur innocentes prohibebit. et illatas exactiones et violen-
tias factas. et extortas metu venditiones. et cautiones vel sine precii

animadversione. ne et ipse pro iniuria impendendis hospicijs honeretur deinque
ne quis iniquum lucrum vel dampnum percipiat providebit. Congruit enim bono
et gravi presidi curare ut pacata et quieta sit provincia. quod facile obtine
bit. si sollicite agat ut a malis hominibus provincia careat eosque conquirat
Nam et sacrilegos latrones fures. plagiarios. conquirere debet. et prout quisque
deliquerit in eum animadvertere. receptatores quoque eorum. sine quibus latro
diucius latere non potest. Animi vero ius reddenti observandum est. ut in adeun
do quidem facilem se prebeat sed contempni non paciatur. Unde mandatis
adicitur. ne presides in ulteriorem familiaritatem provinciales admittant. Nam
ex conversatione equali contemptio nascitur dignitatis. Et sanatum ita
ius reddi debet. ut auctoritatem dignitatis ingenio suo augeat. sed
et in cognoscendo. nec excandescere adversus eos. quos malos putat. nec
precibus calamitosorum. illacrimari oportet. Id enim non est constan
tis. et recti iudicis cuius motum animi vultus detegit. Quid enim in
iro grani deformius. quorum si ad animum gene pallent. cutis in rugas con nota
trahitur. scintillant oculi turbantur vultus. Aut si sanguinem facies in
attendit et quasi concludit in superficie spumancia torquentur labia bra
chia iactantur salivant pedes corpus trepidat. et toto gestu non tam
vultum concipiunt. quam in sanum ¶ Certe cum tales video compatior illis
magis quam metuo. memor hominum quos in Affrica esse in libro naturalis hy
storie apud plinium didici. Dicuntur enim effascinare voce et lingua
ut si impensius forte laudaverint. pulchrioras arbores. segetes ameni
ores. leciores infantes. equos egregios pecudes pastu. et cultu op
timas repente moriantur. aut pereant. Fascinatio quoque oculorum
contrariales est. Refert idem homines esse in illiricis qui interimant vi
dendo. quos diucius irati viderint. Eorumque ipsos mares feminasque
qui visu nocentes sunt pupillas in singulis oculis habere binas. Ap
pollonides quoque perhibet in scitia nasci feminas que bithie vocantur
et easdem in oculis binas habere pupillas. et perimere. si quem forte visu
irate aspexerint. Vereor ne hijs cognati sint iudices iracundi. Tradit
etiam Philarcus eos qui habeant oculos maculosos ad nequitiam
proniores. Que vero de presidibus alijs que iudicibus dicta sunt. debet
et apud proconsules quos nostrates vulgariter dicunt iusticias er
rantes obtinere ¶ Et nomen quidem erroris. si non officio. operibus
tamen eorum convenit qui euntes post concupiscencias suas inserviunt
avaricie. et depredacione popularium. a tramite equitatis aberrant
Debent autem officia omnium esse gratuita. ut nichil contra statutum sit
querens plebiscito continetur. Ne quis presidum munus donum reciperet.
nisi esculentum potulentumve. et id quod intra dies proximos pro
digatur. Sed et ad proconsules aliosque magistratus qui mandato prin

cipis iussit. Non uero in totum debent exeniis abstinere sed modum adhibere
Ut neque nec in totum abstineant · nec auare modum exeniorum excedant
dant. diuus seuerus · et imperator antoninus elegantissime sunt epistola
moderati · Cuius epistole uerba sunt hec. ¶ Quantum ad exenia pertinet au
di quod sentiamus. Uetus prouerbium est · nec omnia · nec semper nec ab
omnibus Valde Nam ualde inhumanum est · a nemine accipere · sed passim
vilissimum est · et per omnia · auarissimum Et autem mandatis continetur
ne donum uel munus preses · consul · uel qui in alio officio erit accipiat
emat ne quid nisi uictus cotidiani causa · quidem ad exenia iam non
pertinet · sed ad ea que edulium excedant usum Sed nec exenia producenda
sunt · ad munerum qualitatem Licet enim patrocinium iustum possit uendere
aduocatus · et peritus iuris · sanum consilium iudicium uendere omnino non
licet Cicero cum in palacio domum uellet emere · et pecuniam in presens
non haberet a Silla qui tunc reus erat mutuo sextercium uicies tacite
accepit Ea res prius quam emeretur prodita est · et in uulgus exiuit · ob
iectumque est ei quod pecuniam domus emende causa reo · accepisset Tunc
cicero inopinata exprobracione permotus · accepisse se negauit dicens
se domum non esse empturum Atque adeo falsum est inquit · quod obiicitis
ut uerum sit me pecuniam accepisse si domum emero ¶ Sed cum postea emis
set · et hoc mendacium in senatu ei ab inimicis obiceretur · risit satis at
que inter ridendum imprudentes · et tanti patrisfamilias esse · quod emere
uelit empturum sese negare propter competitores empcionis Hic itaque quod in
ficiari non potuit urbano facto quam diluit dicto · rem magis dignam fa
ciens risu · quam tunc familiare si quid habebat · ut quociens obiec
tum turpe negare non posset irrisione ioculari illud eluderet ¶ Am
plectende memorie · et imitande sanctitatis · summus pontifex eugenius · quod
uidisti · nullum omnino munus hominis litigantis recipiebat · aut cum lite
credebat in munere · Unde cum in aduentu suo prior quidam modice facul
tatis · cuius causam nondum audierat ei marcam auri deuocione mul
ta instancia offerret · nondum inquit domum ingressus es · et iam me
corrumpere uis Corruptionem namque uir sanctus credidit · quicquid offere
batur iudici lite pendente Bernardus quoque clareuallensis monachus
et sanctorum cosme et damiani · dyaconus cardinalis rome degens in
excelsis singulariter habitauit excuciens manus suas · ab omni munere
ut nondum natus sit cuius aurum uel argentum · in muneris accepit
¶ Quid referam martinum · qui contra morem · allegacione pauperis redac
tum ab episcopo florentino · equum socio necessarium · magna compulsus instan
cia accepisset · eundem restituit donatori · a quo cum abimicio dati mune
ris causam · in curia romana uenti laudandam · habuisse cognouit · Sed et

plenius sanctus bernhardus. clarevallensis abbas. qui cum perfectius
ingereat refert in libro doctrinali quem ad papam eugenium de contemplatione
vel consideratione scribit. Tacco quod venerabilis pater gaufridus carnoten-
sis legatus aquitanie provincialium munia non recepit nisi mensa es-
culenti et potulenti. et hoc cum summa frugalitate. sed ea que in commemo-
ratione offerebantur ut sectora contempnebant. Testatur sanctus clarevallen-
sis quod piscem quem vulgo sturionem dicunt. adeuntem quondam legationis
sue clerico gratis accipere noluit. nec ante acquievit. offerentis importunitati
quam ei pro admisso exenio pretium numeraret. De crimine repetundarum
qui tenentur et presides. et iudices qui aliquid dantur accipiunt preter eas
res que sibi sunt de officio facienda. et de samuele qui docet iuge sacri-
ficium esse debere in domo iudicis. que se ipsum oblatione iustitie. et bo-
norum operum confert templum dei. Sequitur. Capitulum istud quod sequitur

Sed ex bestialibus inquis. etiam in clero sunt hodie. continentie 16
tante exempla rarissima. cum tamen. de censura legum. summa
continentia magistratibus omnibus sit indicta. Adeo quidem. ut qui
ordinariam gesserit potestatem. quive commenti delegationis titulo pro-
fulgeant. cum dispendio pudoris atque fortune. id est honoris atque dignitatis
de propriis facultatibus intra provinciam positus inservire cogatur. Lege
quoque iulia repetundarum tenetur. qui cum aliquam potestatem haberet. ob iudi-
candum vel non iudicandum decernendum vel non decernendum aut ob denun-
ciandum pecuniam accepit. et in summa quo magis. aut minus. quid
de officio suo faceret. Nec usu capi potest quod accipitur antequam redeat
in potestatem eius. quo profectum est. aut heredis eius. Venditiones quoque
et locationes pluris minorisve factas. lex ista rescindit. et ea damp-
nati. testimonium publicum dicere. aut iudices esse. aut postulare prohi-
bentur. Et licet commenti contra ordinem hodie puniantur plerique damp-
nantur exilio vel etiam durius pro ut admiserint. Sed et ab heredibus
pena repetitur. Inspice verba legis. et quanta indignatione. crimen hoc
persequatur attende. Ut unius inquit pena metus possit esse multorum
ducem qui male egit ad provinciam quam iudicaverat. cum custodia com-
petenti. remitti precipimus ut non solum quod egit non dicam domesticus
sed. manipularius. et minister accepit. verum ut id quod ipse a provincialibus
meis rapuit. aut sustulit in quadruplum invitus exsolvat. Itemque Om-
nes cognitores. et iudices. apertissime manus abstineant. ne alienum
iurgium. putent suam predam. Et cum privatarum litium cognitor ide-
que mercator. statuam legibus cogetur subire iacturam. Et illud iube-
mus quoque et hortamur. ut si quis forte honoratorum decurionum posses-
sorum. postremo etiam colonorum. aut cuiuslibet ordinis iudice fuerit aliqua re

conuicijs. si quis sciat venalem de iure fuisse sententiam. si quis precio vel
precio redemptam vel metu cupiditatis ingestam. si quis postremo quacumque
de causa iniquum iudicem potuerit approbare, is vel administrante eo. vel
post administrationem depositum. in publicum prodeat. deferat crimen. de
latum approbet. tunc placuerit probaverit et victoriam reportabit et glo
riam. Utinam hec vel audiant aures. nam ut sentiunt optare in
audeo. Nam quotiens diligentius intueor. concussores michi potius
videor videre quam iudices. ac si ad hoc solum dati sint ut provinciam
spolient. Nam et leges ipse ipse et consuetudines quibus nunc vivitur
insidie sunt et laquei calumpniancium. Verborum tendiculas struunt. et au
cupationes syllabarum. ne simplici qui sibilla syllabizare non novit
sciat inquit iudicium. et iudici iusticiam non tradas nec calumpniatoribus
hec dico si apte dicat. Cum iudicium pervertunt. et iusticiam deserunt. tra
duntur calumpniatori. qui filios adam ante conspectum dei accusat
die ac nocte. Legitur in libro regum quod ad universum israel dixisse samu
elem. Ecce audivi vocem vestram. et iuxta omnia que locuti estis ad me
et constitui super vos regem. Et nunc rex graditur ante vos. ego autem
senui et incanui. Porro filii mei vobiscum sunt. Ita conversatus sum
coram vobis ab adolescencia mea. usque ad diem hanc. Ecce presto sum
loquimini de me coram domino. et coram christo eius. utrum bovem cuiusquam
tulerim. aut asinum. si quempiam calumpniatus sum. si oppressi aliquem
si de manu cuiusquam munus accepi. et contempnam illud hodie. resti
tuamque vobis. O pudicum animum. o continentem manum. o iudicem
rectorum speculum. et vocem magnificam. admirandam et imitandam. cuius
que de conscientia pura sit loquitur. Loquimini de me coram domino. et
christo eius quem in celo et in terra iudices iudicant. Loquimini inquit. si bovem
cuiusquam aut asinum tulerim. Utique villas et predia. aut in mensa po
dera auri vel argenti. aut preciose suppellectilis onera non contorserat
qui magni reputabat iudicem bovem ablatum accepisse vel asinum. Si
quempiam calumpniatus sum. si oppressi aliquem. Nomine iniuste vexa
verat. qui omnes calumpnias contundebat. nec iudicium eius. putebat
cruore vel sanguinis quem nullum unquam oppressit. Si enim in manus
eius. quicquam inciderat. non cum iudice. sed ipsa iniquitas opprimebat
Si de manu cuiusquam munus accepi. contempnendum illud hodie. restituam
que vobis. Quid quesso expressius dici poterat. Ut in summa omnem ava
ricie suspicionem tollat nullius munus conscientiam. se docet habuisse. pa
ratus contempnere. et restituere. si quid animo corrigi posset. Malebat enim
illud restituere imputari quam cum usuris reddere in futuro. et contempnere illud
hodie et sacius iudicabat quam in conspectu dei. et omnium electorum. coram ca

in clero contemptibilis apparere. Sed quid ad hanc contestationem eius
rudis auditor? Audi: Et dixerunt: Domino teste, utique totus Israel. Nam ad
omnes sermone duxerat. Non es calumpniatus nos neque oppressisti ne-
que tulisti de manu alicuius quippiam. Si quis proconsulum, presidu-
me, aut tribunus, aut centurio decurio ne aut omnino aliquis ma-
gistratus tale testimonium a provincialibus meruit, ad provinciam
nostram queso accedat, ut nostros doceat magistratus. Nam de vicecomi-
tibus et iusticiariis, qui ut vulgari nomine utar vice dei errantes, ni-
chil tale auditur, eo quod diligunt munera et secuntur retributiones, vel
liberant pauperem a potente, advene et pupillo non iudicant, et causa
vidue non ingreditur ad eos. Porro vel iudices ecclesiastici secuntur
Samuelem, sed sicut populus sic et sacerdos. In quorum communi canitur: Sapie-
ntiam tenentes legem nescierunt me, principes facti sunt et ego nescie-
bam, ignoravi. Verum ut ab superioribus liqueat qui decani sunt vel
archidiaconi, non illi ut Symon noster venerabilis doctor in lege domini dicere consue-
verat: In quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est mu-
neribus. Serenissimum regem Anglorum et Normannorum et Aquitanorum ad-
huc in invictissimum ducem interroga, quid etiam de suis sentiat
quos intrudit et ducit, ut opinor, quia non est maturi in clero quam isti
non faciant. Episcoporum tamen nomen et officium venerabile est, si tan- nota
ta impleretur sollicitudine quanta interdum petitur ambitione et diligentia,
ut patres timerentur, ut domini colerentur, ut sancti. Si procurationibus parce-
rent commissis quicquid pervenerit ex calumpnia, et omnem questum in-
imicum crederent pietati. Ceterum sibi reverentiam subtrahunt et amorem,
et dum honores audiunt, ambiunt, pecuniam cupiunt, et vel suas fa-
ciunt vel alienas calumpnias fovent. Et quidem nescio quomodo notam
et penam omnem evadant, qui exactionum et totius calumpniosi questus
sibi ad minimus assem vendicant. Nam aut solidum assem usurpant, vel
surripiant sibi, aut ut multi trientem dumtaxat archidiaconis et
aliis officialibus, ne dicam cum populo ministris iniquitatis, cedunt.
Sed vel legati sedis apostolice manus suas excuciunt ab omni munere, nota
qui interdum in provinciis ita debacantur, ac si ad ecclesiam flagellandam
egressus sit sathan a facie domini. Concuciunt angulos domus, ut
prosternat filios et filias eius, qui languores et dolores animarum
curarent intrinsece. Commoveant et contribulent ferrum, ut videant hec
quid sanari oporteat. Hic tamen non de omnibus sermo est, sed de hiis qui
patris voluntate contempta fiunt sic. Constat enim quod in omni offi-
cio dignos domini sic relinquunt quidam, ut alii assumant. Vidi ego ipse
in omnibus hiis decanos et archidiaconos, episcopos et legatos tanta sollici-

tudine operari. in messe domini ut in arto fidei et virtutis recte videri possit vineam patris in manu eorum prudenter et utiliter collocatam. At filii sic versantur ac si ad thebas. in fastibus exercitandas. mutatur ab inferis tesiphone. vel megera. Nam fere sic ab aula. contra omnem vota fidelium ad cetera publica officia accesserunt. Apud hos iudicium nichil est. nisi publica merces. atque eques. in causa. qui sedet. empta probat. Iustificat impium pro muneribus. Exultant in rebus pessimis. letantur cum mala fecerint. nisi quod tenent lacrimas. cum vel lacrimabile cernunt. Si quid petita populi comedunt et vestiuntur eis et in eis multipliciter luxuriant Raptores personarum et quasi quidam bonorum malleus hii dedicerunt ab eis. a quibus electis ait sapientia. Venacio leonis. onager in heremo. sic pascua sunt divitum pauperes Et sic abhominacio est superbo. humilitas sic execracio divitis pauper. Dives commotus confirmabitur ab amicis humilis autem cum ceciderit. expellitur et a notis. Diviti decepto. multi recuperatores. Locutus est superbe et iustificaverunt illum. Humilis deceptus est. insuper et arguitur. Locutus est sensate. et non est ei datus locus Dives locutus est. et omnes tacuerunt. et verbum illius usque ad nubes perducent. Pauper locutus est Et dicunt Quis est hic. et si offenderit subvertent illum. et hic quidem iudicia eorum quos cura docuit nimis omnium qui iusticie divicias preferunt Et nichil pocius ducunt. quam habere divicias quo tamen nichil aliquid inutilius est Nullus istorum exultat cum proximum videt in terris nullus eorum est qui velit eum cum hominibus compati. nullus qui ad bona opera per omnium decantet gloria in excelsis deo. et in terra pax hominibus bone voluntatis. Hoc sicud canticum est fidelium prelatorum qui speciosis incedunt pedibus et ex eo beatis. quia pacem portant. et pacem sermone sociant. sine qua nemo videbit deum Dicunt et hii cum sapiencia. quia bona est substancia cui non est peccatum in conscientia. et nequissima paupertas in ore impii. Clamitant in plateis quia beatus vir. qui inventus est sine macula. et qui post aurum non abiit Ac si aperte dicant Quisquis in munere cuiuslibet magistratus aurum quin maculam inveniunt. sine qua nec acquiri nec esse potest apud avidum possessorem Quis et unquam pecuniam sine sordidatione manuum tractaverunt divitus Et ea tu recte. minus manus sordet quam animus Nolo michi maiorum fingere stantem lumina aut denarii carmina carmina sonare hec littera videatur. non pono os meum in celum. ut de patribus qui orbem iudicant. et cunctos iudicant interius. aliquid dicam. nisi plenum fide caritate. et reverentia. Dicam tamen quod verum est adeo. ut ei nemo fidelium audeat refragari dicam quod ipsi dicam predicunt Dicam inquam. quia non potest civitas abscondi supra montem posita et

quamquam late possint notitiam publicam que in conspectu gentium tanto
conspectius inse(?) eminen(?) habet. quanto maior quam praestat lucet. Sal quoque
infatuatum ad nichilum valet ultra nisi ut proiciatur foras et conculce-
tur ab hominibus. ut potentioribus abiectum. que nec ad sterquilinium agro-
rum prodest. Sol quoque orbem illustrat plenius quia in eminenti
est. Quid multa. Opera singulorum testimonium perhibent de eis. Sic Sa-
muel operum testimonio iustificatus est. Sed ne videretur populus ei blan-
diri et quasi conturbatione vel fallacia false innocentie et manus iusticie te-
stimonium perhibere. populum religione iurandi ad professionem veri artandum
censuit dicens. Testis est dominus adversus vos et testis christus eius in die
hac quia non invenitis in manu mea quippiam et dixit populus. Testis.
Hec si fidem deo et regi suo debitam religiose affirmationis obsides
faciant. Ned' ante esculentum. et poculentum accepit de scriptura
etiam non habeo. Sic enim scriptum est. Iudicabat quoque Samuel Israel
cunctis diebus vite sue et ibat per singulos annos circuiens Bethel
et Galgala et Masphat et iudicabat Israhelem in predictis locis. Rever-
tebatur quoque in Ramatha. Ibi enim erat domus eius et ibi iudicabat Is-
rahel. Quid aliud videtur sonare littera. nisi quod provincias pro officio cir-
cuibat. ad completionem iudicii. et revertebatur domum. ut de proprio satisfa-
ceret necessitati. Edificavit etiam ibi altare domino. Recte quidem eo quod iuge
sacrificium esse oportet in domo iudicis que altare iusticie. et morum
honestate. et luce bonorum operum se ipsum conspicit templum dei. Ubi a
modo non ymolatur sanguinis hircorum et vitulorum. nec cinis vitu-
le inquinatos sanctificat. ad emundationem carnis. Sed pontifice magno qui
penetravit celos Ihesu filio dei ubique locorum offerri debeo compositum
ius fasque animi. sanctosque recessus mentis. et incoctum generoso pectus
honesto. Veri siquidem adoratores sic adorant patrem in spiritu et veritate.
An ne eum credis accepisse aliquid nomine sportularum. Hac enim pre-
textu non tam iudices quam iudiciorum caupones qui nequitiam suam
honesta nolunt palliare licentia. iniquitatem suam colorare nitun-
tur querentes scilicet aliqua emolumenta negotiorum quorum preparatio onera
portant. Aut si emolumentum esse non licet. sit saltem compensatio
sumptuum. aut dampni. Hii tamen vani sunt. Quibus enim convenit di-
cere. Quid michi dabis. ut tibi iusticiam faciam. Nam ut pro se
ipsa cohibeatur frustra conspectas. Namque simile est. ac si dicatur quid
michi vultis dare. ut me ipsum abnegem officium prodam et dominum
vendam. Pecuniam contemptui vendendam(?) esse pie sapientie quod etiam veterum

Legimus plurimos philosophorum divitias (phylosophorum probatur exemplis. Cap.)
non modo contempsisse sed abiecisse. quasi impedimentum 1A

sapientie et virtutis. sicut hoc socrates. que omnium philosophorum secte quasi
prudentie et veritatis unicum fonte venatur. Antistenes quoque cum glo
riose rethoricam docuisset. audisset que socratem. dixisse fertur ad discipu
los suos. Abite magistrum querite. ego enim iam reperi. Statimque vendi
tis que habebat et publice distributis. nichil sibi plus quam palliolum
reservavit. ¶ Huius dyogenes ille famosissimus sectator fuit potentior
rege allexandro. et nature humane victor. Cum autem discipulorum antis
tenes nullum reciperet et perseverantia dyogenis removeri non posset. no
vissime ei minatus est clavam. nisi abiret tum ille subiecisse caput fer
tur. atque dixisse nullus tam durus baculus erit qui a tuo consor
tio possit separare. ¶ Refert saturus qui morum illustrium scribit hysto
rias quod iste dyogenes pallio duplici usus sit. propter frigus peram pro
cellario habuit secum portavit. et quod clavam gerebat. ob corpusculi
fragilitate. qua iam senex membra sustentare solitus erat et eno
rathios vulgo sit appellatus in presentem horam. posteus aqualibus et
accipiens cibum. ¶ Habitavit autem in portarum vestibulis. et porticu
bus civitatum. ipse quoque profitens vim et tusemitam allegens aut
notans vicia que mores fedabant. Cumque se torqueret in dolio se do
mum volubilem habere iocabatur. et se cum temporibus immutare. Frigo
re enim os dolii vertebat in meridiem. estate ad septentrionem. et ubi
cumque se sol inclinaverat. dyogenis simul pretorium vertebatur. Quodam
vero tempore cum in usum potandi caucum ligneum gereret. vidit puerum
manu concava bibere. et elisit eum interdum dicens. Nesciebam quod
natura haberet poculum ¶ Nichil unquam de animi vigore remisit. in eo
dem vultus tenore. contra adversis interpellantibus persistit. et ut plene
securitatis nosses. tantis turbinibus fortuitorum adversus omnem
dolorem. et miseriam. invictum durant proposito. Dicebat enim hec
semper a philozopho aliena. et impotem sui animum. inque fortune
quippiam licet. Virtute enim et continentia. mors quoque indicat. Na
tum ad agonem olimpicum qui magna frequencia gentis celebrabatur
iam senex pergeret. febri in itinere apprehensus. accubuit in crepidine
vie. Volentibus autem amicis aut in iumentum aut in vehiculum
tollere non adquievit sed transiens ad arboris umbram ait ¶ Abite
queso. et spectatum pergite. hec nox me aut victorem probabit
aut victum. Si febrem vicero. ad agonem veniam. Si me vicerit
ad inferna descendam. Ibique per noctem eliso gutture non tam mori
se ait. quam febrem morte excludere. Deceptus opinione morum fortium
et exemplo in extreme difficultatis articulo. ne aliunde inferret. mor
tem ultroneam tradidit appetendam. premeditata siquidem opinio. sapi

cruciatibus persuaserat metu mine. ut mortem preoptare mallent quam turpe
aliquid sustinere ¶ Effecit hoc tanto severius et alii qui ferrum aut tertium
aliud ne toxicum precipitantes omnes et solam ut putabant turpitu-
dinis effugiebant notam. Vitatis namque ignorancia eius patrocinium videtur
quam tristis est et supina. que terga post ponit meritis. Et quidque tuetur
optimum. contraria mani abiit et appellet. Nec in eo fortitudinis nomen
assequuntur. De se per certis fraudulenta opinio consequi gloriatur. Utique frau-
dulenter et vane. quia ut ait ille rebus in adversis facile est contempnere
vitam. fortius ille facit qui miser esse potest. Nemo corpus qui mortem nota
preoptat contumabilis est. Contumabiliores sunt qui imminentem abhorrent
¶ Plinius aut consilio dicto cognoscant. et an possit morte impudentem
quacumque racione effugere. Saudro cortus a rege alexandro. interfici
iussus saltem celeritate quedam pedum quesivit. Ex qua fatigatione
cum somno captus iaceret. leo ingentis forme. addormiente accessit
sudoremque fluentem. lingua ei detersit. et blande complexe factum reliquit
Hoc prodigio. primum ad spem regni. maiestate commonitus impulsus
est. Chalienti deinde bellum adversus prefectos alexandri elefantus
infinite magnitudinis. ultro se obtulit et veluti domita mansuetu-
dine eum tergo suscepit. duxque belli. et prehator post modum insig-
nis comitit ¶ Androniatus quoque dampnatus ad bestias cum leoni ob-
iectus esset. qui et vastitudine corporis. et impetu furoris. fremitu-
que terrifico. sonoro quoque thoro. tamen sese terrencium fluctuatibus animos
omnium que oculosque. in se converteret illesus evasit ¶ Leo quia ubi eum leo
procul aspexit repente quasi admirans stetit. ac deinde sensim. et quasi
noscitabundus. placide accessit ad hominem. Tum caudam in more atque ritu
adulancium canum clementer et blande movit. hominisque se corpori adiun-
gens. crura eius et manus prope iam metu exanimati lingua leniter de-
mulsit. tum homo inter illata atrocis fere blandimenta amissum
animum recuperare posset et mox paulatim que oculos. ad contuendum leo-
nem aperire. hoc se apion. in urbanis spectaculis. rome vidisse refert
adiciens. quia tunc facti. quasi recognicione mutua. letos inquit vi-
deres. et gratulabundos leonem et hominem ¶ Et ob hanc rem. et clamo-
res populi maximos. accersitus est homo a cesare. quare illi tam atrocis-
simus leo pepercit. diligenter quesitum est. Ille utique rem mirificam
narrans ait. Cum provinciam affricam. pro consulari imperio meus
dominus obtineret. ego ibi iniquis eius et cottidianis verberibus ad fugam
coactus sum. et quo mihi latebre terre illius forent a domino morte
petere. tum itaque sole medio et flagranti. quandam pertempe cavernam. nac-
tus essem latis latebrosam. in eam penetro meque recondo ¶ Nec multo

post ad eundem specum venit hic leo debili et cruento pede gemitus e-
dens et murmura dolore cruciatusque vulneris ingemiscens cum misse-
randa auditoris si quis adesset atque illic primo quidem conspectu advenien-
tis leonis territus sum. et quia toto animo consternatus sum. sed postquam intro-
gressus leo uti res ipsa apparuit in habitaculum illud suum me videt ingres-
sum procul. et delitescentem. mitis et mansuetus accessit. et sublatum pe-
dem ostendere michi. et porrigere opis gratia visus est. Ibi inquit ego sti-
pitem ingentem vestigio pedis eius herentem revulsi. conceptamque sani-
em. vulnere intimo compressi. accuratiusque iam sine magna formidine
siccavi penitus. atque vulneris detersi cruorem Ille tunc mea opera
et medela. levatus pede in manibus meis posito. recubuit. et quievit
atque ex eo die totum triennium. ego et leo in eodem specu. eodemque vic-
tu viximus Nam si quas venabatur feras membra opimiora ad
specum subgerebat que ego ignis copiam non habens meridiano sole
torrida edebam Sed ubi me incepit. vite illius ferine. iam pertesum esse
leone venatum profecto reliqui specum. et viam ferme tridui permensus
a militibus visus. apprehensus et a domino ex affrica romam deductus
sum Is me statim rei capitalis dampnandum. dandumque ad bestias pro-
curavit Intelligo autem hunc quoque leonem. me tunc separato captum
gratiam nunc beneficii referre et medele ¶ Solutus itaque est pene cunc-
tis et eidem leo totius populi suffragio donatus Exinde videre
tabernas sibi homine et leone. et urbem peragrantibus dicebant omnes
hic est leo hospes hominis hic est homo medicus leonis Vincit
ne hystorias notiores Oclausit leonum ora Daniel. et pueri de cami-
no ignis evaserunt illesi et apud omnes gentes conpro gratia. preter
opinione ab imminentibus malis liberati sunt plurimi Unde nullus
eorum qui manus iniecerunt sibi satis excusatus est michi. licet ma-
gnis preconiis ecclesiastica hystoria. aliquos efferat pervenientes morte
quam temporaneam intuitu. apud se quam pudiciciam perditam malebant
Et eos sic excusant. infirmitas carnis et ignorancia iuris. et incendi-
um caritatis. et forte mandatum familiare dei. ut sic in simplicitate
sua salventur. ut nequaquam ad consequentiam trahatur quod simpliciter presumpse-
runt ¶ Cuius enim locus est fortitudini si sic tedeat animam sue vite sue-
ut quasi penitencia victa. prosa semita. iniuriam quod precipit aut nequeat
aut negligat sustinere Apud sapientes sic vita contempnitur. quod turpitudi-
nis precium. etiam etas altera sordet sic diligitur. ut dum innocenter
teneri potest. nullius difficultatis ingruente articulo appellatur Sic ergo
servanda est vita ut sit contemptui sic contempnenda est. ut proficiat saluti
Sed quis est qui hodie contempnat animam suam nullus aut rarus sit. qui

nota

toto mentis hiatu pecuniam non concupiscat. Unde in eo Et genus et for- nota
mam regina pecunia donat et bene nummatum decoret suadela venus-
que. Cum dives est qui prosperatur in viis suis, sapiens et felix iudicatur.
Ad hoc alius uxorem ducit, alius quinque iuga boum aut villam emit
contempnentes pro hiis animam suam. Ceteros quoque et claudos et debiles reputat
quibus mundus nequaquam arridet, quos tamen electis divitibus in ce-
nam nuptialem sapientia introducit, ubi inebriantur ab ubertate domus
dei et torrente voluptatis eterne potantur electi. Interim quicumque non
habet divicias stultus est, asinus, stipes, iners, prostibulum, aut si quid
insensibilius est. Stultus ergo et miser est si quis pauper est. Cernere a-
mari potest ab aliquo quem mala fortuna prevenit eo quod nulla fides unquam
quam miseros elegit amicos, et iuste creditur quicumque mala ferre que sus- no
tinet. Adeo quoque regnum pecunie invaluit, ut despiciatur de fide iudicis
qui repellit nummum offerentis. Si pacta detrectas pollicentis vide-
ris adisse causam. Et fortasse affectu vel nummo esse credis corrup-
tus si permanes incorruptus. Sententia vel opinio philosophorum animo
enatavit dum sit dives post divitias currunt, ac si alibi laborum requi-
es, dolorum quoque solatium inveniri non possit, ac si naufragi de profundo
queat enatare facilius, si peregrinum sarcina fiunt onerati. Si quis no
unquam ulcerosus spinas congessit ut volutatus in eis quiescat
mollius? Profecto si ei perfecte creditur qui ait divicie sunt spine, mi-
nime tanto studio a sapientibus nostro tempore quererentur. Ut ergo Publi-
us Tarpus ait, divites pauperibus inferiores sunt eo quod a sapientia
longius abeunt. Appetitus diviciarum sapientie exclusio est et fuga
virtutum. Fecunda virorum paupertas naturam optimam bene vivendi
ducem imitatur et virtutum parens et custos est, solaque securitate
parit, que sola nescit incentiva bellorum. Non habet iurgia, que con-
tentionis causas ignorat. Trepidat urbes et tesseream manum, solus
pauper non timet. Utique si ob aliam causam non fugerentur aut con-
tempnerentur divitie, vel quia sapientie vias sepiunt spinis, eas oportu-
erat non amari. Nec tamen hiis qui paupertatis erubescunt vili-
tate sordescere philosophorum sit molesta opinio. Diviciarum non indicat philosophia
fugam, sed inhibet appetitum, et eum tem sui compotem querit, et que
in omni fortune tabulo sufficiat sibi, ita tamen ut sufficientia eius
a deo sit. Sic auro tamquam fictilibus, fictilibus quasi auro utitur.
Nam sicut opes admittuntur ad usum, sic a sapiente contempnuntur ab no
usu. Sed forte supellex vilis videbitur ignominiosa magnatibus, et ho-
noris splendorem res tenuis decolorat. At qui longe prestancius est in-

rebus splendere. quam rebus. nec umquam verorum spetie illustrabitur. que fuerit
pitudinis macula dehonestat. Fictilibus cenasse ferunt agathoclem re
gem atque abacum samius sepe ornasse luto. Querenti causam respondit
Rex ego. cum sim sicilie. figulo sum genitore satus. Fortunam venientem
habe quicumque repente dives. ab exili progrediente domo. Res itaque non
sunt in vitio. sed usus. et est philozophantis animi fructus nobilis quo
sit equanimitas mentis. Nam si prosperitate est ut equanimiter omnia
portet. mens egra. ab incolumitatis virtute degenerat. Cum vero philo
zophandi sint multe semite illa preceteris michi videtur esse nobilior. et
laudabilior que sic prandet olus. patienter rebus ut uti novit. et verorum
que sit usatur in usu. ut olus et quelibet extreme paupertatis esca
docta sit non fastidire fructus siquidem prosperitatis dominus est. ut novit quibus
habundare et penuriam pati. ut leto animus. equanimiter omnia portet. ut
obiecto solide virtutis obice. omnem fortunam comparet. Profecto qui sic
cuius hic affectus est. non sperat aut timescat. et in eum semper fortuna
quelibet manca ruit. Quid inquit curiosus philosophus prosecutor tibi philosophia
contulit. Et aristipus. ut cum omnibus aut hominibus intrepide fabulari
verum. Utique si honor esset aut pecunie vel ne altius cupidus. hoc minime
possis veraciter respondere. Ad salutem tamen via tutissima est. divitiis
et rebus aliis expedito. Difficillimum enim est. ut possessorem sui non
impediant cursum. quis nescit ypodamiam prevolasse ad palmam dum
cunctantem procorum cursum. proiecto auro potuit retardare. transsit. itaque
virgo in victa. donec ventum est ad pecunie contemptorem. qui incon
tempto auri virginem superavit. aurorum abstinuit et cito ut fugitur certa
certis puelle cursus apes fecit. dum incorruptionis amor pecunie
amorem absorbuit. Nonne hoc ipsum commendat indicium dei. et eas con
temptibiles facit. quod in egestate bonorum ipsis numquam afficiunt. Fit tamen
nescio quo pacto. ut ad subversionem instorum. se eis ingerant
et quo diligentius excluduntur. ad hostium contemptoris studiosius pul
sant. Quos beatis eugenius minima carius abiiciebat. ad eum undique
multiplicius confluebant. hoc quoque sere ubique accidit. ut fugiant di
querunt dum fugantur accelerant. Et hec quidem via compendiosissima
et honestissima est ad divitias. Cum enim divitie prudenter excludunt
et intractua adquiritur. et cumulus divitiarum accedit. Et si hoc nimis
arduum videtur aliis. ut a mediatibus tamen ecclesiasticis. quam mundanis. qui
professione aut sacramento iustitie obligati sunt implere oportet.
Utrorumque siquidem forma samuel est qui sic prefuit sacrificiis. ut non
pareret sanguinem impiorum. et iudicia exercere utrique exercuit. ut multa opprim
met. et demanu cuiusquam nichil accepit. Testatur hoc conscientia samuel

est qui sit presens sacrificiis. ut non pateat sanguini impiorum. attestatur
et spiritus. et tamen non satis sit conscientie scrupulose. nisi sacramento
sanctum spiritus testimonium roboraverit. Dicit enim. Testis est deus adversus vos
et testis christus eius in die hac. quia non invenitis in manu mea quip
piam. Et dixit. Testis. Utriusque obtestati provinciales. tale testimonium
perhibent ad iudicium omnipotentis. et omnia scientis dei securius accedat.
Unde namque cautelam instruunt. qui in examine conscientiam perducat. et de
cum humanum quorum est iudex conscius in excelsis. Cum non tam facile
non distinunt hic iudicia sua. sed prompti ad excusationes iniquas. quasi
lotis manibus. cum pylato clamant mundus ego sum a sanguine iusti huius
quia contra legem peccaverunt per legem dampnabuntur. Sed et illi dampnati
ones erunt participes. qui eos possunt cohibere. nec volunt. Et de hiis qui
dem satis dictum est sapienti. Unde ad proportionem manuum. quam pluribus
indixit tunc sciat stilus. Explicit liber quintus Incipiunt Capitula sexti

Quod manus rei publice aut armata est. aut Regimus z cetri 1
inermis. et que sit inermis. et de officio eius. Quod militia de 2
lectum exigit scientiam et exercitium. De militibus gloriosis qui in hoc in 3
utiles sunt. Quarum rerum scientiam et exercitium oportebat hic milites. et quod 4
eos otiari non licet. et de augusto qui filias suas fecit institui in lani —
ficio. Quam esse propria que milite faciunt delectum scilicet et sacramento 5
Que mala provenerunt viris neglecto delectu militum. et qualiter Aroldus 6
valenses subegerit. Que sit conceptio sacramenti militaris. et quod sine 7
eo militare non licet. Armatam militiam ad religionem continentie te 8
neri sicut illam que in clero. divinis obsequiis consecrat. et quod miles
sicut honoris ita et laboris nomen est. Quod fides deo debita sit nu 9
lius homini preferenda. nec fiatur homini preferenda nisi deo fiectur. De 10
privilegiis militum et quod de sacramento astricti sunt ecclesie et quare gladius
offeratur altari. Quod milites durius castigandi sunt. si militie lege 11
contempta privilegiis abutuntur. Quod nata animadversio procedit in eos 12
qui duci non obtemperant. et quatenus debeat obediri. et in quibus
mandatis locum habeat excommunicatio militaris in quibus non. Q 13
uare cingulo precinguntur milites et quod exauctoratus non habet aliquid cum
gladio telo nec commercium et quare gladius insertus est cingulo. Q 14
uod disciplina militaris plurimum prodest et quod militiam maxime
stringit. Romanos in disciplina provectis viguisse et in eis iuvenum 15
desiderium florum provectis. Que viritibus mala provenerunt ab indis 16
ciplinatione. Nobis civitatibus esse exempla virtutum et quas ci 17
vitates in italia condiderunt brenni secundum antiquas hystorias. Ex 18
empla veterum hystoriarum et quomodo rex henricus secundus tempore —

19 tatem et procellas regis Stephani seruauit· et paruit in insulam D
e honore militibus exhibendo· et modestia indicenda· et qui militie ar
20 tem tradiderunt· et generalia quedam precepta eorum Q ui sint pedes
21 Rei publice· et de cura eis impendenda R em publicam ad similitudinem na
22 ture ordinandam et ordinem ab apibus mutuandum Q uod sine prudentia et sollici
tudine nullus magistratus subsistit incolumis· nec uiget res publica
23 cuius caput infirmatur I n ciuitate sicut loquendi ita et audiendi cauta
24 dam· et quod finis uoluptatis penitentia est M embra potestatum seruanda sunt
eo quod in eis auspicia publice salutis constant et quod dispensatores salutis
sunt· sicut stomachus in corpore animali nutrimenta dispertit· et hoc ex sente
25 tia domini adriani D e coherentia capitis et membrorum rei publice· et quod princeps
quedam ymago deitatis est· et de crimine maiestatis· et de hiis que sunt
26 in fidelitate seruanda Q uod membra seruanda sunt· aut tollenda· et a fla
gitiis distant· et generalia quedam de officio principis· et breuis epilo
gus quanta sit ei reuerentia exhibenda Q uod gnatonici procerum om
29 nia nec uera fateri patiuntur· et quod eis exemplo marsie corium detra
hendum est si sapiant diuites· et quod calumpniatores pauperum deus ipse perse
30 quitur A uctoritate socratis quando quis de suo commendatur· et quan
31 do sit aliena laudatio Q uod exemplo principis formatur populus· et ex
uitio formatur principatus· deo quod placido creatura quelibet mansuescit
32 et fiunt homini B reuis epilogus aduersus gnatonicos Explicit ca

N otum est illud pitula· Incipit prologus· libri sexti
ethici· quam emilium circa ludum faber unus
et ungues exprimet et molles imitabitur ere ca
pillos Infelix operis summa quia ponere totum nes
ciet· hunc ego me· si quid componere curem· non ma
gis esse uelim· qui naso uiuere prauo spectandum
nigris oculis nigroque capillo· Dum plutarchi ue
stigia in traiani institutione familiarius sequor me ipsum hac ymagine
arbitror compellandum cunctisque ludibrio a iunum· nisi diligentius prosequar quod
incepi Hic enim ipsum traianum clientem eius esse professus sum Sequar ergo eum
et a capite rei publice cum eo ad pedes usque descendam· ea tamen con
ditione· ut si hiis quibus inuita premittitur ignorare mordacior in hac
parte appareuero· id non michi· sed plutarcho ascribant· aut si potius qui
regulam christianam profitentur· et qua uiuendum est eis discere noluerunt Nam
quod de militibus dictum est· ea sola intencione adiectum· ut ad uirtutis uiam
redeant uel inuiti Eos namque ad agenda sufficiunt animare tum ex
empla maiorum quam principis magnitudo in uicti cuius titulos· non apud
me in unum congeris· ut cum aliorum tuba et lituum· et omne gentis genus
musicorum laudes eius pariter in unum conclamabunt ego tam plebeius

et indoctus mei similibus pro tenui avena fistula stridenti dissipabam. Quis
quis a sempiternis tibiam et oratio iunctam. et cumulam tube grandis
vis perspecte. Adero tamen et me tantis sollempniis ingeram et quod ingenii
vena subtraxit. devocionis copia supplebit. Dum iuga montis aper fluvios
dum piscis amabit dumque thymo pascentur apes. dum rore cicade semper ho
nos nomenque tuum laudesque manebunt. Quod si quis in iniuriam suam. ali
quid dictum putant. doceant a primo per quam non in iniuriam. sed salutem
egrotancium exprimantur amara medicine. Hys premissis ad reliqua progrediatur
oratio. Quod manus rei publice aut armata est aut inermis. et que sit
inermis. et de officio eius. Cap. Sex.ᵐ 1

Manus itaque rei publice aut armata est. aut inermis. Armata quidem est que castrensem et cru
entam exercet miliciam. Inermis. que iusticiam expedit. et ab armis ferian
do iuris milicie servit. Neque enim rei publice militant soli illi qui galeis
toracibusque muniti in hostes exercent gladios. aut tela quelibet. sed et patro
ni causarum qui gloriose vocis confisi munimine lapsa erigunt. fatiga
ta reparant nec minus provident humano generi quam si laborancium
vitam spem posterosque armorum presidio ab hostibus tuerentur. Militant
et publicanorum apparitores. et officiales omnium iudicum. Sicut enim alia
sunt officia pacis et alia belli. ita eadem necesse per alios et alios expediri.
Armata itaque manus in hostem dumtaxat exercetur. At inermis exercen
ditur et in civem. Porro utriusque solet maxima esse malicia. Usus quo
que manuum capitis sui protestatur ymaginem. quia ut ait sapiencia. Rex
iniquus omnes ministros impios habet. et qualis rector est civitatis
tales sunt et inhabitantes in ea. Oportet inquit Pericles collegam Sophocle
dem arguens pretorem non modo manus. sed et oculos habere continentes. Est
autem presidencium continencia illa laudabilis. cum ab exactionibus. et
iniuriis. continent manus suas et cohibent alienas. Manus autem utri
usque milicie armate videlicet et inermis manus est principis est. et nisi
utramque cohibeat. parum continens est. Et quidem inermis est tempestiva
inermis. eo quod cum armati precipiantur abstinere ab exactionibus et rapinis
inermis eciam a muneribus arcetur. Si tamen pena alicui irrogatur le
gittima si exigitur. aut accipitur. quod iure statutum est vel concessum.
nequaquam punitur. aut reprehenditur. Hoc enim quidquid sit exactionis nomen
non recipit neque cadit in nummis racionem quod officiales accipere prohibentur.
Quia vero officialium licencia maior est dum sub pretextu officii spolia
re possunt aut vexare privatos quos contriti officium presumunt. pena
feriendum est graviori. Ait enim Lucius Laurencius Mediolanensis. Quid
Quid est publicanus Rome caput rapine et lex violencie. Quid est
publicanus predo sine pudore mediocris contumelie. Rome minima maior est.

furibus publicanus. fur namque ut timidus furatur hic autem delin-
nota quit confidenter. fur laqueos legis timet hic quicquid fecerit iustum
putat. Lex furem deterret ab illicitis. Hic ad iniquum malicie sue com-
pendium legem trahit ¶ Quis eo iniquior qui viribus iusticie iusticiam
dampnat. et armis innocentie spoliat. vulnerat occidit innocentes et lege
utique legem punit et dum alios urget ad legem et lex est. Nam si-
cut pretor. etiam cum inique decernit ius dicit. habito tamen respectu non
ad id quod facit. sed ad id quod facere debet. sic et publicanus etiam cum
delinquit ius videtur implere. Ista tamen officii non malicie racione
Et quod est officium publicani Luca referente didicimus qui publicani ve-
nerunt ad iohannem ut baptizarentur ab eo. et dixerunt Magister quid
faciemus Iudeus autem dicebat illis Nichil amplius quam quod constitu-
tum est vobis exigatis esse officium publicani exigere et recipere quod sta-
tutum est Quidquid autem amplius est a malo est exigentis et accipientis
non prebentis hoc autem ad omnium magistratuum officiales porrigitur
ut ab eis nichil amplius exigatur. Apparitores itaque licenter exigunt
quod eis debetur ex sportulis et omnium stratulatum ordines salarium
constitutum iuste accipiunt Concutere tamen. et vexare non licet ut
extorqueant et munera ¶ Ignis inquit beatus Iob devorabit thaber-
nacula eorum. qui munera libenter accipiunt Concepit dolorem et conce-
tus eorum et peperit iniquitatem. et uterus eius preparat dolos. publica-
norum omnium a maximo usque ad minimum cetus concussioni vacat potius
quam iusticie vacat. et ita in populum debachantur. ut quod relinquit unus. alii
non moventur auferre Et si ius conquestioni subiectum ad hoc insti-
tuti sunt. ut residuum locuste comedat bruchus Et ut eis sit maior
licencia nocendi. unus in se plura coacervat officia ut quod ab uno non
accepit officio tollat ab alio ¶ Tradunt physiologi. quod ex locusta nas-
citur bruchus qui ita vocatur quousque alas habeat Exinde succrescen-
tibus alis cum ceperit volitare vocatur athelebus Cum eum ple-
nissime volare potuit efficitur locusta iterum. et multo gravior est bru-
chus. quam locusta. et athelebus. quia ei desunt ale nec cito potest
abscedere. ideo quod quocumque venit fruges omnino consumit. Locusta tamen
et athelebus quocumque venerint nocent et forte in locis plurimis pluribus
sed tamen minus bruco qui cum insederit non movetur donec labores
hominum omnino exhauriat Sic in officialibus. cumque brucum athelebum in-
veniens et locustam quem propinquius vocat. et venatus. et illius cum
semel insederit fortunam devoret nec ante abscedat quam omnes eius
auferat facultates Quis numerare potest quot pupillos officio suscep-
tum circumscripsit et quot venales munera fecit agros. et quod apud nos tre-
tia istorum. sive viduatos bonis sub ymagine religionis. alio nec pretereo
non tamen compatriotas et peregrinos quam exules fecerit. Utique idem ista fi-

unt palam nec eos presides aut proconsules cohibent quia ut dici solet nota
ovibus lupi congratulantur eorum. et ministro iniquitatis. impius iudex
applaudit. ¶ Hac autem omnibus hiis usu innotuit. principes quorum in
fideles sunt socii furum. quas cum in maleficiis viderint currunt cum eis
adiacentes iniquitatis partem. Ut lucri quantumcumque recipiant portionem. Si
misertus fueris pauperis. si ora suum iustitie fleveris. si debentibus subve-
nire. si obviare audes. et ad singula. que dicunt aut faciunt non
dixeris euge euge acclamantibus herodianis lese maiestatis reddes re-
um preside rationem. Cum ii in omnibus ad quemvis. cesari contradicit
et quicquid dicet. nisi sic eat. et nisi sic stet. est in personam regis. con-
traque coronam. Consurget ingeminabitur. et ipsis ad imbres invalescet. of-
ficialium clamor replicantium voce magna. ¶ Hunc invenimus subverten-
tem populum. et prohibentem tributa dari cesari. negantemque cesarem regem
esse. et ministris eius universa demere licere. Hunc invenimus evacuan-
tem paternas leges novas introducentem. et vetustissime consuetudinis
contemptorem. huius rei testes sumus. ¶ Et si tuam purgare volueris
innocentiam. aut iustitiam quantumcumque astruere. si ipsum dixeris regem esse
tum magis oportet quam hominibus obedire. si ecclesie eius. cui hoc odio-
sissimum est aliquod protuleris privilegium. continuo vociferantes intona-
bunt. quid amplius desideratis testes. Ecce vos ipsius audistis blasphe-
miam. Cumque quis asserit talia contradicat cesari. Si vero iudex unius
tenciam videns instantiamque veritatis. dissimulaverit undique conclamabunt nota
Si hunc dimittis non es amicus cesaris. Ut unius pena libacio sit
multorum. tolle et dele hunc ut vivat et valeat barrabas. Omnes
enim sunt quasi corpus unum. et sicut manifesta convincunt opera. quo pa-
tre dyabolus est. eius isti sunt membra. Egregie quidem de istis beatus Iob.
ait Corpus illius quasi scuta fusilia et compactum squamis se pre-
mentibus una uni coniungitur. et nec spiraculum incedit per eas. Una alteri
adherebat. et tenentes se nequaquam separabuntur. Assistunt sibi quia conve-
niunt in unum adversus dominum et adversus christum eius. Tantaque vigent auc-
toritate. ut quicquid dixerint ita obtineant ac si inveniatur in actis. At-
testacio eorum intacta preiudicat. Non est preter principem. cui liceat
obviare eorum sententiis. Nisi eos princeps cohercerat. licet omnis dicat
quia pax est. non est utique pax. aut illa pax sola est. in qua est ama-
ritudo amarissima. ¶ Nam cum alias hiita moderatione inculpate tu-
tele vim vi repellere liceat. concutientibus spoliantibus torquentibus
hiis inniti non licet. Iuris et enim videntur esse ministri. Excusatur qui
aliquid ob tutelam proprii corporis fecerit. Sed tamen qua iniuria trahenti-
bus hiis restiterit dignus pena qualibet iudicatur. ¶ Si crinem tur-
batum et turpatum protrahit si barbam vellet si aures quasi minimum bre-
ves procidat si dat alapam aut percutit pugno impie. si alterum eruit o-

tulum sustinere paciens vel utrosque malis corrumpere. quia quantumque presumunt ce
saris dextra factum iactitant Si telum manu gestas. si spontaneas
detractiones detrectas prohibere teneris. ventre nudato. ostentat iugulum
cervicem protendit. et te provocat. ut si audes cesaris intestina telo rime
ris. et quo libuerit. manum mittas in cesarem Se enim personam cesaris ge
rere gloriatur At si hec est dextra cesaris. que nam sinistra erit ¶ Profecto
factio istorum nec iusticiam exequitur. sed illudit et non implet sed evacuat
legem licet nonnulli sententia prorogativa verborum adversus mentem legis sibi
fraudulenter tueantur errorem Sapientes enim sunt. ut faciant mala
Cum vero provincialibus sit hec pestis perniciosa nulli perniciosior esse
potest esse quam principi Bona siquidem provincialium principis sunt
Ad necessitatem et usum principis sunt omnia que provincialium sunt deni
que reponuntur Provincia tota quasi archa principis est. quam quisquis
exhaurit gravissime delinquit in principem. cuius exterminat faculta
tes ¶ Nam provinciales. quasi quidam suffraganei sunt. et quotiens ipsos
exigit potestatis. rerum suarum non tam domini sunt. quam custodes Si
vero necessitas non incumbit a titulus sua sunt provincialium bona sua
quibus nec ipse princeps licenter abutitur Si enim expedit rei publice
ne quis re sua male utatur. abuti aliena utique quamque non licet At tu
per ministros iniquitatis et satellites sathane immo herodianos sint
exhausta provincia. si necessitas immineat quibus utetur princeps Proinde
si sapit in chamo et freno maxillas eorum constringe. ne in ore luporum
quos improba ventris agit ingluvies vastare possint et lacerare
provinciam et minuere principis. que vires tocius rei publice exhau
riunt Alioquin. et ipse in egestatem incidet. provincialibus omnibus
adversus redditurus suo iudici racionem. in districto examine. de compi
lacionibus manuum suarum. et de lesione provincialium quos iniuste. et quasi
per fraudem sub umbra tuicionis. manum porrexerunt et laceraverunt in eum

Restat / De milicia delectum exigit scienciam et exercitacionem · Cap[2] ·
armata manus que castrensis scilicet. et cruentata. ut dictum est exercet
miliciam In hijs autem moderacione sapiencia et iusticia principis e
licet plurimum Ut enim ait vegecius renatus. nullus est quem oppor
teat vel plura vel meliora scire quam principem. cuius doctrina debet om
nibus prodesse subiectis Cum enim pacis tempus et belli debeat operam mo
derari. Regimen rei quoque publice bellice. ipsum oportet habere peritiam Et qui
dem de pacatis studijs aliqua superius dicta sunt. nunc manus armata
distinguitur que sine delectu sciencia. et exercitacione non convalescit Om
nis enim istorum cessante non prodesse nisi utilis manus At in hijs sci
encia et exercitacio utiliora sunt Sciencia enim rei bellice dimicandi nu
trit audaciam Nemo facere metuit quod se bene didicisse confidit Et
enim in certamine bellorum exercitata paucitas ad victoriam promptior est
quam rudis. et indocta multitudo exposita semper ad cedem Denique enim
romanos generum omnium fecit esse victores Sciencia utique exercitacio

et fides quam electi ex sacramento rei publice impendebant. Nam quid
adversus gallorum multitudinem romana paucitas valuisset? Quid ad
versus romanorum proceritatem brevitas potuisset audere? ¶ Hyspanos quidem
non tantum numero sed et viribus corporis manifestum est prestitisse roma
nis. Affrorum dolis atque diviciis semper impares extiterunt. Unde adversus
hec omnia profuit tironem sollertem eligere. et ut ita dictum est sit docere ius
armorum cottidiano exercitio roborare doctrinam. queque possunt in acie
et prelijs evenire prenosse meditatione tempestiva. et in desides severi
tas vindicte. Hoc memoratus auctor testatur et fere verbis eisdem
adiciens inutilem esse militie iuventutem tenere. et delicijs assuetam pre
ferens tamquam aptiorem plebem rusticam. que sub divo. et in labore
nutritur. solis patiens negligens umbre balnearum nescia. ignara de
liciarum simplex animi. parvo contenta cibo. duratis ad omnem laborum
tolerantiam membris. Cui gestare ferrum fossam ducere onus ferre consue
tudo de rure est. Numquid cantores aleatores. aut aucupes. cum opus
fuit ad hec inveniuntur ydonei? Plane et istos et piscatores dulciarios lin
teones. et omnes qui aliquid tractasse videbuntur. ad genecia pertinentis
a militari officio sic repellit ut fabros ferrarios itemque lignarios cer
vorum aprorumque venatores. in usum militie censeat eligendos. Nam et
ierobaal ut figuralia misteria tetigeram domino mandante prohibitus
est in multitudine timida. et in copiositate hebetis fiduciam. et illos solos
adversus madianitas producere quos robur animi. et competentia corporis
approbaret. ¶ Cum ergo gedeon cunctis audientibus proclamaret qui for
midolosus et timidus est revertatur. recesserunt de populo xx. et duo
milia virorum. et tunc decem milia remanserunt. Ex alijs decem milibus
illos solos tamquam expeditiores ad bella madian dominus pre elegit. qui in
siti sua velud canes. festini lamberant manum ad os jacientes aquas
hijs relictis. qui de flexo poplite libabant. In trecentis itaque viris fac
ta est liberatio populi hostes cesi captivati reges. et interfecti. non tam mi
licie quam malitie principes. Percussit quoque zebee et salmana in ore gladij
et tulit ornamenta. et bullas. quibus colla regalium camelorum deco
rari solent. ornamenta quoque monilia. et vestem purpuream. quibus re
ges madian uti consueverant. sibi quoque decimata preda solas inaures au
reas ismahelitarum reservavit. ceteris ex ratione populo distributis.
Vicit ergo innumerabiles hostium copias in expedita paucitate virorum
fortium. quas non facile crediderim. in delicijs urbium aut regalibus
epulis cottidianis quoque conviviis didicisse ut aquam lamberent. Unde eos
dominus preteritis precepit eligendos. ¶ Si cum interdum necessitas
exigit urbanos delicatiores quoque ad arma compelli. ex quo primum nomen
dederit militie. laborare decurrere. portare pondus et solem pulverem quoque
ferre condiscant. parco victu utantur. et rustico. interdum sub divo inter

dum sub papilionibus commoventur. tunc demum ad usum erudiantur armorum.
Et si longior conpeditio emergit in angariis plurimum detinendi sunt pro-
culque habendi ab illecebris civitatis. ut eo modo et corporibus eorum
robur accedat et animis. Nec infitiandum est post urbem conditam romanos
ex civitate semper profectos esse ad bellum. Sed tunc nullis deliciis fran-
gebantur. sudorem cursu et campestri exercitio collectum. natandi usu
iuventus abluebat in tiberi. Idem bellator idem que agricola. sed genera
tantum commutabat armorum. Quod usque adeo verum est. ut aranti
quintio cincinnato dictaturam constet oblatam. quem trepida ante
boves. dictaturam constet oblatam. quem trepida ante boves induit
uxor. et sua aratra domum lictor tulit. Ex agris ergo robur exercitus
precipue supplendum est. Ut enim ait. nescio quo pacto morte minus
timet. qui deliciarum minus novit in vita. De militibus gloriosis qui mi-
3 Erubescunt forte milites gloriosi et liciae inutiles sunt. Capitulum
qui tyrasonem contemptu. potius vita et moribus quam professione
et nomine repudiunt. Hec armate militie munia que non tam ut eis
videtur disciplinam redolet militarem. quam ignominiose servitutis an-
gustias. In eo namque militarem constare gloriam estimant. si mundi-
ori splendeant habitu. ut tunicas suas vestes ne sericas sit perstringat
et torqueant ut quasi cutem decrusatam. aliis ne sinus obnoxiam
carnis faciant tollere. si gradariis equis insideant molliores si talamis
tute curvatione accto non cedant appollini et deliciis sint magis quam
virtute pinguesces. Ceterum si forte constiterint aciem. castrum thaidis
quam hannibalis. tutius expugnabis. Quisquis eorum in aula iactantior
est cum ad prelii discrimen accedit. Iacones duce fuga. tiruncu-
lum premittet ad pugnam. novissimos presidii causa subsequens. cum
funditoribus aliisque qui in hostem tela eminus mitte. quam manum con-
ferre volunt. Cum vero sine vulnere et cicatrice. quod frequentius evenit. do-
mum redierint. tunc exhausta canunt prelia in arte gravem. Illic eacides
illic tendebat achilles. et pingunt fluido pergama tota mero. Et quisque
mortes mille. circa tempora sua errasse gloriatur. Eorum de gloriam con-
ferre non potes. fabula fiet in annum centesimum protelabitur. Filii quoque
qui nascentur. et exsurgent enarrabunt filiis suis. Si hastas aliquot quas
admodum canna fragiles diligens in hereditate provocaverit quas fregerit
si aurum minimum calor ne alius. quo tunc ictu. casu ne adippeo concidit. hoc
garrula lingua si licuerit. memoriale faciet in seculum seculi. Isti pri-
mos recubitus sunt in cenis. et quotiens venatus ... de re militari tradi-
derit. epulantur si fortuna permittit cottidie splendide. otium que laborem
et exercitium. quem non numerabiles mortes ingerit. tunc et angue de-
terius fugiunt. et quotiens imminet difficultatis veniunt in subiectos fu-

terrum clipeos sic amant sic comant omnia instrumenta castrorum. ut
quelibet eorum non tam cultorem quam presidem martis credas. Cuius
istorum clipeus detrahatur aut galea spolia eius ipsum martem poterit
honorare. Quare ferrum suum et exercitium oportet habere milites. et quod
eos ornari non licet et de augusto qui filias suas fecit instituto institui
Egregie quidem scipio affricanus sicut in libro strate- in lanificio.
gematum julius frontinus refert cum scutum elegancius cuius-
dam vidisset ornatum dixit non mirari se quod tanta cura ornasset in quo
plus presidii quam in gladio haberet. Sed nec fastum illorum preferre potes. ni-
si fueris sapiencie grandioris. Itaque ut in epulas eorum non invideas nulla
modestia poterit cohibere. Quis octaviano augusto felicior aut maior
filios. et si non genuerit adoptavit. quibus et si sufficere posset. clarus
sanguinis ad gloriam. et bona hereditaria magis ad copiam quam ad usum. ea
tamen diligencia instituti sunt. ut si sua retinere vel aliena adquirere ne-
quaquam possint nisi per virtutem. Eos ergo ad gradum militarem. et
cursum et saltum fecit exercitari. usumque natandi. et cesim et punctim
feriendi et iaciendi missilia et lapides manu vel funda docuit. et qualiter
bellum omne. aut sustineri debeat aut inferri. Noverat enim prudentis-
simus et diligens imperator. quia quo semel est imbuta recens servabit
odorem testa diu. et quod non tantum celerius sed etiam perfectius imbuuntur
que discuntur a puericia. Deinde militaris alacritas saltus et cursus an-
ticipanda est et temperanda. quam corpus etate pigrescat. Velocitas
enim que percepta est. et firmata est exercitio. strenuum efficit bellatorem.
Nec multum refert si tota probitatis conveniant insignia. proceres sint
an stature brevioris. Utilius enim est milites fortes esse quam grandes.
Delectori suo fertur dixisse pirrus. Tu grandes elige ego eos fortes
reddam. Ad tumulum anthenoris dum ludos sollempnes grecia celebra-
ret. Tydeum capaneo prestitisse percelebre est quia maior exiguo reg-
nabat corpore virtus. De exercitio magni pompeii memorat salusti-
us. quod cum alacribus saltu. cum velocibus cursu cum validis vecte
certabat. Neque enim ille potuisset par esse sertorio nisi se et milites
suos frequentibus exercitiis preparasset ad prelium. Recedendi assultandi. insi-
liendi. ars non mediocris est. cuius beneficio illa servatur cautela. ut
miles ad feriendum immunis. sic insurgat in hostem. ut eidem ex aliqua
parte. non pateat ad plagam. Exercitium natandi per commodum est. tum
in terrestri prelio vel navali. quod tamen necessitas parit. neminem presumendum
sit. nec est preemptum quempiam. qui non didicerit aquis se expedire.
Missilium quoque usus est maximus quibus hostis eminus leditur
aut terretur. et exercitio eorum. lacertis robur accrescit. et iaculandi peri-
cia atque usus adquiritur. Hoc autem tanti exercitii. assidua meditacio consue-

bat · ut in tumultu bellico · uiliter viderentur intrepidi · qui in pace fue
rant · tam studiose instructi ¶ Filias quoque legitur · prefatus augustus
sic in lanificio fecisse institui ut si preter spem casus in extremam paupertate
fortuna protrusisset · uitam possent arte deductis facultatibus exhibere Nam
et nendi · texendi · et atium exercendi · vestesque formandi · fingendi · et com
ponendi · vestesque formandi · fingendi · et componendi · non modo arte
sed usum habebant · et consuetudine Utique qui omnia non indulgebat virginibus
nequaquam permittebat milites otiari · quorum professio instituta est ad labo
rem Nec credo cum · de molliori habitu militum gloriari · atque in seueriori
vi uultu · et honestiori habitu attendere solita non audebat ¶ Plutarchus bicen
quodam proemio · catonem commendat · et militiam romanorum adiciens inter
cetera · quod ei vestis fuerat pretiose · hirtam membra super romani more
quiritis · induxisse togam Quod profecto non diceret nisi durioris to
ge usus · deguiciore consuetudine pretessisset Sed modo qui mollibus vesti
untur · in domibus regum sunt primo magistris · et sic ad bella procedunt
quasi ad nuptias de albati ¶ Magnus antique militie · privilegiis se tu
entur quam in eo imitantur plurimum quod mira ignorant Et hoc quidem tole
rabile esset · nisi eque diuinas · et humanas contempsissent leges · ut
velis nolis · satiricum illud tibi frequenter occurrat Dinomaches ego
sum suffla · sum candidus esto Dum non deterius · sapiat pannucia
banas cum bene discincto cantauerit ozima verne Duo esse precipua que militem faciunt delectum scilicet et sacramentum
7 Ne me tamen putes
derogare militie · et initia perfunctorum in officia retorquere
ego patrocinium eius · quo me renitente suspicio et eam auctore deo
sufficientissime excusabo Professio namque tam laudabilis est quam neces
saria · et quam nemo vituperare potest salua reuerentia dei a quo est insti
tuta ¶ Veteris testamenti reuolue seriem · et inuenies ita esse ut dico
Nichil enim ad rem attinet · si isti preuaricantur · quibus eis lex militie po
sita non est · nec aliquis eorum · ut recte loquamur miles est · Lege libros tam
ecclesiasticos quam mundanos · quibus agitur de re militari · et manifeste in
uenies · duo esse · que militem faciunt electionem scilicet · et sacramentum ¶ Hec
enim duo · communia sunt hiis · qui spiritualem et corporalem militiam exercent
Hos enim ad ministerium altaris · et cultum ecclesie · vocat lingua pontificis
illos ad defensionem rei publice eligit lingua ducis De quibus officiis
latius quales · et qualiter ad alterutrum officium eligendi sint maiorum scrip
ta declarant Sed quia nunc secularis militia versatur in manibus ut rege
tius vendatus super electione militum audiatur Aut ergo in hoc totius
rei publice salus vertitur ut tirones non tam corporibus · sed etiam animis
prestantissimi delegantur Vires regni · et romani nominis fundamentum
in prima delectus et animatione consistunt Nec leue hic putetur officium
aut passim quibuscumque mandandum · quod veteres · non tam varia ge

genera virtutum principe constat esse laudatum. Iuventus cui tiro defe-
sio primitias in iniunget. et moribus excellere debet et viribus. Honestas
enim ydoneum militem reddit. et verecundia dum prohibet fugere. sepe facit
esse victorem. ¶ Quid enim prodest si exerceatur ignobilis si pluribus stipen-
diis moretur in castris. Nunquam exercitus profecit in tempore belli. cuius
in probandis tyronibus claudicavit electio. Et quantum usu experimentis que
cognovimus. hinc tot ubique ab hostibus illate sunt clades. dum longa
pax militem incuriosius legit. dum inutiles quique civilia sectantur
officia dum indicti possessoribus tyrones. per gratiam aut dissimulationem
probantur. tales sociant armis quales domi habere fastidiunt. ¶ A
magnis ergo viris magna que diligentia ydoneos convenit eligi iuniores.
Enim non diligens electio iudicio sit approbata signandi sunt. et ascri-
bendi sunt milicie qui ad eam inveniuntur ydonei. Nam et velocitas re-
quirenda est. et robur. et utrum armorum disciplinam quis ediscere valeat. et
an habeat confidentiam militarem. Plerique enim. quamvis non improbabiles
videantur in specie. tamen experimentis comprobantur indigni. Repellendi er-
go minus utiles et in locum eorum strenuissimi subrogandi. In omni
enim conflictu non tam prodest multitudo quam virtus. Singula explora-
da formanda. et promovenda dum utitur tamen opera quam indicium. Signa-
tis namque tyronibus. per cotidiana exercitia armorum est demonstranda
doctrina. ut levem armaturam. et gravem tiro item. et pelago. pedites sint. an
equites strenuum militem possint implere. Que mala proveniant ex ne-
glecto delectu militum. et qualiter Haroldus Walenses subegerit. Cap. 6
Sed huius discipline usus. in desuetudinem abiit aut coniventia
longe securitatis aut ineunte mollicie. et virorum animos fran-
gente luxuria. aut ignavia iuventutis. et inercia diuturni temporis ubi.
Quis enim inveniet. qui strenue docere possit. quod ipse non didicit. Nunc
patimur longe pacis mala. sevior armis luxuria incubuit. victumque
ulciscitur orbem. ¶ Antiquas et modernas revolve hystorias. et pla-
ne invenies. quia concussio preliorum armorum collisio clades hominum
et plaga terribilis. luxuriam semper aut comitatur aut sequitur. Ne lon-
ge petantur exempla. cum Walenses Britones irruunt. et iam protendunt
terminos suos. et egressi de cavernis suis latebris que silvarum. plana occu-
pant nobilium procerum. videntibus illis ipsis impugnant. expugnant.
et diruunt aut sibi retinent munitiones. eo quod iuventus nostra. que tec-
to gaudet. et umbris. nata fruges consumere in lectum dormiens scortati-
oni. honesta postponens officia. tota die infectus voluptate. citharam
lyram. et tympanum. et vocem organi. in conviviis magis agnoscit. quam
lituum aut tubam in castris. Inquid aut non fuit. aut crevit ducis elec-
tio. cessavit aut languit disciplina. Nam si manum conserere oporteat

in armatura levi · parum habent fiduciam nichil aut minimum alacritatis · Hec
itaque onerantur ut hostem sequi non possint illa quo armantur · ut
cum tanquam ad nullum expositi nequeant sustinere ¶ Depopulatur
ille fines nostros · dum iuventus nostra instruitur · et dum novus miles
armatur hostis evadit · et ut dici solet dum canis minxit tutas
latebras ingreditur lupus · Non est qui comprehendat abeuntem aut in-
sequatur hostem · eo quod impeditus nec sufficiat nec proficiat adversus ex-
peditum · Ille tamen non murorum fossarum nec petit presidia · sed locum quo
multi in eo sicut et sibi · et si non eque notus tamen accessibilis est
Utique tutus est ibi · quia miles meus · non in propria virtute · sed in presidio
confidit armorum ¶ Anglorum vetus narrat hystoria · quod cum britones
irrupcione facta · angliam depopularentur · a piissimo rege edwardo ad
eos expugnandos · missus est dux haroldus vir quidem armis streu-
nuus · et laudabilem operum fulgens insignibus · et qui tam suam quam
suorum posset apud posteros gloriam dilatare nisi meritorum titulos
nequicia patris imitans perfide · presumpto regno decolorasset ¶ Cum
ergo gentis cognosceret levitatem · quasi pari certamine milicia eligens
expeditam cum eis censuit congrediendum · levem exercens arma-
turam pedes incedens fasciis pectus et preduro tectus corio
missilibus eorum levia obiectans ancilia · et in eos nunc torquens · nunc
spicula nunc mucrone exerens sic fugientium vestigiis inherebat
ut premeret pede pes · et cuspide cuspis et umbo umbone repelleretur
Venit itaque tallem ingressus vastavit omnia et expedicione in
biennium prorogata reges cepit · et capita eorum · regi eum qui eum
miserat presentavit et usque ad internicionem puniens omnem masculum quem
invenire potuit interficiens · in ore gladii pacavit provinciam ¶ Le-
gem statuit ut quicumque britonum exinde citra terminum quem eis pre-
scripsit fossam scilicet offe cum telo inveniretur ei ab officialibus
regiis manus ex dextera precideretur · Adeo ergo virtute ducis tunc con-
fecti sunt britones · ut fere gens tota deficere videretur et ex indul-
gencia iam dicti regis mulieres eorum nupserunt anglis · Vides
ne quantum electio ducis · et exercitium iuventutis milicie conferunt

Nec pretermittenda tamen cura **Que sit forma sacramenti militaris · et quod sine**
religione sacramenti · ex antiqua **eo militare non licet · Cap ·**
lege · nemo milicie cingulo donabatur · Nunc sicut apud Iulium
Frontinum legitur · Lucio Flacco et Gaio Varrone consulibus · mi-
lites primo iure iurando facti sunt · Antea enim sacramento tantummodo
a tribunis rogabantur · Ceterum ipsi inter se coniurabant se fuge atque formi-
dinis causa non abituros · neque ex ordine recessuros · nisi teli petendi
hostis ne feriendi causa aut civis servandi · Et hoc dicebatur milicie
sacramentum quod et christianissimorum principum auctoritate firmatur

et usu ¶ Conceptio vero iuramenti teste vegecio huiusmodi est. Iurant
enim milites per deum et Christum eius et spiritum sanctum et per maiestatem principis
que secundum deum generi humano gratia diligenda est et colenda. Nam cum quis
legittimum accipit principatum tamquam presenti et corporali deo fidelis ei
est prestanda devocio impendendus pervigil famulatus. Deo enim vel
privatus vel militans servit cum fideliter eum diligit qui deo regnat auc-
tore. Iurant inquam se strenue facturos omnia que preceperit princeps
numquam deserturos miliciam vel mortem recusaturos miliciam vel mor-
tem recusaturos pro re publica. Cuius sunt conscripti milicie ¶ Cum
vero hoc prestiterint iusiurandum cingulo militari donantur et privilegiis
adeo quod obtinuit ut eleccio et sacramento militem faciunt ut sine electione
nemo constringetur aut iuraret sine iuramento nemo nomen
militis aut officium sortiretur ¶ In libro officiorum marcus tullius refert
quod pompilius imperator tenebat provinciam cuius exercitum filius Ca-
thonis tiro militabat. Cum autem pompilio videretur unam dimittere
legionem cathonis quoque filium qui in eadem legione militabat di-
misit. Sed cum amore pugnandi in exercitu remaneret cum secundo obligetur
sacramento et priore amisso iure cum hostibus pugnare non poterat
¶ Marci quidem cathonis senis epistola est ad marcum filium in qua scribit se
audisse eum factum dimissum esse a consule cum macedonia bello
persico miles esset. Monet igitur ut caveat ne prelium ineat negat enim
ius esse cum hoste pugnare in quo miles non sit. Ecce quia vir sapien-
tissimus militem non credebat nisi eum qui sacramento ad milici-
am convenerit. armatam miliciam ad religionem ex utilitate teneri
8
Sed eius iuramenti sicut illam que melioris divinis obsequiis con
verba revolue et invenies armaturam ad scribitur et quod miles
materiam miliciam. non minus quam spirituali exercitate sicut honoris
officii ad religionem et dei cultum arctari cum fideli ita et laboris
cum fidelitate et secundum deum principi debeat ab sequendo rei nomen est rei
publice pervigil famulatus. Unde quod predicti qui nec electi sunt nec
iurati et si militum nomine censeantur non magis in veritate mili-
tes sunt quam sacerdotes aut clerici quos ad ordines ecclesia non vocavit
Miles namque sicut laboris ita honoris nomen est. Nemo vero sibi
honorem sumit sed qui vocatur a domino de collato honore gloriatur
¶ Moyses et fideles populi duces cum hostes oporteat impugnare eli-
gebant viros fortes et ad bella doctissimos. Eleccione namque ista per-
veniunt. Cum vero non electus se ipsum milicie ingerit ipse gladium
provocat quem propria temeritate usurpat. In constitucionem ergo periculi
am incidit quia qui gladium accipit gladio peribit. Si vero in eo tiro-
cinii auctoritas recipitur is non miles sed sicarius recte nominatur

Nam in veteri scriptis sicarii dicuntur et latrones quicumque lege non pre
cipiente arma tractant. Arma namque quibus lex non utitur legem
impugnant. Duos gladios sufficere imperio christiano. cuius sacra
testatur hystoria. omnes alii eorum sunt qui cum gladiis et fusti
bus accedunt ut captivum capiant christi nomen eius delere cupien
tes. Illi ergo quid habent militis. qui vocati contra sacramento non obtempe
rant legi. sed in eo milicie sue gloriam constare credunt. si contemp
tibile sit sacerdotium. si ecclesie vilescat auctoritas. si ita dilataverint
regnum hominis. ut christi imperium contrahatur si laudes suas predicent et
se ipsos falsis preconiis mulceant. et extollant cum irrisione audi
entium imitantes militem gloriosum. Horum virtus in eo maxime elu
cescit. si clericum. et inermem miliciam. aut telis aut linguis con
fodiant. Sed quis est usus milicie ordinate. Tueri ecclesiam. perfidiam
impugnare sacerdotium venerari. pauperum propulsare iniurias. pa
care provinciam pro fratribus. ut sacramenti docet conceptio. fundere
sanguinem et si opus animam ponere. Exultationes dei in gutture eorum
et gladii ancipites in manibus eorum. Ad faciendam vindictam in nati
onibus increpationes in populis. Ad alligandos reges eorum in compedi
bus. et nobiles eorum in manicis ferreis. Sed quo fine. Nunquid ut furori. va
nitati avaricie serviant. aut proprie voluntati. Nequaquam. Sed ut facia
nt in eis iudicium conscriptum. in quo quisque non tam suum. quam
dei angelorum et hominum sequitur ex equitate et publica utilitate ar
bitrium. Ut faciant inquam quia sicut iudicum dictare iudicium. ita et
istorum faciendo exercere officium est. Utique gloria hec est omnibus
sanctis eius. Nam et hec agentes milites sancti sunt. et in eo fideli
ores principi. quo servant studiosius fidem dei. et virtutes sue. vir
tutis gloriam promovent. quo fidelius dei sui. in omnibus gloriam que
runt. Quod fides deo debita sit cuiuis homini preferenda nec servatur ho

9 Nec refert fideli quis militet mini nisi deo servetur. Sequitur
an infideli. dum tantum militet fide incolumi. Capitulum
Dyocletiano. et iuliano et aliis impiis leguntur militasse fideles et
eis in defensione rei publice tamquam principibus fidem exhibuisse
et reverenciam. impugnabant cum hostes impii. sed mandata dei servabant.
Si vero precipiebant temeraria legem deum homini preferebat.
Cedebant principes et accusabant eos illi contendebant in iustificationibus
domini constanter loquentes et agentes. sine confusione mandata eius
cum omni fiducia. David quoque militasse legitur alienis. et fidem et
reverenciam militantis complesse implesse. Hec autem cum milicie for
mula prescribenda est et implenda. ut deo primum fides debita. dein
de principi et rei publice nec principi fides servanda est contra deum.

sed cautela dum sicut habet ipsa conceptio militaris sacramenti. Unde plurimum miror si quis principum illis licet fidem quos videt deo suo tum ut certum tantum etiam sacramento militie obligati obligati sunt fidem debitam non servare. Quis nam morbo rationis laborat qui eum sibi fidelem fore credit, quem videt esse corruptum et perfidum in illum cui plurimum debet. Hic timet principem. Certe si fortior supervenit pretimebit et illum et amabit. Non est quo se vertat impius qui hominem deo prefert. Nequaquam servabit fidem secundo qui primo veritatem fallit.

Recte vero **De privilegiis militum et quod sacramento astricti sunt et que gladius offeratur altari. Capitulum** 10
militantium privilegia multa sunt que de iure antiquo latius patent. Nam et liberiores sunt et pluribus immunitatibus gaudent. ab angariis et parangariis et sordidis muneribus alieni. Iura quoque licenter ignorant et licet imperiti sint inter strepitus et pericula testari possunt, et a publica sollicitudine quod maximum est non permittuntur exire. Et in hunc modum plurima que longum est enarrare. Licet autem sint qui sibi non teneri videntur eo quod sacramento sollempni, quia iam ex consuetudine plerosque non prestat, nullus tamen est qui sacramento tacito vel expresso etiam non teneatur. Et forte ideo cessit sollempnitas iuramenti quia ad hoc quemque invitat et coartat necessitas officii et sinceritas fidei. Unde iam inolevit consuetudo sollempnis ut ea ipsa die qua quisque militari cingulo decoratur, ecclesiam sollempniter adeat, gladioque super altare posito et oblato, quasi celebri professione facta seipsum obsequio altaris devoveat et gladii, id est officii sui, iugem deo spondeat famulatum. Neque necesse est ut hoc profiteatur verbo, cum legitima professio militie facto eius videatur inserta. Quis enim in homine illiterato et qui magis arma debeat nosse quam litteras professionem exigit litteratam. Nam episcopi et abbates professione scripta vel dicta ad fidem et obedientiam videntur artari. Et verecunda artatur qua deo mentiri non potest. Licet hanc autem plus est aut non minus quod milites faciunt qui non codulam sed gladium offerunt, et quasi primitias officii redimunt ab altari. Unde etiam imperpetuum famulentur. Nam sicut eis pecunia plurimum, ita contra etiam licet nihil refert Lucas quod milites ut baptizarentur accesserunt ad Iohannem interrogantes quid faciemus et nos. Et ait illis: Neminem concutiatis neque calumpniam faciatis et contenti estote stipendiis vestris. Sed fidelis sermo et omni acceptione dignus, qui deceat per ambulationem gratie per arduae virtutis semitam prefectorem. Noverat enim animum militarem pronum ad nimias rapinas affectum, et cui numquam aut vix sufficiunt sua, quia appetat aliena. Concussione ergo prohibita conclusit nimias rapinas, quod enim eminant, conclusa calumpnia clamorem

quoque dampnavit dum precepit unumquemque esse contentum stipendiis
suis. Sicut enim dare est militie exigere non licet. tamdiu militat mi-
litie sue quis stante stipendia. et cum civitatis est pecunia vel alimenta quo
advocatis exigit de publico providentur.

Quod milites durius castigandi sunt qui militie lege et tempora privilegiis abutuntur.

11 Si vero contra prohibitionem Iohannis
et legittimas sanctiones. in furta dilabitur
et rapinas durius castigandus est. ut qui semper ferro
duraque tractavit. et ita cohibenda est audacia eius ut ipse ipso dis-
cat quanta animadversione ferendi sunt. qui legem impugnat quam sus-
ceperant defendendam. Sicut enim multis in immunitatibus et cum
nonnullis privilegiis militia gaudet ita acrioribus penis subdi-
da est. si sua demeruisse privilegia convincatur. Nec in ea sibi
parte prodest ignorantia iuris cum et si iura publica permittantur
suum tamen officium non licet ignorare. Licet enim sacerdos in or-
dinatione ordinis sui difficultatem ignoret eo ipso quod sine contradic-
tione oneris se succedit officio suscepti sacerdotii onera cogitur su-
stinere. Si vero negligit aut malignatur corripitur gravius. eo quod
maiori pena digni sunt hii. quibus cum multo debeatur honor si
aut occulto aut manifesto inveniuntur in crimine. Aliter tamen crimina
aliter puniuntur confessus. qui illa plerosque penam irrogant sanguin-
ius. Hec quasi medicinalem. pro qualitate delicti exigunt curam. Spa
no nunc simplex est. nunc quasi quidam acrimoniam infert. Utrumque
tum in professione disciplina utraque sit magis quam in clericis
et re militur. At res militaris que minus contractatur in spiritu.
actibus est corporaliter punienda. Nichil est autem quod utramque magis
impugnet. quam quod cuius intemperantia ordinacioni plurimum adversa-
Porro ubi ordo non est confusio locum habet. et nisi reprimatur
correctionis stimulo sine dubio ignominiam et necessitate importat.
Quod enim facit fortiter. quem luxuria et intemperantia non
tam exarmavit quam exanimavit. Quartus liber strategematicorum
Iulii Frontini refert quod Publius Scipio ad Numantinam corruptum superi-
orum ducum socordia exercitum correxit. dimisso ingenti lixarum
numero. redactis ad munus cottidiana exercitatione militibus quibus
cum frequens iniungeret iter portare complurium dierum cibaria im-
perabat. ita ut frigora. et imbres pati vada fluminum pedibus tra-
icere assuesceret miles exprobrante subinde imperatore timidita-
tem. et ignaviam. frangente quoque delicationis usus. et parum necessaria expe-
ditioni vasa. Quod maxime notabiliter accidit Gaio Iunio tribuno. cui
dixisse traditur Scipio. michi paulisper tibi et rei publice semper nequam
eris. Quintus Metellus bello Iugurthino. similiter lapsam militum dis-
ciplinam pari severitate restituit. cum vesci prohiberet alia carne quam

assa elixa ne milites. Philippus cum primum exercitum constitueret, ve-
hiculorum usum omnibus interdixit, equitibus non amplius quam sin-
gulos latrones habere permisit. Peditibus autem denis singulos qui mo-
las et funes ferrent. In estiua exeuntibus triginta dierum farinam col-
lo portare imperavit. Gaius marius recidendorum impedimentorum gratia
quibus maxime exercitus agmen honoratur, vasa et cibaria militis in
fasciculos aptata furcis imposuit, sub quibus et habile onus et facilis
requies esset. Unde proverbium natum est. multi milites. In aciem lisan-
der lacedemonius egressum via quadam castigabat. Cum dicenti ad
nullius rei rapinam se ab agmine recessisse, respondit. Ne speciem qui-
dem rapturi prebeas volo. Publius nasica in hibernis, quamvis clas-
sis usus non esset necessarius, ne tamen miles desidia corrumperetur aut
per licentiam ocii sociis inferret iniuriam, naves edificare instituit. Idem
quoque frontinus inter multa constantie insignia refert, quod cassilini
obsidente hanibale tantam inopiam perpessi sunt, ut murem venis-
se centum denariis memorie proditum sit, eiusque venditorem fame peris-
se, emptorem autem vixisse, et in tanta angustia fidem servasse romanis.
Petilini a penis obsessi parentes et liberos propter inopiam eie-
cerunt, ipsi coriis madefactis et igne siccatis foliis quoque arborum et omni
genere animalium vitam trahentes undecim menses obsidionem tolle-
rauerunt. Hyspani fabarenses omnia eadem perpessi sunt, nec tamen op-
pidum hirtuleio tradiderunt. Cizinum cum oppugnaret Mitridates,
captivos eius urbis produxit, ostenditque obsessis arbitratus futu-
rum ut miseratione suorum ad dedicionem compelleret oppidanos. At illi
cohortati captivos ad mortem fortiter excipiendam, fidem servare romanis.
Segloments cum a viriato his liberi et coniuges redderentur, preopta-
uerunt spectare supplicia pignorum suorum quam a romanis deficere. Numanti-
ni ne se dederent, fame mori preclusis foribus domuum suarum malue-
runt. Vicissent quoque romanos auctore orosio nisi illi sub scipione pug-
nassent. Quod varia animadversio procedit in eos qui duci non obtempe- 12
rant, et quibus debeat obediri, et in quibus mandatis locum habeat co a-
In eos vero qui ducis aut legis mmatis militaris quibus non. Cap.
non obtemperabant arbitrio varia animadversio procedebat. Nam a-
lii infortunia, infamia alii, alii in sanguine puniuntur. Frontinus de lege
et nos quoque ita esse invenimus. Nam aurelius cotta consul cum ad
opus equites necessitate cogente iussisset, eorumque pars de-
trectasset imperium, questus apud censores effecit ut a patribus nota-
rentur. Deinde obtinuit ne eis preterita era procederent. Tribuni quoque
plebis de eadem re ad populum pertulerunt, omnium quoque consensu stabilita
est disciplina. Quintus metellus macedonicus in hyspania quinque
cohortes que hostibus cesserant testamentum facere iussit, ad locum recuperan-

dium demisit in aciem [illegible]. non nisi post victoriam receptum iri. Senatus cum milites publii valerii turpiter fugati essent decrevit ne ei auxilia submitterentur nisi victis hostibus. hiis vero legionibus que primo bello punico militiam detrectaverant in siciliam velut relegatis per septem annos ordeum ex senatus consulto datum est. Appii claudii sententia senatus consultum. omnes qui a pirro rege ex hostibus capti et postea remissi erant. equites ad peditem redegit. ad levem armaturam. omnibus extra vallum iussis tendere donec bina hostium spolia singuli referrent. hic frontinus aut plinius asserit quia fuit hec quoque antiquitus animadversio militaris. iubere ignominie causa militi solvi venam et sanguinem dimitti. Cuius rei rationem. et si in veteribus litteris non poterit invenire. hoc tamen primo factum est opinor in militibus stupentis animi. et a naturali habitu declinantis. ut non tam pena quam medicina videretur. Postea tamen ob plera que alia delicta id factitatum esse credit per consuetudinem quasi minus sani videantur omnes qui contra officium delinquunt. ¶ Nam levioris culpe non erat ignominiosa animadversio. et sic nec illa pro rigore discipline militaris dissimulationi locum relinqueret. Veteres quoque grecos anulum habuisse in sinistre manus digito qui minimo proximus est. celeberrime traditur. Romanos quoque homines aiunt. sic plerumque usitatos anulis. causam quidem eius rei apion in libris egyptiacis dicit quod in sectis apertisque corporibus ut mos fuit. quas greci anatomas vocant repertum est quiddam tenuissimum nervum. ab eo uno digito de quo diximus ad cor hominis pertingere ac pervenire. Visum esse eum potissimum digitum tali honore decorandum qui continens et quasi connexus cum principatu cordis videretur. Unde et quasi pro cordis arbitrio sunt tradendos aut puniendos. qui in militari officio deliquissent. Ut redeam ad frontinum crassus a sempronio asello. et plerisque aliis hystorie romane scriptoribus traditur habuisse quinque rerum bonarum maxima et precipua quod esset ditissimus quod nobilissimus quod eloquentissimus. quod iuris consultissimus quod pontifex maximus. ¶ Is cum in consulatu obtineret asiam provinciam. et circumsedere. atque oppugnare leucas pararet opusque esset firma atque procera trabe. qua arietem faceret quo muros oppidanorum quateretur. scripsit ad magnum gnarum maiorem atheniensium sociorum amicorumque populi romani. ut ex malis duobus quos apud eos viderat uter maior eorum esset ei mittere procuraret. Tunc magnus gnarus comperto quam ob rem malum desiderasset. non uti iusserat maiorem. sed quem magis esse ydoneum aptioremque faciendo arieti facilioremque portatu existimabat minorem misit. ¶ Crassus eum vocari iussit. et cum interrogasset. cur non quem iusserat misisset. causis rationibusque quas dictabat spretis vestimenta detrahi.

iussit. unguis quoque multum reddit corrumpi atque dissolvi ictus. omne
officium imperantis si quis ad id quod facere iussus non obsequio debito sed
consilio non desiderato audeat. Quid queso amplius in monachum de-
tionis regule dictasset abbas severius. Anceo namque plus solo de-
liquerit. quod non paruerat mandato. et si forte res ipsa utilius esset
quod fieret. Nam sicut in religione degentibus. prelatorum mandata. dum pre-
ceptionem perpetuam non impugnant a subiectis non oportet discuti
sed impleri. sic in re militari cuncta mandata ducis nulla est contradictio
militaris. nisi forte quod precipitur compressum. saluti rei publice immi-
natur adversum. Nam in eo non obtemperat nisi perfidus et impius mi-
les. Quid enim iniquius quid detestabilius quam sine fidei reverentia
aggredi quodcumque dictaverit imperator. Rome apud omnes vox funesta est
et crudelis. plena quidem perfidie pectore si fratris gladium iuguloque paren-
tis condere me iubeas plene que in viscera partus coniugis. invita peragam
tamen omnia dextra castra super tusci si ponere tybridis undas. hesperios
audax veniam metator in agros. tu quoscumque voles in planum effundere
muros. his aries actus disperget saxa lacertis. Illa licet penitus tolli
quam iusseris urbem roma sit. Quid nequius dici potuit. et unde ma-
gis deberet. si fidelis esset romanus imperator offendi. In eo namque
prelatus miles fidei sive fidem facere studuit. unde se ipsum maxime
infidelem. et perfidum esse convicit. Magna quidem debetur reverentia du-
ci sed fidei religione servata. Quedam ita vitia sunt. ut mandatum non
conspectent. alia sic detestabilia. ut nullo umquam mandato admittat.
Media quidem que neque sunt vitia bona. nec detestabilia mala consis-
tunt in arbitrio presidentis. Velit nolit prefectus. contritate bonum
diligendus est deus. Velit nolit prefectus cum malicia iniquitatis est
adultum ad declinandum. At militare ut non militare egredi ut non
egredi, cetera quoque que philosophi indifferentia reputant. ad propositi diligentiam
et reverentiam spectant. In his ubi mandato presidentis oculum apponere
instar criminis est. aut contra scientia sua. ad cuiuscumque operis fructum
manum irreverenter extendere. Hic certus in hac parte subiectus ut vivat
quia quotidie quasi contraria distinctione ad arborem scientie quam
sibi et prelatis reservat deus. temerariam manum // irreverenter extendere
Hic certus in hac parte subiectus ut vivat. quia quotidie quasi
contraria distinctione. ad arborem scientie. quam sibi et prelatis reservat
deus // inserit laqueum mortis incurrit. Quid enim bonum aut malum
in talibus sit non licet iudicare subiectis. dum plena reverentia propositi
exhibeatur et fidelis obedientia mandatorum. Caveatur ergo in omnibus his

que ad statum publicum pertinent. nichil omnino temptare licet. nisi
ducis iussu. ut licencia quam ipse faciendo decreuit robo[r]em. Unde hyplero
quod qui ducum contempto. ut non expectato imperio congredientes cum
hoste rei publice uictoriam contulerunt. sepe non tam gloriam assecuti
sunt de uictoria quam de temeritate uel negligencia penam. Quid ergo merebitur
transfuga stationis ne desertor. si ex disciplina militari. tanta
seueritate corripitur triumphator. In strategematibus uero iulius frontinus refert
archidamum lacedemoniorum ducem dixisse. imperatorem exercitui potius timendum
esse quam hostem. eo quod in prelio dubiam mortem timuerant. eos stationem
relicta. certum manebat supplicium. Lucius papirius cursor
fabium rutilium magistrum equitum. quod aduersus dictum eius. quamuis
prospere pugnauerat. uirgis poposcit caesum securi percussurus nec conti
onem. aut precibus militum concessit animaduersionem. cum quod prefugiente
romam persecutus est ne ibi quidem. remisso prius supplicii metu. quam ad
genua eius. et fabius cum patre prouolueretur. et pariter senatus. ac
populus rogarent. Et ne eum credas hoc fecisse exodio preceden[ti]
manlius cui imperioso postea cognomen fuit. filium quia is contra edic
tum patris cum hoste pugnat pugnauerat. quamuis uictorem in conspec
tu exercitus uirgis caesum securi percussit. Sicut autem disciplina mi
litaris. sicut rei publice necessaria. ita omnibus graciosa. adeo quidem
ut manlius filius pro se aduersus patrem exercitu sedicione parante
negauit tanti esse quemquam. ut propter illum corrumperetur disciplina mi
litie et obtinuit ut ipsum puniri paterentur. Appius claudius eos hiis
qui loco cesserant. decimum quemque militem. sorte ductum fuste per
cussit. Fabius rutilius consul ex duabus legionibus. que loco cesse
rant. uiritanos sorte ductos in conspectu militum securi percussit. Idem
tuos exceruitus. quarum statio ab hoste perrupta erat. adduxit securi
Quintus fabius maximus. transfugarum dexteras precidit. Marcus cato
tradidit in furto comprehensis. inter commilitones. dexteras esse preci
sas. aut si benignius in reum animaduertere uoluissent. in principiis
sanguinem missum. Sedicio quoque seruium promouerit. ita tamen
ut pro arbitrio ducis imperia pariterque. seruitas. et quies rei publice
reformetur. Julius cesar orta sedicione militum paucas percussis
castra sedasse legitur. et fidem militiae reparasse.

13 Quare cingulo premuniuntur milites et quod exauctoratus non habet aliquid cum gladio telove commercium et quare gladius insertus est cingulo Capitulum

Et interdum ut ex delicto suo premuniuntur milites. militie cingulo
in hiis maxime ubi sacrilegia committunt. Ueteri namque iure
statutum est et nunc non est abolitum ut qui non seruato militie

sacramento religionem quam profitetur impugnat cinguli amissione
mulctetur. Fertur hoc edicto Iulius compescuisse militem suum, quando
urbem ingressis non licuit homines spoliare aut templa deorum, quod ei per
modum ingruescente seditione iniunxerant. Numinibus namque roma
nis cingulis quod irati impugnare non poterant quos sacramento militie
susceperant defendendos. ¶ Hic quoque Gaius civili bello dardanico cir
ca Durathium, cum unam de quinque legionibus seditiosam vidisset, eam
procedere iussit inermem, discinctamque in conspectu armati exercitus stra
menta cogit secare. Postremo autem die similiter fossam discinctos mili
tes facere. Nullis quoque precibus legionis impetrari ab eo potuit ne signa ei
us submitteret nomenque aboleret. Milites autem in supplementum aliarum
legionum distribuit. ¶ Non enim restituebantur qui meruerant prima
vi cingulo, antequam eos preteriis virtutum merita insignirent. Milites
quoque qui Cannensi pugna cedentes in Siciliam fuerant relegati postula
verunt a Marco Marcello consule ut in prelium ducerentur. Ille senatum con
suluit. Senatus quoque negavit. ¶ Placere sibi eis committi rem publicam
qui eam deseruissent. Marcello tamen permisit facere quod videretur, lege tamen
prescripta ne quis eorum munere vacaret, ne re donaretur premio aut
honore, aut reportaret in Ytaliam, dum peni in ea fuissent. ¶ Dum non
cingulo spoliati sunt eis nec cum procedunt nec sunt aliquando cum gladio
telo ne committitur. Ideo quoque prouida constitucione maiorum est gladius inser
tus cingulo, aut tollato honore cinguli potestas quoque ipsius gladii ali
quatenus intelligatur tollata. Et velicte cingulo decoratur ad militiam
quisquis accedit, qui cum expeditum esse ad munia rei publice officii
sui necessitas exigit. Accingi namque solet cum gerenda imminent, et cu
vatio datur licet esse discinctum. Unde illud in libro regnorum: ¶ Non e
quod glorietur accinctus ut discinctus. Cura sollicitudo laboris in iniunct
gliandi licenciam non admittit, et vacandi libertas et securitas quie
tis plerumque insolenciam parit. Cingulum ergo indicium est amoris labo
ris, labor honoris initium, ut liqueat omnibus quod qui laborem indictum
militie subire detrectat, honore gladii in militari cingulo frustra por
tat. Ipsius quoque cinguli cassa est significatio nisi fidem eius roboret
et solidet labor. Videas multos cinguli honore tumentes, sed nisi ho
norem laboriosa impleant vita, idem est ac si pro solida substantia
quis vendicet spumam. Profecto dignus est privilegium perdere qui
concessa sibi abutitur potestate. Abutitur autem vel non faciendo quod opor
teat vel faciendo quod fieri non oportet. Et cum utrumque sit malum ut
dicitur peccatum delicto gravius esse solet. Delinquit enim qui non implet

officiatur. Sed plane peccat quisquis peccat contrarium. Albo si quidem nigrum magis opponitur quam non album et tristicia leticiam magis impugnat quam spes aut timor, que neque in leticie rationem cadunt nec ei maxime adversantur. Et cingulo quidem abutitur tam ille qui non implet quod oportet contra militare sacramentum quam ille qui impugnat militie sacramentum. Delinquit tamen gravius qui impugnat sicut hostis verus ignavo milite odibilior est. Unde qui rem publicam et in eam manum militaribus armis impugnat iustissime contra auctorem tamquam ille qui signum hostilem induerit. Sed potentius omnibus divino et humano iure gravius feriuntur sacrilegi et hii qui variis perturbationibus impugnant ecclesiam dei, quibus lex non precasionem de posteriorum sed penam irrogat capitalem. Si patrocinium illorum assumant Tullius et Demostenes, si in defensione eorum linguam acuat et totius ingenii sui vires comparaverat Quintilianus, si iura ingesserit quod post diu in manu principis est fortunas eorum et capita, quin legitimis suppliciis feriantur tueri non poterunt. Verum si gladium suum adversus tales non exeruit principes proceresque, ipse ipsum procul dubio prostat gladium bis acutum, quem in ore suo gerit filius hominis, gladium utique qui unius et efficax est, qui corpus fodit et animam et mittit in gehennam, ad quem obtusus est omnis gladius, armatura armatura fragilis, fluida et infirma preter illam quam sola constituit gratia in honorem fabricatoris meritorum. Sunt tamen plurimi qui malorum clamore operum, quando militie consecrandi cingulum altari obtulerunt, videntur protestari eo se tunc animo accessisse ut altari ministris eius sed et deo qui ibi colitur bellum denunciarent. Facilius crediderim hos militie operatores quam ad legitimam militiam consecratos. Quod disciplina militaris plurimum prodest et quod militiam maiori me frangeret. Seq. Ca.

18 Porro unde necessaria est disciplina militaris, tamen quanta sit utilitas non facile dixerim. Ut enim notum est Romanis adeo fuit disciplina chara ut orbem sic subicerent dicioni. Alexander quoque Macedo originalem militarem suscepit a patre sed doctam, qua assuefacta militie ordinem tirorum aggressus innumeras hostium copias fudit. Xerxes a tribus Lacedemoniorum apud Termopolas vexatus, cum eos manu infinita plurimisque suorum amissis vix confecisset, in eo se deceptum dicebat quod multos quidem homines haberet, viros autem discipline tenaces nullos. Hoc equidem vere dixit quod et fuga illa testatur qua apud Salaminam turpiter victus, qui tot gentes in bella trahebat ut duces non possent facile numerari, vix una nave evasit. Fertur enim quod duces exercitus eius non consueverint pre multitudine aliter iniare quam singulis telis

receptis a singulis. ut communio telorum ducum quoque in metus teneret
Et autem dux. ipse quoque inutilis apud quem disciplina non viget
et frustra sperat victoriam. qui animos et manus militum assidue non
exercet. Miles subitus. subito deserit ducem. et laborem ferre non sustinet
quem continuus non exercuit labor. Cesaris animum fiducia roboravit quod ci-
ves erant adversus milites subito ductu incitatum. et qui longa pacis
quiete. didicerat ducem. Sed et in victoria desperatur ad spem vindicte eri-
gendus est animus. Est enim interdum sua salus victis nullam sperare
salutem. et ut se victores putent. si qui non moriantur multi. Magni na-
que minus loco est satiari ultione. et dispendium vite vindicte solacio
compensari. facile assumunt pugnandi necessitatem. cum fugiendi imponitur
difficultas. ¶ Audaciores sunt qui bellum inferunt et sepe aliis dum
honeste vivere quam mori cupiunt. feliciter vincunt. Audentes namque fortu-
na iuvat. et ut pugne discrimen imminet. degeneres animos timor
arguit quo nichil ignominiosius est. hiis qui nomen et officium militie
profitentur. Timidos namque gravissime lex militaris percellit. ¶ Duci
quoque in re militari diligentissime precavendum est ne nervus et nimia
pugnantia pectora frangant. Sepius enim vincat luxuria sed eos dum-
taxat quos ante corrupit. Eo quod studiosius fugienda est. quod in clientela
sua acerrime sevit. ¶ Antiochus tante luxurie et superfluitatis
instruxit comitatum. ut etiam gregarii milites auro caligas figerent pro-
culcarent quod materiam. cuius amore populi dimicant. Genus quoque par-
thorum sepissime superatur eo quod luxuriosissima est. Nam quicquid
ad eoos tractus undique teporem ibitur emollit gentes clementia celi.
Solent non in acie comminus preliari. sed quo ad possunt hostem eminus
ledunt. Obsessas urbes mora. et viribus nesciunt expugnare. Pugnat
aut procurrentibus igitur equis. aut terga dantibus. sepe etiam simulanti-
bus fugam. Signum hiis ex antiquo more. non tuba sed tympano datur.
Nec pugnare diu possunt. cetera intollerabiles essent. si quantus est eorum
impetus tanta esset perseverancia. Natura tacita ad faciendum. quam ad dicendum
promptiores. Inabium parca. fides dicti promissique nulla. Principibus metu
non pudore vel religione parent. principatus vero quem corrumpit luxuria
diu stare non potest. Aut si steterit. opprimente iudicio dei evomet quic-
quid in moderato luxurie hausit. Modum si quidem sui nescit nec ante in-
temperanciam respuit. quam condulgenciore licencia. in extremam turpitu-
dinem prolabatur. ¶ Assiriorum distincte plaga. et historiarum testimonio co-
gnosces. regna eorum impulsu luxurie esse subversa. Inter cetera refert Trogus
quod postremus rex assiriorum regnavit Sardanapallus vir muliere corrup-
tior. Ad hunc videndum. quod nemini ante eum permissum fuerit. prefectus

tum admitti magna ambitione egre obtinuisset. invenit eum inter
scortorum greges. purpuram colo nentem muliebri habitu. cum mollicie
corporis et oculorum lascivia omnes feminas ante iret. pensa inter virgi
nes partientem. Quibus visis indignatus tali femine tantum virorum
subiectum tractantesque ferrum et arma habentes parere
progressus ad socios. quid viderit refert. Negat se ei parere posse qui
se feminam mallet esse quam virum. Fit igitur coniuracio. Qua ille audita
in aulam regiam se recepit. Ubi extructa incensaque pira. et se et
divicias suas in incendium mittit hoc solo imitatus virum. Et
precedencium quidem regum robur a luxuria emollitum est. deinde per
singulos quasi per gradus invalescente mollicia in hoc tandem effemi
natum fractum et comminutum est. Imperium fere romanum exhaustum
est et diruptum. nerone imperante. Cuius gula fere omnia devoravit
maculavit libido exhausit avaricia. fregit inaudita luxuria. Cum super
bia consummavit. Hic nullam vestem bis induit. ut in aliquo ceteris sin
gulari gloria precelleret. Sed dum romam incendit. totum orbem fecit in
glorium. Quicquid aliorum quesivit industria. huius inercia fere amisit.

Romanos indisciplina preteritis vicisse et in eis pulcrum cesarem florisse preteritis. Capitulum sequitur

I. T. Sed tum omnium gencium
exempla vincebat disciplina romanorum. Preteritis licet thessis
quoque plurimum profuisse legitur disciplina. ut inpanatate sua finiti
mis superatis. cum romanis fausi sunt super imperio gencium dimicare.
Qui fere aut excitaverunt exercitibus eorum colligitur. Quibus adversus
romanos pugnaturis unus ducum ante aciem postulato silencio vos
inquit quiestis? Rursum est Romani gencium domini. Et ille Ita fiet in
quit si vos vinceritis. Tandem conflictu pugnatum est sed roma
ni vicerunt. et nimio plures et forciores viribus. et exercitaciores
usu multis tamen amissis suorum. eo quod eis collectaneos fuat adversus
prelium disciplinalis eruditum. Unde in tota re militari nichil utilius
nichil clarius duce eruditus. Nam virtus et industria ducis ef
ficaciam exercitus sicut publicaliter dici solet. quasi alta lance tempe
rat. Cesareos triumphos dicit dum procius quam exstitum vetustas
ascripsit ut cum solius ait quantum femme aut fortius inter
milites tantum inter duces ymo inter omnes homines cesar dictator
eminuit huius ductibus undecies centum viginti et duo milia
hostium cesa numeras adnotavit. Signis collatis quinquagies et bis
dimicavit. marcum marcellum solus superegressus. qui novies et tri
es. pari modo fuit preliatus. Adhec inquit celerius scripsit. nemo ve
locius legit. Quatuor eciam epistolas perhibetur simul dictasse. Benigni
tate adeo preditus. ut quos armis subegerat clemencia magis vinceret

Que militibus mala preemineant ab indisciplinatione. Sequitur Capitulum 16

Sed quid maiorum virtutem replico et veterum? Defecit etas mea et
fere ad nihilum redacta est. honoribus intumescit honorum nes-
ciens gradus vanitate nominum delectatur contempta rerum utilitate et fit
tu Aleator anceps. quo quia magis nitere stulta tenes et qui virilia numquam
tractaverunt sed neque nota. habuerunt officia tum ad ea pila lascivie. pilo sterne-
sitante tuteque conditione inordinata. tamquam inhabiles reprobantur. militie indument-
um pompilatum ducatur quia affectant se ductores et doctores polliceantur offi-
cii quod numquam didicerunt. Porro numquam impune sic virtus dilatavit
termines isti non sufficiant contrahere fines aut animos virorum enervare. Di-
uicijs non credis? ut opibus credere pudet dicere. quod dolor est et ignominia
sustinere. Dum armata nobis milicia stertit. dum alienam expugnant
pudiciciam suam prostituunt. dum nobilium circueunt domos. quoniam
explorant. ut epulentur cottidie splendide. dum ampullas proiciunt et
sexquipedalia verba sine terrore trucidantes Sarracenos et parthos
et si quid aliud hostili censetur nomine dum hoc faciunt milites gloriosi
incolumnis indomitus insolescit inermes britones intumescunt ipsos-
que qui dicuntur palatini comites. et regium sanguine gloriantur. fere ad
dedicionem compellunt. et quasi tributarios faciunt. Non est qui tu ces-
uelis manum conserere. aut qui uelit equo marte quid ualeant experiri. Ter-
mitti inermes ad campestria provocant. Sed inermes ad silvestria quia de
sua virtute diffidit nemo nostrorum prosequitur. Utinam memoriter tenuissent
quod de Cisalpinis Romana narrat hystoria tamus uba sunt hec. Fer. Ci-
salpinorum indoles animi ferarum corpora. plusquam humana erant. Sed
experimento deprehensum est quia virtus eorum. sicut primo impetu ma-
ior est quam virorum ita sequens minor quam feminarum est. Alpina enim cor-
pora humente celo educata. habet aliquid simile niuibus suis. cum mox
incaluerunt pugna statim in sudorem eunt. et levi motu quasi quo-
dam sole laxantur. Alibi quoque alpinarum gentium feritas. fatale. ut
per mulieres auditur. que deficientibus telis infantes suos afflictos
humi. in ora militum adversa miserunt. Si essent plane qui impug-
narent in rebellionis nostros procul dubio vincerent. Sed ut ait amentius
non est qui faciat facienda que fere prefati ultionica fortuna compel-
lit. Armatam provinciam. inermis imbellis quia barbaries aggreditur
et vastat. et qui domini sue esurit. milite nostro sedente de nostro saciatur
tur. et in nostro facit luxurie diem festum. Nequid enim non cedit mi-
les qui non repellit hostem irruentem. et imminentem. Si non nec amor
patrie nec rerum dampna nec salutis imminentis ab hoste dispendium
ut pudor stimulus virtute militie nostre excitare debuerit. tum iam in ex

nis et insolens malencis insultat. ¶ Tribulatur dici solet quod inscia
tua est. que agas. ut nullis de speratur. Ex si nulla exhortatione vinci non
possunt milites ad nullia mutari vel matres et uxores cedentium eos
urgeant ad virtutem. Istam aliud tale in ipsis hystoriis invenimus. Cum enim
irruentibus medis acies persarum pulsata in fugam ageretur et animo defi
ciens nec victorem respicere auderet. matres et uxores eorum passim ob
viam fugientibus currunt et mulierum densata acie orant ut pre
lium renouent. ¶ Nolentibus sublata veste obscena corporis osten
dunt rogantes. Num in uteros matrum vel uxorum velint refugere
Hac repressi castigacione in prelium redeunt. et facta impressione
quos fugiebant. fugere compulerunt. Utinam sic faciant uxores et
matres nostrorum marchionum. cum in quacumque occasione. patriam serveret
mollicie et labem pudoris amoueant. Nobis aurunculus esse exem
11 Ecce pla virtutum et quas civitates in ytalia condiderunt Brennus
quod autem nunc querimus. iam pridem secundum antiquas hys
preterijt et eo usque maiorum nostrorum virtus manavit ad alios torias
ut plenitudo divitis vene assumpte videatur. in rivulos defecisse. Nec
enim a romanis et grecis tantum nobis sunt exempla virtutis nec
et domesticis habundamus. ¶ Tradunt hystorie brennium ducem
senonum. qui exercitum romanorum apud flumen alliam confecit quam
que urbem romam incepit cepit et cesis patribus et subacta italia
inuasit greciam. vastans omnia vniversis que terribilis usque addelphi
ci appollinis templum. quod situm est in monte parnaso processit ipsi
us quod appollinis appetens spolia scurriliter iocatus ait locupletes deos
largiri hominibus oportere. ¶ Hunc itaque tradunt. de maiori britannia
que ab advenientibus saxonibus in insulam appellatur anglia oriundum. Apud
tragum pompeium in vicesimo reperitur. quia senones galli commilitones
brenni cum in ytaliam venissent. thuscis a suis sedibus expulerunt
inca condiderunt urbes egregias. mediolanum cumam brixiam vero
nam pergamum tridentum atque vincenciam. Nam quod urbem senensium se
nibus suis et valitudinarijs armentarijs que construxerunt non modo
fides hystorie sed celebris tradicio est. Ecce quidem validior quam senen
ses. et lineamentis membrorum et venustate faciei. et coloris gratia
moribus quoque ipsis ad gallos et britones a quibus originem contraxe
runt videntur accedere. ¶ Licet eos vetustas temporis orbis plaga. situs
regionis conuictus finitimorum quibus sanguine. et moribus diu per
mixti sunt ex magna parte mutauerit. Candidum tamen colorem gal
licum candorem scilicet. hec omnia aduenticias similitudines exterminasse suf
ficiunt. Greci namque lac galac dicunt. unde et galaxias lacteus ap
pellatur et galli quasi colore lactei. Et galathe. qui quoque dicti sunt

gallogreci in finibus grecie quos gallorum multitudo occupavit. Cum au-
sit autem exercitus ille brenno duce triumphator et semper invictus do-
nec insurgere ausus est in deos. ipsum appollinis delphicum invaderet
templum. Ubi cum incole dei opem suppliciter implorarent implorarent
iuvenem super humanum modum insignis pulcritudinis. in delubri
culmine conspexerunt. Auditus est etiam stridor arcus et strepitus
armorum. subito etiam terre motu pars montis abrupta gallorum stra-
vit exercitum. Insecuta inde tempestas est que grandine et frigore
saucios absumpsit. Dux ipse brennus cum dolorem vulnerum ferre non
posset pugione vitam finivit. Nec moveat quemquam ut dictum est in
templo visum esse appollinem adversus invicti audaciam cohercendam
delendumque exercitum. qui permittente deo exigentibus culpis homi-
num multas delevit naciones. cum certum sit aerias potestates per licen-
ciam nequicie sue exercere in illos qui sane fidei expertes sunt et vere
religionis ignari. His namque gratia subtrahitur. datur que malig-
nis spiritibus licencia nocendi. cum nisi domino permittente. omnino
nocere non possint. nec si velint et sicut evangelico docet testimonio
Ne nisi impetrata licencia non audeant aut queant intrare inge-
gem porcorum. Exempla veterum hystoriarum. et quomodo rex henricus 18
secundus tempestatem et procellas regis stephani sedavit et paca-
Et quia brenni hystoria alicui forte. vit insulam:
nimis remota videbitur. addemus ostendendam virtutem gentis
tum non nature. sed doctrine exercitium ars et forte dux dei est. accedo
propius et ea que fere sunt omnibus nota compendioso sermone propo-
nam. Hemmyngus quanta virtute anglorum dacos. danos ne fuge-
rit motus que compescuerit noricorum. ut exeo perscriptum est. quod abegre-
gie virtutis merito qui ibidem potent et patent exstant. cancia-
ni prime cohortis honorem et primos congressus hostium. usque in ho-
diernum diem in omnibus preliis obtinet. Pro vincia quoque scenara q
moderno usu et nomine abincolis wiltesium vocatur eadem iure
milia. Ad tempora mea descendo. Rex anglorum qui ruffus cogno-
minatus est armis quidem strenuus. sed parum religiosus. et qui per-
secutione sua et presertim sancti anselmi cantuariensis. speculum
invidie. quo suffocatus est. ipse insilis est pronacasse. Is eius
ceno manum expugnavit comitem cepit. nec tamen dignatus est
eum carcerali custodia mancipare. tanto que opere attestabitur impre-
tum. mons barbatus aut si alio nomine seu tempore malueris dicat-
mons barbarus aut barbarorum. Tusco ad successorem eius henri-
cum inclitum regem qui leo iusticie appellatus est. que sicut pri-

liquet notum est non modo urbes sed turres gallie innumeras. Sed
quomodo regem Francorum eo iusso prelio fregerit et fugaverit. et quam
preclare est. et victorie illius in utroque regno que publicis prelio
inite fuerunt. plurimi testes extant. ne replicare notissima tedio su
sit. sileant preterea Normannorum duces viros bellicosissimos armis stre
nuos. qui Ierosolimam liberatam reddiderunt sub umbra nominis. quomodo
cepit alienum regem impressus in nos referre supernaturaliter tredo tu
tamen estimatione dignitatis et sanguinis [illegible] publica. Sic ita
proceres. alii capti alii incarcerati alii exheredati in hodiernum diem ¶ Testantur hoc Normannorum
et sepulcra capti ducis apud nos. Sed
plura. nepos illius totus cui. si tollatur iam gratie virtutum in fine
coheserunt merita regum optimus apud britannias normannorum et
aquitanorum. dux felicissimus. et primus tam amplitudine rerum
quam splendore virtutum. quam strenuus quam magnus magnificus
quam prudens et modestus. ab ipsa ut ita dicam infantia fuerit. nec
ipse livor silere aut dissimulare potest. cum opera reverencia et manife
sta sint et a britannicarum finibus. ad hyspanie limites virtutis sue
protenderit et continuaverit titulos. Sed alacrit ingenium. et rerum pru
dencia. velox ante pilos venit. dicenda tacenda que callet et potius
est ingenio modo prefige terra. Volens namque deus. gentis perversitatem
terris punire maliciam rupto fede. que iuramento procerum. cum filia
leonis iustitie firmatum fuerat nonnorum prefecit sublimari favore
et in regno alieno. regnare hominem contemptorem boni et equi. cuius
consilium infatuatum est. ab initio. cuius causa in iniquitate. et per
fidia fundata est. negligentem discipline ut eo non tam regnante
quam conniuente et collidente clerum et populum prostraverunt omnes ad om
nia. Sed censura namque iniquis vivis erit. ¶ Invadens ergo regnum. exhe
davit conclusit dominum. propinquo quod si fides esset in homine. et
detestatorem mortis et conditate iuramenti sibi fuerat moriendum.
Vicinas studuit corrumpere nationes cum principibus matrimonia con
traxit et amicitias ne quo dei beneficio. parvulus qui adhuc vagi
ebat manus ad paternas non hereditatis posset accedere. Plurima quidem
adversus innocentiam machinabatur sed in omnibus hiis mentita est ini
quitas sibi. Eo quod innotuit quia deus verax est quod fidem quam deo
suo domino quam tenuit non servavit. eam nequaquam recepit in subiectis.
¶ Eadem namque mensura remensum est ei. qua ipse aliis prius mensus
fuerit ac si omnes apud Eumenidas didicissent neque dedi neque do infi
deli unquam fidem. Sed cum multa male pauca bene illud quod pessime
egit quod in contemptum dei in scriptos eius manus iniecit. non sine no
ta perfidie et proditionis. qui nefarii operis mentem continuavit apud

anus ut ad curam eius quo inde nemo scitur accedet. Non tamen so-
los et si primos ad primicias sui cepit episcopos sed omnibus quos suspectos
habuit proditionis sue tetendit insidias. Et in captione episcoporum initium
malorum fuit. et ab ea die non defuit gladius lateri eius. et facta sunt
semper novissima hominis deteriora prioribus. ¶ Quid multa? Iudicibus eius
multiplicata sunt mala interea. ut si quis ea sinuatim recenseat hy-
storiam Iosephi possit excedere. Nunc tamen se illis primum virtus oppo-
suit. et sera ante etatem. aut minimus militare sit malignantium impe-
tum fregit ut Theodosius minore quem hystorie conscribunt Alexandro
quemque dictus sit non esse. et utrumque numquam numerum inferior. Nec mora
ingressus adolescencie annis inpubes adhuc militiam aggressus est
multoque ferociori. et fortiori. manu divini auxilii hostium cornua con-
tudit et fregit. Statim quod insurrexerunt in eum reges Francorum et An-
glorum collectis viribus suis et utrosque in manu hostis Eustachius
ille socius regis Francorum qui proprium agens causam. non tam pa-
tri quam sibi paternum dyadema confirmare nitebatur. Et eos quidem
non modo viriliter ut Ptolemeus in sustinuit sed ex maxima parte
potenter superavit. ¶ Unde tactus dolore cordis intrinsecus Eustachius
quem predixi. quia in vita optimum fecit rebus compendium expiravit quem
letantibus bonis et publice fortune congratulantibus. quod hoc fla-
gellum aliud patrie imminebat. Inserunt ambubaiarum collegia pharma-
copole mendici mimi balatrones. hoc genus omne. ¶ Nec ta-
men obitus eius glorie ducis uno quicquam detraheret. dedicionem
contremisce. minimus subsidium cum patre venerat in manum valida
et numero ampliori in unus armatus. militum instructus copia. su-
stinuit presens et vidit. Dux autem consilio virium commonitus in-
castro. quod rex munierat et regis copias suum. sed longe minore exercitu
inieceit. Nec tamen hoc alienigene ascribebant viribus suis nisi pre-
cipue militie nitebatur. Ad hoc demum exigentibus culpis perductus est
qui regnum occupaverat ut cogeretur exheredare filium et duci cedere
regni successionem. et totius regni proceres. et militiam fidelitate pre-
stita obligare. tunc se ad obsidionem Chinonis. quia ibi Anglos et Nor-
mannos quos iam multiplex confederatio vinxit. pericula nos et
magis strenuos in captione castri constitissem constitisse nullus ignorat.
Nam siles de Nanneto. et toto minoris Britannie quamvis grandis pro-
vincia sit comitatu qui rebellis esset in hodiernum diem nisi robur
gentis Anglorum esset formidum. Hoc primum autem inclitus aut amore seu
virtute allectus inclitum eum illustris Blesensium et Carnotensium
comes. castra que pupillaris etatis tempore amissa fuerant duca-
tui Normannorum restituit. Longum est si inclita gesta tanti principis

eminentiam contendam. que sicut omnibus ad imitandum necessaria est. ita plene de-
scribere impossibile. Nec ego viribus meis arrogo. in quo si inopia
precedentis gratie tirocinii sibi dum successerunt propria sudare pote-
runt orosius egisippus et trogus. Certum adolescentie exitus. aliqui-
bus suspectus est et ultima frustra ab omnibus timeatur. De honore mi-
litibus exhibendo. et modestia indicenda. et qui militie artem tra-
19 Quid maiores mei diderunt et qualia quedam precepta conscripserunt ad com-
mendacione gentis quam de natura constat esse laudabilem. Quis
ingenuus eam ad quecumque vellet applicari dixit esse ydoneam. et prefe-
rendam aliis nisi levitas impediret. Et sicuti hannibal negabat pos-
se vinci romanos nisi in patria sua. ita et hec dum peregrinatur invin-
cibilis est. Nam in sedibus suis facilius expugnatur. Hoc autem forte
commune habet cum ceteris gentibus insule britanniarum atque ytalie. Si
non recte fuerint instituti. et doctrina exercitacione firmaverint. honorati
incedant habeantur patrie defensores. utantur cultu. qui tamen viros
deceat nam cultus lascivior. nec in muliebri sexu vitio caret aut
nota. Crebro namque compertum est imbellis militie lascivientem et
splendidum apparatum. non tam civibus conferre victoriam quam
hostes invitare ad predam. Unde et hannibal cum apud regem
anthiochum moraretur causa profugii facetissime cavillatus est re-
ge ostentante exercitum insignibus aureis et argenteis florentem in-
ducentem currus cum falcibus et cum turribus elephantos et
amicum equitatum frenis ephippiis monilibus ac faleris prefulgentem.
Cum ergo rex contemplacione tanti. ac sic tam ornati exercitus glo-
riabundus hannibalem aspexisset. putas ne inquit satis esse romanis
hec omnia. Tunc prenus eludens ignaviam imbelliamque militum
eius preciose armatorum. plane inquit satis esse credo. et si romani
avarissimi sint. Lepide quidem et acerbe. Nam rex de numero
exercitus et de estimanda equiparatione quesiverat et illum liquet
respondisse de preda. Deinde denique si naso a malicia artis sue arcet
et iubet esse procul iuvenes ut femina comptos quos credat eos
ad robustam miliciam admittendos. Opifices artium singulares id
vero suarum preciis ornamentum ornant. a quibus se sciunt preciosius ho-
norari. Unde liquet milites oportere armis. quam vestibus nitidiores
esse. Eneas ad igitis gemmas ad ensem iuncto ad pocula legitur tri-
tulisse. Machabeos quoque constat clipeos inaurasse. et ex fulgore
eorum fortitudinem gencium dissipatam. Eos tamen credibile est veste
communi fuisse contentos. Nichil est quod minus deceat militem. quam cul-
tus mollior et delicie vestium exquisite nisi forte cum trasone ad
munitionem tardis expugnandam venerit de noviciis miliciam suam. mar-
te contempto. Sordes quoque vitande sunt. et mediocritati que aureo

medit tirunculorum iugiter incedendum insistendum. Hoc autem nolo ut persua-
sum mentibus. si contrahatur virtute non deesse que tamen frequenter inva-
dit. si non disciplina firmatur. Artem namque rei militaris Lacedemonii
tradidisse dicuntur. Unde et Hannibal Italiam petiturus Lacedemonium
quesivit doctorem armorum. Qui desiderat pacem preparet ad bellum. Qui
victoriam cupit diligenter imbuat milites. Qui secundos optat eventus di-
micet arte non casu. Nemo provocare nemo offendere audet. quem scit supe-
riorem fore si pugnet. Athenienses unum preceptis mandasse militaribus prosa
locuntur annales. Milites nondum eruditos exercitio et labori iugiter assuescat.
Nam hec solent in castris sanitatem. et in conflictu prestare victoriam. Pedes
etiam tradiderunt in peditibus robur consistit exercitus. et parum aptum
esse militie qui nisi eques sit pugnare non novit. ¶ Nunquam vel exerce-
ri vel ad pugnam vocantur quibus tamen stipendia non procedunt. Si enim
subtrahas alimenta. tibi miles obsequium negabit aut fidem frangere.
enim hec dici solet. pugnat intus et hec sola que tutissima videntur
expugnat. Respicit plebs ieiuna timere. Si vero alimenta processerint
nunc timore pene. nunc premiorum spe ad officium incitetur. Erunt ubique
tempi doctores. et militarium exercitiorum magistri. et hys temporibus eius pro-
ueniunt. et videbis imbecillem gentem. in id virtutis esse reductam quo
vigebat quando maximus imperatorum. Iulius Cesar tota quesitis
cedit terga Britannus. Sed et deliberationes castrenses fictitie tamen
frequentius agitentur. ut in hys exercitatus miles tum novitates. et expe-
gerit quid maxime expediat sciat eligere. Si vero res sint seria. lateat
militem eo quod militare preceptum est. quid fieri debeat tractato cum mul-
tis quid non facturus sis. cum paucissimis et fidelissimis. vel potius
ipse tecum. Raro enim manet absconditum. quod ad noticiam multitudinis
venit. Militaria quoque precepta et exempla. strenuorum in moribus sepe
referenda sunt ut hys. ad scientiam instruantur illis accedantur. et animentur
ad virtutem. Verum tamen propositum meum est rei militaris. hic artem tra-
dere. que quidem maxima est. et pernecessaria. et sine qua ut verbis Plu-
tarchi utar. mancus quilibet. intelligitur principatus. Verum si quis edis-
cere voluit. Adeat Catonem censorium id est legat et illa que Cornelius
Celsus que Iulius Iginus que Vegetius Renatus. cuius eo quod elegan-
tissime. et diligentissime rei militaris artem tradidit. hec exem-
pla perstrinxerit plura inserui. legat inquam. que isti posteris perscri-
benda duxerunt. Hoc tamen in animo arcius utilitate versatur ut
nequaquam preceptis exercitium desit. Nam sicut ait Vegetius. in unam-
quamque rem dare precepta facillimum est. sed eam efficaciter exequi labo-

notissimum est. Nam et Tullius inspector eloquentie ad herennium scribens de arte dicendi asserit eam scilicet inefficacem et inutilem esse sine usu et exercitatione dicendi. ad omnes artes arbitror differendum. quale enim non firmant usu. nec exercitio roborant. Adeo quidem ut si artem usumque disiunctos utilior sit usus expers artis quam ars. que sui usum non habet. Nam et dauid in funda et lapide quorum peritiam et usum habebat allophilum strauit et in baculo suo aggredi ausus est uirum uirtutis terribilem et bellatorem ab adolescentia sua. reiecit quia loricam regiam et arma quibus exercitatus non fuerat. ratus omnia esse impedimento militie. quorum usus exercitatio non firmatur. Ceterum sicut ars sterilis est usus ignaua. sic et usus infructus est. qui ex arte non prouenit. Est ergo singulorum maior cura. qua reluctante. et ut dici solet. inuita minerua nichil recte aggredimur. Progressus ab usu ab arte perfecto. si tamen iugi exercitatione fuerit solidata. Obtinet hoc in liberalibus ciuilibus. et mechanicis. aut si que sunt quarum nondum audiuimus mentionem. ut ars inefficax sit. sine usu et usus temerarius sine arte in militia. ergo sine arte inscius est in officiosus sine usu. Unus tiro qui miles esse voluit. perdiscat artem eamque usu et exercitio firmet ut tum electus fuit et militie sacramento asscriptus rei publice. et sibi utiliter militet. et non sit prout plutharcus ait. manus mea manca. Hijs enim ulnis in institutione tironum. nominisse usus est. Tum a manibus prolapsus est ad pedes. Quoniam ergo eum et ipse sicut ait. quasi fessos pedibus faciamus ut non offendatur ad lapidem obicem uel alium quem multiplex ingerit casus.

20 Qui sunt pedes rei publice. et de cura rei impendenda Capitulum

Pedes quidem qui humiliora exercent officia appellantur quorum obsequio totius rei publice membra per terram gradiuntur. Inter hos quidem agricolarum ratio vertitur qui terre semper adherent siue in sationalibus siue in consitionibus siue in pascuis siue in floreis agitentur. Hiis etiam aggregantur multe species lanificii artesque mechanice que in ligno ferro ere metallis quam uariis consistunt. Similes quoque ab seruiles occupationes et multiplices victus adquirendi. uite que sustentande. aut rem familiarem amplificandi forme. que nec ad presidendi pertinent auctoritatem et in uniuersitate rei publice usquequaque proficiunt. Hec autem tot sunt ut res publica non octipedes cancros. sed et centipedes pedum numerositate transcendat. Et quidem pre multitudine numerari non possunt cum tamen non infinita sint per naturam. sed quia tam uarie figure sunt ut nullus umquam officiorum scriptor in singulas species eorum specialia precepta dederit. Verumptamen quod generale est omnibus et sin

gulis procuratur ut legis sue limites non excedant et ad publicam uti-
litatem omnia referant. Debent obsequium inferiora superioribus que omnia
eisdem vicissim debent necessarium subsidium providere. Unde Plutar-
chus ea dicit in omnibus exequenda que habilioribus i. multitudini pro-
sunt. Nam privatus semper pluribus cedit. Ea ergo causa instituti
sunt magistratus et a subditis munere compulsentur ipsa quoque res publi-
ca quam illorum officiis talacietur. Est enim quam descalciati quando mi-
noris exponunt quo nichil potest ignominiosius esse gerentibus magistra-
tum. Afflictus namque pedibus quam principis podagram arguunt et con-
vincit. Tunc autem totius rei publice salus incolumis perdurat quod certe
si superiora membra se impendant inferioribus. pari iure respondeant
ut singula sint quam aliorum adminicula membrorum. et in eo sibi quisque ma-
xime credat esse consultum in quo aliis utilius noverit esse perfectum.

Rem publicam ad nature similitudinem ordinandam et ordinem ab apibus imitandum. C. 21

Scripserunt et de re publica et si diverso modo
Cicero et Plato. Cum alter qualis esse debeat disserverunt
alter qualis sint a maioribus instituta. Hanc tamen utrique et insti-
tute et instituende prescripsit formulam ut vita civilis naturam
imitetur quam optimam vivendi ducem sepissime nominamus. Alioqui
non modo incivilis sed potius bestialis et bruta vite tempus tenebit. Hec
sit autem nature institucio ipsa racionis experiencia monstrare suf-
fecerit. Poetarum doctissimus Virgilius. ad quem Plutarchus. sum des-
tinat Traianum ut civilem vitam ab apibus imitetur. admiran-
da canit levium spectacula rerum. Sole communes natos consorcia
tecta urbis habent magnisque agitant sub legibus evum. Et patri-
am sole certos novere penates. Venture que hyemis memores estate
laborem experiuntur et in medium quesita reponunt. Namque alie victu
invigilant. et federe pacto exercentur agris pars intra septa domorum
narcissi lacrimam et lentum de cortice gluten. prima favis ponunt fu-
damina. deinde tenaces suspendunt ceras. alie spem gentis ad-
ultos educunt fetus. alie purissima mella stipant. et in liquido di-
stendunt nectare cellas. Sunt quibus ad portas cecidit custodia
sorti. inque vicem speculantur aquas et nubila celi. aut onera ac-
cipiunt venientum. aut agmine facto. ignavum fucos pecus a presibus
arcent. Fervet opus redolentque thimo fragrancia mella. Cum velu-
ti gentis ciclopes. fulmina massis. cum properant alii taurinis follibus
auras accipiunt. redduntque alii stridencia tingunt era lacu. gemit
impositis incudibus antrum. Illi inter sese magna vi brachia tollunt
in numerum versantque tenaci forcipe ferrum. Non aliter si parva licet

componere magnis cecropias innatus apes amor urget habendi mu-
nere quemque suo. Grandevis oppida cure et munire favos. et deda-
la fingere tecta. At fesse multa referunt se nocte minores. crura
thymo plene. pascuntur et arbuta passim. et glaucas salices casiam-
que crocumque rubentem pinguem tiliam et ferrugineos iacinctos.
¶ Omnibus una quies operum labor omnibus unus. Mane ruunt portis
nusquam mora. rursus easdem easdem vesper ubi e pastu tandem decedere
campis admonuit. tunc tecta petunt. tunc corpora curant. fit so-
nitus mussantque oras et limina circum. Post ubi iam thalamis
se composuere. siletur in noctem. fessosque sopor suus occupat ar-
tus. Cum a stabulis pluvia impendente recedunt longius aut credunt
se se advenientibus euris. sed circum tute sub menibus urbis aquantur
Excursusque breves temptant. et sepe lapillos ut cimbe instabi-
les. fluctu iactante saburram tollunt. hiis sese per inania nubila
librant. ¶ Illum adeo placuisse apibus mirabere morem. quod nec con-
cubitu indulgent nec corpora segnes in venerem solvunt aut fetus
nixibus edunt. Verum ipse foliis natos. et suavibus herbis ore legunt
ipse regem parvosque quirites sufficiunt aulasque et cerea regna re-
figunt. sepe etiam duris errando in cotibus alas atque ultro quoque ani-
mam sub fasce dederunt. Tantus amor florum et generandi gloria
mellis. Ergo ipsas quamvis angusti terminus evi excipiat neque enim
plus septima ducitur estas. at genus immortale manet multosque
per annos stat fortuna domus. et avi numerantur avorum. ¶ Preterea re-
gem non sic egyptus et ingens lidia. nec populi parthorum aut medus
ydaspes observant. Rege incolumi mens omnibus una est. Amisso
rupere fidem constructaque mella diripuere. Ipse etiam cratis solvere
favorum. Ille operum custos illum admirantur. et omnes circumstant fre-
mitu denso. stipantque frequentes Et sepe attollunt humeris et
corpora bello obiectant. pulcramque petunt per vulnera mortem. Hec pu-
blice omnes auctores pertinere vero publicarum rerum hic hystorias in-
ta civilis tibi vectius et elegantius nusquam occurret. Esset quoque
procul dubio beate civitatis si hanc sibi vivendi prescriberet for-
mam.

Quod sine prudentia et sollicitudine. nullus magistratus subsistit incolumis nec res viget publica cuius caput infirmatur.

ZZ Poca quoque venabilia si apium insistant vestigiis. via com-
pendiosissima et expedita proficiunt ad vitam. Unde apud
maronem fundamenta cartaginis et eorum collacione beate urbis an-
fiduciam potius admirari. Cum namque laborem cunctorum agnoscis. et
memines aeneam ipsam quoque reginam. cuius ope civitatis structura con-
surgit et si laboris inferiorum manus suas nequaquam inmisceat ocu-

los tamen impendit operi et totius mentis exercitia sollicitudinem. Ne-
modo res publica non procedit, sed nec minima consistit domus. Un-
de in commendatione Ulixis Homerus et Cominem docet semper prudentiam
assumpsisse, quam ritu poetico Minervam nuncupavit. Imitator quoque illius
Maro virum insignem armis et pietate describens, et quem dignum cen-
suit ut patriam faceret Romanorum, ei in rebus gerendis omnibus Achatem
sociavit, eo quod sollicitudo prudentie que gerenda sunt rectissime pro-
movet, et viro circumspecto sic negotia sepe procedunt, ut nullis in-
sidiantium dolis impediatur, et quasi invisibilis via gerendorum non publi-
cata ad finem intentionis pervenit destinatum. Eleganter equidem
cum nec res militaris nec pietatis opus sine sollicitudine et pruden-
tia valeat exerceri, fidelis utique contractus est, cum sollicitudo pruden-
tie sociatur, quia et ingenium perspicax retunditur ocio et sollicitudo
non proficiat nisi divitis vene fundamento nitatur. Alterius sic altera pos-
cit opem res et coniurat amice. Sed cuiuslibet rei quibuslibet recta initia
non procedunt Minerva recedente. Precedat tibi poeta Mantuanus
qui sub ymagine fabularum totius philosophie exprimit veritatem.
Attende ergo nonorum civium diligenciam. Qualis apes estate nova
per florea rura exercet sub sole labor, cum gentis adultos educunt fe-
tus, aut cum liquentia mella stipant et dulci distendunt nectare
cellas, aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto ignavum
fucos pecus a presepibus arcent; fervet opus redolentque thymo fra-
grantia mella. Ita variis tenent occupationibus cives, et dum sic
colimtur officia singulorum ut universitati prospiciatur, dum iusticia
colitur, fines omnium mellea dulcedo perfundit. Verumtamen nul-
lius rei publice est diuturna felicitas nisi universitati prospiciat capud
mto hinc. Ex si non noveras vel Didonis doceaberis exemplo. Quan-
ta enim levitate Eneas admittitur, quantum cito invenit graciam, ho-
mo ignotus, exul, profugitivus, cuius causa ignota est, persona suspecta.
Quanta curiositate excepte sunt ab auribus principum fabu-
lose narrationes hominis suam enarrantis culpam propriam querentis
gloriam, et id captantis unde posset auditorum subvertere mentes.
Accedunt ergo ad interitum hominis sermones blandi. Illecebre lau-
dum conciliant hospitem, gratiam convivii accurationis instruit. Con-
captata sedulitas fabule sequitur convivia venandi multiplicis exercitium
luxurie levitas comitatur. Incestum pariunt hec incendium desola-
tione civium et perpetue hostium hostilitatis prorogant causas. Hic fi-
nis feminei et effeminati regni, quod licet virtutis habuit fundamen-
tum, succedentibus processus minime potuit invenire processum. Leviter
admissus est, qui quamvis hospitalitatis officio ut hospes non fuerat ex

fuerat enim ut advenam non quam iudicem introire. Quod levitas audi-
27 endi sicut et loquendi est vitanda. et finis voluptatis penitentia est
Omnia inquit fac cum consilio. et post factum non peniteberis.
Porro sicut principem levia proferre non decet. sic nec faci-
lem quidem esse ad levia audienda. Ait enim sapientia. Princeps qui libenter
audit verba mendacii. omnes ministros habet impios. Cum fabulacionibus
et gannitis se totis viribus ingerit Venus. Cuius qui prima consilia
libenter admittit cum posterioribus gravius volvitur mox cadet. Vi-
sus et alloquium. contractus. et. oscula. factum sicut se precedunt ordi-
ne. ita et concretissitate doloris inferunt partum. Voluptatis siquidem
finis penitentia est. Tibi mihi non credis vel demostheni crede qui
satis bene hoc laidi dicitur respondisse. Hec autem lais corinthia ob ele-
gantiam. venustatemque forme. grandem pecuniam demerebat. Conven-
tusque ad eam diviorum hominum ex omni grecia celebres erant. nec admit-
tebat nisi qui dabat que poscebant. Poscebat autem illa nimium
quantum. Hinc natum est frequens illud proverbium apud grecos sicut
quivis thorintum tendit ad laidem. nisi queat aut velit dare quod posceretur.
Ad hanc ille demostenes clanculo adit. et ut copiam sui faceret petit.
At lais hec quantum poposcit quod nostratis nummi denarium faciat de-
cies mille. Equatur quoque medietati talenti maioris. quod nostratis denariorum vi-
ginti milia claudit. Tali petulentia mulieris. atque pecunie magni-
tudine victus. conpavidusque demostenes avertitur et discedens. ego in-
quit penitere tanti non emo. Vis nec proxima nosti quibus dixerit
quam habet hec voluptas omnes. stimulis agit furentes apiumque
par volantum. ubi grata mella fugit. et fugit et nimis tenaci. fe-
rit icta corda morsu. Initia namque cupidinis. dulcia sunt sicut mel
et favum. At novissima eius. quovis absinthio amariora sunt. Hic
est enim finis confabulationis gannitorum et complete libidinis. nisi
pura intercessit. et que in amicos cineres desolationis incendia spargit.
Quod vitia prelatorum ferenda sunt et quod in eis auspicia publice salutis
constat et quod dispensatores salutis sunt sicut stomachus in corpore
animali nutrimenta dispertit. et hoc ex sententia domini adam. Capitulum
28 Vade inquit salomon ad formicam o piger ut providencia ha-
beatur. Ait philozophus eorum politicum mittit ad apes. ut
ab illis suum discat officium. Cum si illi ad quem miserunt. nequaquam
luxurie indulsissent et degentes perpetua incolumitate gauderent. Et
quia vicium in muliere dicta iudicaverunt. effeminati cives. subduxerunt
colla virtuti. Porro et si in officio virtutum rerum prior sit principatus

tolerandus tamen est et sicut apes in humeris regem suum attollunt ubi
subiecta quos pedes et membra esse prediximus dum modo moribus pro
rsus non sit. omni modum et exhibeant famulatum. Nam et si laboret
viciis. ferendus est tamquam in quo salutis auspicia provincialibus con
stant. Rege incolumi mens omnibus una amisso rupere fidem. Illirii et
triballes cotidiano conflictu induratam gloria bellice laudis. finitimos terre
bant macedones. Qui prelio pulsi rege suo regis defuncti filio in cunis
prolato et pone aciem posito. acrius certamen repetiere. tamquam ideo
victi fuissent. quod bellantibus defuissent auspicia regis sui. victores fu
turi vel propterea quod ex superstitione vel fide animum vincendi ceperant simul
et miseratio infantis eos tenebat quem si victi essent captivum de re
ge facere videbantur. Conserto itaque prelio magna cede illiricos fudere
ostendentes hostibus suis priore bello regem non virtutem mace
donibus defuisse. Quanti ergo esse debet iam provectus etate et
dignitate si tanti habetur natus provehendus. Licet autem diuturni
tate videatur tractatus prolixior. tamen auctoritas dignitatis et utilitas
officii debent provincialium animos mitigare. Recolo me causa visita
di dominum adrianum pontificem quia me inter ceteros in ulteriorem familiaritatem
admiserat. profectum in apuliam mansique cum eo beneventi ferme
tres menses. Cum itaque ut fieri solet inter amicos sepe super plurimis
conferremus et ipse quid de se et ecclesia romana sentirent homines
atque familiarius et diligentius quereret ego apud eum usus spiritus liber
tate mala que in diversis provinciis audieram patenter exposui. Dice
enim dicebatur a multis romana ecclesia que mater omnium ecclesiarum est
se non tam matrem exhibet aliis quam novercam. Sedent in ea scribe et
pharisei. ponentes onera importabilia in humeris hominum que digito
non contingunt. Dominantur in clero nec forma fiunt gregi qui recto calle
pergit ad vitam. preciosam suppellectilem congerunt auro et argento onerant
mensas sibi etiam ab avaricia minus parca. Nam pauper aut nullus aut
rarus admittitur quem tamen induxit non tam christus quam vana gloria intro
ducat. Concutiunt ecclesias lites excitant collidunt clerum et populum. laboribus
et miseriis afflictorum nequaquam compatiuntur ecclesiarum letantur spoliis. et ques
tum omnem reputant pietatem. Iusticiam non tam veritati quam per pre
cio hodie. Sed nec tu aliquid sine precio obtinebis. Placent sepius. et in
eo sepius demones imitantur. quod tunc prodesse putantur. cum nocere de
sistunt. exceptis paucis. qui nomen et officium pastoris implent. Sed
et ipse romanus pontifex omnibus gravis et fere intollerabilis est. Pre
terea omnes arguunt quod ruentibus et collabentibus ecclesiis quas patrum de

nota

struxit palatia devotio altaribus quoque multas palatia opposuit. et
ipse non modo purpuratus sed et deauratus incedit. Palatia splendent
sacerdotum et in manibus eorum Christi sordidatur ecclesia. provinciarum di-
ripiunt spolia. ac si thezauros Cresi studeant reparare. Sed recte cum eis
agit altissimus quoniam et ipsi aliis et sepe vilissimis hominibus dati
sunt in direptionem. Et ut opinor dum sit in invio errabunt. numquam deerit
eis flagellum domini. Os siquidem domini locutum est quia quo iudicio iudica-
verint iudicabuntur. et sua mensura remetietur eis. Antiquus dierum
mentiri non novit. Hec inquam pater loquuntur populi quando quidem me
ut illorum tibi sententias proferrem. Et tu inquit quid sentis. Angustie
inquam sunt undique. vereor enim ne mendacii vel adulationis contraham
notam si solus populo contradixero. Sin autem reatum vereor maies-
tatis. ne tamquam qui os meum in celum posuerim crucem videar me-
ruisse. Verumtamen quia Guido Clemens sancte Potentiane presbiter cardinalis
populo testimonium perhibet ei usquequaque contradicere non presumo. Asserit
enim in Romana ecclesia quandam duplicitatis esse radicem et fomentum
avaritie. que caput et malorum est omnium radix. Nec id quidem in angulo
sed considentibus fratribus sancto Eugenio presidente. quando adversus in-
nocentiam meam furens gratis concitaverat hoc publice protestatus est.
Unum tamen audacter conscientia teste profiteor. quia nusquam honesti-
ores clericos vidi quam in ecclesia Romana aut qui magis avaritiam detesta-
rentur. Quis Bernardi Redonensis sanctorum Cosme et Damiani. dyaconi
cardinalis continentiam contemptum pecunie non miretur. Nondum na-
tus est a quo munus acceperit. Que tamen a communione fratrum sinceriore
iure proveniebant interdum accipere persuasus est. Quis non stupeat in
episcopum Prenestinum. qui scrupulum conscientie metuens. et a participati-
one bonorum communium. abstinebat. plurimorum tanta modestia. tan-
ta gravitas. est ut Fabricio non inveniantur inferiores quem agnita sa-
lutis via. modis omnibus antecedunt. Quia ergo instas urges precipis
cum certum sit quod spiritui sancto mentiri non licet fateor quia que preci-
pis faciendum est. et si non sitis omnes operibus imitandi. Nam qui a
doctrina vestra dissentit. aut hereticus. aut scismaticus est. Sed deo propicio sunt
qui non omnium vestrum opera imitentur. Paucorum ergo labes. sinceris macu-
lam. et universali ecclesie infamiam ingerunt. Et mea opinione ideo freque-
ntius moriuntur. ne totam corrumpant ecclesiam. Sed et boni rapiuntur in-
terdum ne malicia immutetur. et quia Roma corrupta apud deum hys
reperitur indigna. Tu ergo quia id habes officii. quere et inspice humiles

vane glorie. et pecunie contemptores. Sed timeo ne dum pigris querere que
ris. ab imprudente amico audias que non vis. ¶ Quid est pater quod
aliorum discutis vitam. et te ipsum minime perscrutaris. Omnes applaudunt
tibi pater omnium vocaris et dominus et capiti tuo infunditur omne oleum
peccatoris. Si ergo pater es. quare a filiis munera et retributiones expec-
tas. Si dominus. quare Romanis tuis timorem non incutis. et temeri-
tate repressa. eos ad fidem non revocas. At urbem. vis ecclesie tue muni-
bus conservare. Numquid eam sic Silvester muneribus adquisivit. In eius
patre es. et non in via. Eisdem est conservanda muneribus. quibus est ad
quisita. Quod gratis accepisti gratis dato. Iustitia regina virtutum est et
erubescit quovis pretio permutari. Si gratiosa futura est sit gratuita. Ne-
quaquam prostituatur ad pretium que corrumpi non potest. Integra est et semper
incorrupta. Dum premis. et ceteros gravius opprimeris. Risit pontifex. et tan-
te congratulatus est libertati. precipiens ut quotiens sinistrum aliquid
de ipso meis auribus insonaret. hoc ei sine mora nuntiarem. Et cum
plurima tam pro se tam contra se dixisset apologum huiusmodi mihi proposuit.
Ait ergo. Accidit ergo ut adversus stomachum membra omnia totius cor-
poris coniurarent. tamquam adversus eum qui voracitate sua labores om-
nium exhauriret. Non saciatur oculus visu auris auditu laboribus in-
sistunt manus pedes abstinere callum induunt. ipsa quoque lingua. utiliter
sermone. et silentium moderatur. Omnia denique membra. publicis invigilat
commodis. et in tanta sollicitudine omni et labore. solus quiescit venter
et cum omnia parta sunt que labor multiplex adquisivit solus omnia de-
vorat et consumit. Quid multa. conduxerunt. ut a laboribus abstinerent
et eum inedia conficerent illum intestinum et publicum hostem. ¶ Exacta est
sic una dies secuta est altera tediosior. Tertia adeo perniciosa fuit ut fere
omnibus defectum indiceret. Urgente itaque necessitate fratres iterum in
unum convenerunt. acturi de salute sua et hostis publici statu. Cum vero
omnes assisterent oculi languerunt pes molem corporis non erexit. Tor-
pebant brachia. sed et ipsa lingua in ore et deficienti palato fetida. tan-
tam causam proponere non presumpsit. Ad cordis ergo consilium omnia rede-
ierunt illudque habita deliberatione vanum patefecit. quia ille male ingerebat quem
ante denuntiatus fuerat publicus hostis. Ex quo enim ei tributa sub-
tracta sunt et ipse publicus dispensator omnibus alimenta subduxit.
¶ Et quia nemo potest sine stipendiis militare cum stipendia non pro-
cedunt debilitatur et frangitur miles. Sed nec in dispensatorem poterat
culpa refundi. qui quod non acceperat minime poterit aliis erogare. Lon-
ge quoque tutius esse ut ei quod distribuat ministrare. quam illo evacuato omnia

membra esuriant. Factumque est ita, et suadente ratione repletus est venter, refocillata membra et pax omnium reformata. Absolutus est itaque stomachus, qui licet vorax sit et avidus alieni, non sibi tamen petit, sed aliis, que eo jejunante nequeunt sustentari. Tale est, inquit, si recte attendas, in corpore rei publice, ubi licet plurimum appetat magistratus, non tam sibi quam aliis coacervat. Si enim jejunantus fuerit, nichil est quod membris valeat impertiri. Nam stomachi in corpore et principis in re publica idem officium est, iuxta illud Quinti Sereni: Qui stomachum regem totius corporis esse contendunt, vera niti ratione videntur. Huius enim validus firmat tenor omnia membra, At contra eiusdem franguntur cuncta dolore. Quin etiam, nisi cura iuvet, maiore cerebrum fertur et integros illic adimere sensus. Noli ergo nec regum nec secularium principum duritiam metiri, sed omnium utilitatem attende.

27 De coherentia capitis et membrorum rei publice. et quod princeps quedam ymago deitatis est. et de crimine maiestatis. et de hiis que sunt in fidelitate servanda. Capitulum

Mihi vero satis factum est et persuasus sum devotos humeros subponere potestati. nec modo feram, cum feram, sed gratia est dum deo subiecta est, et illius ordinem sequitur. Alioquin si divinis reluctetur mandatis, et me theomachie sue velit esse participem, libera voce respondeo deum cuivis homini preferendum. Sic ergo coherant inferiora superioribus, sit universa membra subiaceant capiti, ut religio servetur incolumis. Urbem politiam legitur Socrates instituisse, et in eam dedisse precepta que a sinceritate sapientie quasi quodam fonte nature manasse dicuntur. Hoc autem summa colligitur, ut que in re publica humiliora sunt, maiorum officiis diligentius consulerent. Institutionem Traiani cuius mentio sepe facta est diligentius relege, et hec latius conscripta invenies. Nobis autem hec de unitate capitis et membrorum ad presens dixisse sufficiat. hoc adiecto quod plurimi sumus quod lesio capitis, ut prediximus, ad omnia membra refertur, et cuiusque membri vulnus iniuste irrogatum ad capitis spectat iniuriam. Ceterum quod adversus caput aut universitatem membrorum dolo malo malicia presumitur, crimen est gravissimum et proximum sacrilegio. quia sicut illud deum attemptat, ita et istud principem, quem constat esse in terris quandam ymaginem deitatis. Et ideo quidem maiestatis dicitur crimen, quod persequitur illius ymaginem qui solus, sicut ille illustris comes legis Cestrie Rodbertus modeste et consolatum gerens aut Britanniam dicere consuevit, vere et ingenue maiestatis retinet unitatem. Puta tamen quis adversus principis securitatem

aut appellari quod maluerit sive per se sive palam. Iubemus aut persecutione om-
nibus equa condicio est et plerumque fit ut nec mortis beneficio in his
etiam quos nemo queuit iniuria liberentur. Sed convictis mortuis illorum
dampnatur memoria et bona successoribus auffertur. Nam ex quo sceleratis-
simum quis consilium cepit exinde quodammodo sua mente punitus est.
Ex quo quis tale crimen contraxit neque alienare neque manumittere pos-
se constat nec ei solvi recte debitore. Famosi quoque qui alias ius accusan-
di non habent sine ulla dubitatione hic admittuntur. Sed et milites qui
alias causas defendere non possunt. Nam qui pro pace excubant conturbat
magis magisque ad hanc accusationem admittendi sunt. Servi quoque domi-
nos licenter deferunt et liberti patronos hoc tamen crimen audiuntur. Non
in accusationem ubi principalis maiestatis violationem habendus sed in veritate.
Nam et perpendenda est persona an potuerit facere et an fecerit et an an-
tequam hoc presumpserit sane mentis fuerit. Nec lubricum lingue ad pe-
nam facile trahendum est. Quamquam enim temerarii pena sint digni ta-
men et illis parcendum est si non tale est sit delictum quod vel ex scriptura
legis descendat vel quod ad exemplum legis vindicandum est. Audiuntur
et mulieres in lese maiestatis questione. Nam coniurationem Sergii Catiline
Iulia mulier detexit et Marcum Tullium consulem in indicium eius
instruxit. Tormentis quidem subdendi sunt si hoc ratio necessitatis
aut utilitatis induxit. Qui in crimine eius rei esse credunt tunc illis
quorum consilio atque instinctu ad accusationem missi sunt accessisse ut
ab omnibus quaesitis consiliis vindicta possit instituta reportari. Sunt
autem plurima que maiestatis informat crimen. ut si de morte princi-
pis tractetur aut magistratuum aut civis arma quis contra patri-
am tulerit. aut relicto principe de publico bello profugerit aut cona-
tum impedimentum adversus rem publicam sollicitaverit populum. Cuius opera
dolo malo hostes populi romanique publice commeatu armis telis pecunia. quave
alia re adiuvantur vel comparatis hostes rei publice fiunt. cuius ne dolo
malo opera factum erit quo magis obsides pecunia dentur adversus rem
publicam. quo minus etiam gens exterae regionis rei publice ad-
obtemperet fecerit. Item qui confessum in iudicio reum et propter
hoc in vincula coniectum emiserit. et insuper modum plurima. que longum
aut impossibile est enarrare. Sed quia formam fidelitatis in compositione
fieri oportet pauca sunt ex quibus quid non liceat commodissime col-
ligi potest. Necessarium namque contrarium impossibile est. et ei quod oportet
fieri sola illicita contradicunt. Exigit autem fidelitatis forma quia

necessario fidi sunt inserta ne solummodo tutum honestum utile facile pos
sibile. ne tui fidelitate facile possibile. ne tui fidelitate tenemur
astricti. nec solummodo ledamus corpus aut munitiones quibus tutus
est detrahamus aut presumamus contra te. Unde honor aut illius u
tilitas minuatur. Si nec id quod facile est difficile fieri liceat aut quod pos
sibile est impossibile ¶ Preterea qui beneficium ab eo cuius fidelis est pos
sidet. gravedinis eius auxilium et consilium debet. Unde cum tamen omni
bus debeatur sole clarius lucet si tantum debetur hiis quibus
sola fidelitate tenemur astricti. Si et pena huius criminis tanta est
ut non facile credideritur nec aduis insularum qui frequentius tirannni
dem induunt severius quippiam excogitari posse Et ne a tyrannorum
sevicia pene severitas sevitas processisse credatur ipsius modestissimi
viri verba parte posuimus que est ergo ¶ Quisquis enim cum mili
tibus vel cum privatis vel barbaris etiam scelestam inierit factionem
aut factionis ipsius susceperit sacramentum vel dederit. de nece etiam virorum
illustrium qui consiliis et consistorio nostro intersunt senatorum etiam
nam et ipsi pars corporis nostri sunt vel cuiuslibet postremo qui no
bis militat cogitaverit. eadem enim severitate voluntate sceleris qua
effectum puniri iura voluerunt ipse quidem ut pote maiestatis
reus gladio feriatur omnibus bonis eius fisco nostro addictis. Filii
vero eius quibus vitam imperatoria specialiter lenitate concedimus. paterno
enim deberent perire supplicio in quibus paterni hoc est hereditarii criminis
exempla metuuntur. a materna et avita omnium etiam proximorum hereditate
ac successione habeantur alieni testamentis extraneorum nichil
capiant Sint perpetuo egentes. et pauperes infamia eos semper pater
na comitetur Ad nullos umquam honores. Ad nulla prorsus sacramenta
perveniant Sint postremo tales. ut hiis perpetua egestate sordentibus
sit et mors solacium et vita supplicium ¶ Denique iubemus etiam
eos notabiles esse sine venia qui pro talibus. umquam apud nos in
tervenire temptaverint Ad filias sane eorum quotlibet numero fue
rint Falcidiam tantum ex bonis matris sive testata sive intesta
ta defecerit volumus pervenire ut habeant potius mediocrem filie
alimoniam quam integrum emolumentum et nomen heredis. Mitior enim
circa eas debet esse sententia. quas pro infirmitate sexus. minus
ausuras esse confidimus ¶ Uxores sane predictorum recuperata dote
si in ea condicione fuerint. ut que a viris titulo donationis accepe
rint filiis debeant reservare. tempore quo ususfructus assumi
tur omnia enim fisco nostro se relicturas esse cognoscant que iux

legem filiis debebant. Falcidia etiam ex hiis rebus filiabus tum non etiam filiis filiis deputetur. Id quod de predictis eorumque filiis tantum immo etiam de satellitibus consciis et ministris filiis quoque eorum simili severitate censemus. Sane si quis ex hiis in exordio inite factionis studio vere laudis accensus ipse prodiderit factionem, et premio a nobis et honore donabitur. Is vero qui usus fuit factione, si tamen incognita adhuc consiliorum archana patefecerit, absolucione tantum et venia dignus habebitur.

Quod vicia ferenda sunt aut tollenda et a flagiciis distant. et generalia quedam de officiis principis et brevis epilogus. quanta sit et reverencia exhibenda. Capitulum 26

Hec et quidem pauca de multis excerpta de scriptura vetera et nova presenti opusculo curavi inserere quo et meis ignavi a maiestatis crimine se quos longius amoveant. Hiis inspectis et ne quisquam me ipsum calumpnietur malignus adversus auctoritatem principis quicquam presumpsisse. Dici solet quia sine lesione unguium non facile removetur robur a subere. Sed multo equius et cautius leditur qui sequitur obsequium membrorum iungit a capite. Vigeat semper excellencia capitis, quia in eo totius corporis consistit salus. Varro in satira que inantea predicta inscribitur et de officio matrimonii instituta est ait: Vicium coniugis aut tollendum est aut ferendum. Qui tollit vicium commodiorem coniugem prestat. Qui fert se ipsum efficit meliorem. Sic principis et subiectorum vicia aut ferenda sunt aut tollenda. Horum quippe confederacio affectum coniugii aut equat aut precedit. Sed et ipsa Varronis verba ferre et tollere lepide quidem composita sunt. Apparet autem quia tollendi nomen correctionis est ita. Constat equidem eius esse sentenciam ut feratur quod tolli non potest. Hoc tamen fideles adicit interpretacio ut vicium intelligat quod honeste ferri potest et religione incolumi. Vicia enim flagiciis leviora sunt, et sunt non nulla que non ferri potest hoc, aut que si debent ferri non possunt. Ex causa fornicacionis licenter dimittit coniunx a coniuge, et plerumque patronus est turpitudinis qui crimen celat uxoris. Iude est forte: Qui adulterium retinet stultus et impius est. Hoc autem in mechia corporali et spirituali qua ad aliquid eque obtinent, et si deterior spiritualis et studiosius declinanda. Similiter et in membrorum compagine ferendi aut tollendi Varronis est regula admittenda. Veram quin membra curari oporteat nemo ambigit, sive in fomento olei sive in austeritate vini, quod samaritanus infundit, medicamento procedat cura. Quod autem tollenda sunt ex eo liquet quod scriptum est: Si oculus tuus vel pes scandalizat te, erue eum et proice abs te

Hoc in membris omnibus principi arbitror observandum ut huiusmodo cu-
rantur abscidantur et procul eiciantur si fidei aut publice saluti dei
inscandalum sic ita contexerint ut in exterminio unius universorum inco-
lumitas proveniet. Cum inquit parcet. qui etiam in oculos suos seve-
re precipitur. Utique vel auris vel lingua. Aut si quid aliud in corpore
rei publice degit securus est si insurgat in animam. ob gravam tunc ipsi
oculi effodiuntur. Cum autem deus offenditur abusu criminum aut etiam
genitatur. totius anime periclitatur salus. Verum ita alienum est ab of-
ficio principis ut quoties ista proveniunt in re publica. aut omnino
non sentire credatur principes aut dormire aut in diversis esse.
Sol emmet universis ut cuncta videat et diiudicet universa. Vale
altium principe esse credo. Recte utique facit. tum ignavum fucos
Recte utique facit tum ignavum fucos. pecus a presepibus arcet qui
alveariam spoliant et quidquid dulce est. ebibunt aut asportant. Re-
facit tum cetere promovet culmen. tum religionis dilatat cultum
tum superbos humiliat et exaltat humiles. munificus in egenos
in prosperos frugalior. tum super virtutes preminus. et iusta equa pena-
rum lance examinat. tum iustitia usque quaque ambulat ante eum
et ponit in via prudentie. aliarumque virtutum gressus suos. Equi-
dem si petitur celum. ut non feriat assam olimpus. summaque pliaty
sidera tangat apex. Inquit sapientia Ne gloriosus appareas coram
rege. et in loco magnorum ne steteris. Eoque spectat sapientis edic-
tum ut quisquis. non humiliatur in facie principis. merita confusione
obductus. gloria quam usurpavit dignus est spoliari. Honorum
siquidem distributor est. et dum recte ministrat principatum proceres
cum est perversa dispensatio munerum. Recte quidem ministrat. tum eo pre-
sidente letatur populus et in regno equitatis. totius terre latitudo ex-
ultat. Perpetua inquam quia ut scriptum est Rex qui iudicat in veri-
tate pauperes thronus eius in eternum firmabitur. Quis ergo ei ho-
norem detrahat. quem audit a domino perpetuo munere honoratum
plane in insensibiles principis statuam quicumque presumit. quamquam
tamen potitur maiestatis. et morte atrocissima. sunt veteribus pla-
cuit puniendum. Quis ergo in ymaginem dei. qui est princeps
malitiam presumere impune offendit. Proinde consilio sanissimum est
illud sapientis. In cogitatione tua regi non detrahas. et in secreto cu-
bili tui. ne male dixeris tibi diviti. quia aves celi portabunt voce
tuam. et qui habet pennas annunciabit sententiam. Nequid er-
go quicumque licebit in opere aut verbo. cum et ipsa cogitatio cubilis se-
cretum. et sententia cordis arceatur. ne quid moliatur aut concipiat

2 A

adversus principes De gnatonici putant omnia licere vel vera fateri pati
mitur. et quod eis exemplo marsie. corium detrahendum est. si sa
piant divites et quod calumpniatores pauperum deus ipse persequitur :

Ceterum si gnatoni creditur quisquis non arridet divitibus et
cum malefecerint aut non applaudit impressus eorum videtur
aut invidere fortune aut officio non deferre. Nam apud gnatoni
cos veritatis eloquium eloquium. crimen est maiestatis impetrata tam
venia. Unum pro membris in auditu capitis inserto non tamen ego. sed
spiritus sapientie spiritus veritatis spiritus sanctus. Qui obturat aurem suam ad
clamorem pauperis. et ipse clamabit et non exaudietur. Non equidem
exaudietur a capite suo. quod caput eius Christus est et in Christo deus. et
deus Christus qui liberat pauperem a potente. et confringet omnia intu
mescentia regna tirannorum. lapis precisus de monte sine manibus. eripiens
pauperem et inopem de manu fortiorum eius egenum et pauperem a diri
pientibus eum. Si ergo quisquam quicumque sit ille insurgit in eos
quorum patronus ymmo pater est Christus. procul dubio in se ipsum pro
vocat lapidem. quo irruente comminuta est statua quam vidit nabu
chodonosor. que regnorum varii splendoris. et roboris seriem figu
rabat. Nec proficit in tormenta pauperum multiplicasse vota. et quasi
deus muneribus corrumpi queat cum simulatis potius. quam veris
abundantie elemosinis attemptare cum sapientia protestetur
quia ruina est homini devorare sanctos et post vota retractare. Et
illud hostie impiorum abhominabiles domino quia offeruntur ex scelere.
et qui offert sacrificium de rapina pauperis et quasi filium ymmolat pa
tri. Nec michi imputetur. si de manu eorum fratrum sanguis ex
quiritur. aut operum suorum reportant premia. in eadem mensura. quam ipsi
intulerunt quam non ego. sed altissimus dicit et facit hoc omnia. Ego
quidem non tantum bonis et modestis. sed etiam discolis arbitror similiter
in omni humilitate et reverentia. fideliter tamen et multum potestatis
dominum venerandum. a quo est instituta. Unde et hebrei precipiuntur ora
re pro babilonis. quia in pace principum quies est populorum. et Christus
est cesari tributa a fidelibus censuit esse solvenda. Prima tamen
putat gnato et eo iudice veri professio maiestatis crimen eo quare
dignus plane cum alumpnus appollinis id est sapientie cultor. pel
lem detrahat exemplo marsie. qui dum contendit phebum superare
canendo. victus indumento nature spoliatur. Cum namque adulator
ffatuo imitatur. et infelicem saturum implet. dum numina sua for
tunatos loquor nanis laudibus. venit instrumentis musicis. non
tam superare molitur quam excitare. Tempus quidem invenescat in vicis qui

nota

28 numquam gravitate sensuum maturati. lenis lascivia loquaces. et que ad
demulcendas aures quadam harmonie lenitate agitantur. **Auctoritate socra-
torum quando quis de suo commendatur. et quando sit aliena lauda-
tio**

Et licet hii tibicines vanitatis aliorum supplantatorum semper
insistunt in commendatione illius qui maxime sunt cuiusque. aut va-
nius anticipant aut nimis. Tunc enim quisque maxime et de suo com-
mendatur. cum ad sapientie laudes lingua predicantis accedit. Cetera namque
omnia aliena sunt. Suum est cuiusque quod sapit. Suum inquam non tamen a
se. sed ab eo cuius est universum quicquid laudis vicem in homine. Et hic qui-
dem non meus est sermo. sed quem omnis sapientum cetus concelebrat
et quem in libro qui inscribitur de deo socratis. facile est invenire. Cu-
ius ubertati placuit elegantiam sensuum et orationis lepidam venustate curavi
miscere. ut hiis que scribuntur promptius adhibeatur fides. cum de pu-
rissimo fonte maiorum. eadem profluxisse constiterit. Ait itaque Apulei-
us. Nichil eque miror quam quod cum omnes et cupiant optime vivere. et
sciant non alia re vivere quam animo. nec fieri posse quin ut optime
vivas. animus colendus sit. tamen homines animum suum non
colant. At si quis velit acrius cernere. oculi curandi sunt. quibus
cernitur. si velis perniciter currere. pedes curandi sunt quibus curritur. Item
si pugillare valde velis. brachia vegetanda sunt quibus pu-
gillatur. Similiter in omnibus ceteris membris. sua cuique cura pro stu-
dio est. Quod cum facile omnes perspiciant. nequeo satis mecum repu-
tare. et proinde ut res est admirari. cur non etiam animum suum
ratione excolant. Que quidem ratio vivendi omnibus. eque necessaria est.
Non ratio pingendi nec ratio psallendi. quas quivis bonus vir sine
ulla animi vituperatione sine turpitudine sine labore contempserit. Ne-
scio quidem ut Ismenias tybiis canere. sed non pudet me tibicinem non esse.
Nescio ut Appelles coloribus pingere. sed non pudet me non esse pic-
torem et idem in ceteris artibus ne omnes persequar licet tibi nescire
nec pudet me nescire. Enimvero dic sodes. nescio bene vivere. ut so-
crates ut plato. ut pictagoras vixerunt. nec pudet me nescire bene
vivere. Nunquam hoc dicere audebis. Sed inprimis mirandum est. quod ea
que minime volunt nescire. discere tamen negligunt. et eiusdem
artis simul disciplinam. et ignorantiam detrectant. Igitur cottidiana
eorum era dispungas. et in rationibus multa prodige profusa et in
semet nichil. in sui dico demonis cultum. qui cultus non aliud quam phi-
losophie sacramentum est. Plane quidem villas opipare construunt
et domos ditissime exornant et familias numerosissime comparant.
Sed in istis omnibus in tanta affluentia rerum nichil est preter quam dominus
ipse pudendus. Nec iniuria. Cumulata enim habent que sedulo percolunt

Sextus liber.

Ipsi autem sordidi indocti inculti que tenuerunt. Igitur illas species in quas patrimonia sua profuderunt amenissimas et extructissimas et ornatissimas deprehendas villas emulas urbium conditas domus vice templorum exornatas familias numerosissimas calamistratas supellectilem opiparam. omnia affluentia. omnia opulenta. omnia ornata. preter ipsum dominum qui solus tantali vice in suis divitiis inops egens pauper non quidem fluentem illum fugitivum captat et fallacis unde sitim. sed vere beatitudinis id est secunde vite et prudencie fortunatissime sitit et esurit. Quippe non intelligit eque divites spectari solere. ut equos mercamur. Neque enim in emendis equis faleras consideramus et baltei polimita inspicimus et ornatissime cervicis divitias contemplamur. si ex auro et argento et gemmis monilia varie gaze dependent si plena artis ornamenta capiti et collo circumiacent si frena celata. si ephippia fucata. si cingula aurata sunt. sed istis omnibus exuviis absolutis et amotis. equum ipsum nudum. et solum corpus eius. et animum contemplamur. ut sit ad speciem honestus. ad cursuram vegetus. et ad vecturam validus. Iam primum in corpore si sit argutum capud. brevis alvus obesa que terga luxuriat que thoris animosum pectus honestis. Preterea si duplex agitur per lumbos spina. Volo enim non modo pernicit verum etiam per molliter perveheat. Similiter igitur et in hominibus contemplandis. noli illa aliena estimare. sed ipsum hominem penitus considera. ipsum ut meum socratem pauperem conspecta. Aliena autem voco que parentes pepererunt. et que fortuna largita est. quorum nichil laudibus socratis mei admisceo. nullam generositatem. nullam prosapiam. nullos longos natales. nullas invidiosas divitias. hec enim cuncta ut dico aliena sunt. Sat porthaonio gloria est. qui talis fuit ut eius nepotem non puderet. Igitur omnia similiter aliena numerare licebit. Generosus est parentes laudas. Dives est non credo fortune magis ista dinumero. Validus est egritudine fatigabitur. Pernix est abit in senectute. Formosus est. conspecta paulisper. et non erit. At enim bonis artibus doctus et ad primos est eruditus. et quantum licet homini sapiens et boni consultus. Tandem aliquid ipsum virum laudas. Hoc enim nec a patre hereditarium est nec casu pendulum nec assu a suffragio annuum. nec a corpore caducum nec ab etate mutabile. Hec omnia meus socrates habuit. et ideo cetera habere contempsit. Quin igitur et tu ad studium sapiencie vigeas ut procura saltem. ut nichil alienum audias in laudibus tuis. sed ut qui te volet nobilitare. eque laudet ut accius ulixem laudavit in philoctete. in primo eius tragedie sue principio. Incluite parma prodite patria nomine celebri claroque

patiens pectore achivis classibus auctor gravis dardanis gentibus
ultor laertiade. Nomissime patrem commemorat. Ceteras omnes lau
des eius viri audisti? Nichil inde. nec laertes sibi. nec anticlia nec a
rcisius vendicat. Hec tota ut vides. laudis huius propria ulixi pos
sessio est. Nec aliud te in eodem ulixe homerus docet qui semper ei
comitem voluit esse prudenciam. quam poetico ritu minervam nun
cupavit. Igitur hac eadem comitante. omnia horrenda subiit om
nia horrenda adversa superavit. Quippe et adiutrice ciclopis specus
introiit sed egressus est. Solis boves vidit. sed abstinuit. ad inferos
demeavit sed ascendit. Eadem sapiencia comitante. scillam preter na
vigavit. nec ereptus est. Caribdi conceptus est nec retentus. Cir
ces poculum bibit nec mutatus est. Ad lothophagos accessit. nec
remansit. sirenas audivit nec accessit. Quod principis merito principibus for
matur populus. et quod populi merito formatur principatus deo quoque pla
cato creatura quelibet mansuescat et serviat homini. Sequitur

29 Hec et apuleius. eleganter quidem et splendide. et utinam audiatur.
Si enim in suo unusquisque cultu quisque laboret. et que potiora sunt
reputet aliena. profecto optimus erit status singulorum. et omnium vigebit
quoque virtus. et vicia prevalebit. regnante undique mutua caritate. ut sit
caro subiecta spiritui. et spiritus plena devocione. domino famuletur.
Que si preceperint. nec timore capitis. convalescunt membra. nec de
stitucione membrorum aut ignavia. languebit caput. Ista siquidem ap
tari infirmitate provenerunt. Nam et inferiorum delicta bonum principem de
merentur. et prava superiorum. subditis sunt occasio. et auctoritas delinque
di. Unde illud. Omne caput languidum et omne cor merens. a planta
pedis usque ad verticem non est in eo sanitas. Mansuescit itaque princeps
ab innocencia populi. et populares motus reprimit innocencia principatus.
Placato namque deo omnis creatura mitis est et servit homini. et eo in
dignante. omnis creatura armatur in ulcione eius. Corvus helyam
pavit. Ursus famulatum impendit prophete. Ut parcat danieli ferici
tatem nature dedidicit leo. et collectam nescit esuriem. Unde siccis in
terris calcatur pedibus. adversus pueros fornace usus ignis in formace nichil
proficit. Adnotum fidei aer ymbres et terra fructum negat. et celum
ipsum in impios evomit ignes suos. Brevis epilogus adversus qua

30 Ceterum dum ista pro regnum nobis insidiant tenitos cap
tatoria. et in invidiam felicium. quecumque sunt dicta retor
queant. Ut mendacii. aut temeritatis nos reos faciant menciuntur nos
legem esse imposuisse principibus. et colla eorum iugo importabili
onerasse. Veritas siquidem inimica est illis. inimicicias diviturum pro
curant. amatoribus veritatis. quorum ut graciam consequantur

nichil in verbo aut opere circumspectum. ad singula clamat quanto seu bona
seu mala sint. pulchre bene recte. ¶ Pallescet super hiis etiam stillabit
amicis ex oculis rorem saliet tundet pede terram. Ut qui conducti plo-
rant in funere. dicunt et faciunt prope plura dolentibus ex animo sic
derisor non plus laudatore movetur ¶ Et nescio quomodo omnes ipsos
etiam probos expugnant. et qui adulatorum nequiciam detestantur. a qui-
bus et si non sit laus quesita. inchoata tamen ablata delectat Istis civitati
infesto. nequaquam placere possum. sed nec eorum gratiam. dignior non adqui-
rere vitam ¶ Non est tamen quod michi possint opponere. nisi quod michi
et illis non convenit. et quemadmodum alterum amicorum. dum in manibus eorum
labitur. in aure suggero. ne te decipiant. animum sub vulpe latentes. hii
quidem imperatores sunt curialium nugatorum Quorum si unum offenderis
omnibus aliis reus eris Gnatonicorum ergo consilio conveniebant am-
biciosi mundi superstitiosi. et similes. dicentes sibi bella parari. et me in
eos. ut dici solet caninam facundiam exercere cum tamen id minime pro-
posuerim. nisi aut eorum iniuriis urgeret. aut auctoritate superioris et
iussu. ad hoc stilum licet hebetem impellentis ¶ Et quid est magis
affectat animus. ut curialibus cedens nugis. Illis quibus placet
faciant locum. Nam ut de aliis taceam. non possum ferre quirites
gnatonis. qui sibi vel actum credunt. dum aliquis restiterit. cuius
oculos non obducunt ad tenebras. reprobato alio peccatoris. Verum
si quis effugerit. non tam gnatonis quam principalium morum censeo
hostis. Valeat ergo curia cum tolerabilibus nugis. dum gnatonicorum
factio abeat semper in malam rem. et fiant iugiter novissima illius
deteriora prioribus ¶ Ceteros dies suos expectat. et ocium. et si in-
gruenti pectoris angustia. et oris aviditas inficiendi non habeat pe-
nes se. quod possit omnibus impertiri Tu quando ambiciosos et nugatores
ceterosque domini tue. latentes egredi velis. si tamen premissi libelli
placuerint. expectanti clemencia et in verbo tuo. cachinnantibus urgebunt
ut in publicum prodeant Non enim omnes aggrediendi sunt pariter
nec posset. consertus eorum cuneus facile expugnari. cum licet pre-
cohortes leviter in numerum cadant Non michi si centum lingue sint
ora que centum omnia nugarum percurrere nomina possem Explicit liber sex-
tus Incipiunt capitula septimi libri et cetera
Quod academici modestiores sunt aliis philosophis. quos temeritas precipitavit. ut de- 1
verentur in sensum reprobum De errore academicorum. et quos eorum 2
licet imitari. et que sunt dubitabilia sapienti. Unde dicti sunt aca- 3
demici et quis timor aut passio mentis secundum agellium et stoicos in

4 sapientem tradat. Unde dicatur philosophia. et de senio Pitagora. et doc-
5 trina eius qui ytalicis philosophandi auctor extitit. De Ionicis ge-
nere philosophorum. et auctoritate socratis. et dogmate platonis
6 et opinione eius post mortem. De aristotile. et opinione eius. et
studiis. et quod variis disputationibus dubitationem achademicorum minuit.
7 et de regula eorum. Quod alia sensus alia ratio. alia religionis auc-
toritate probantur. et quod fides in omni doctrina aliquid stabile initium vendicat
quod probari non debet. et quod alia per se doctoribus innotescunt alia vix vide-
bus. et quatenus dubitandum sit. et quod pertinacia veritatis inquisitionem
8 plurimum impedit. Quod virtus unica via est philosophandi et eundi
ad beatitudinem. et de tribus gradibus. et de tribus sectis philosophorum.
9 De arrogantia multitudinis imperite et qualiter legenda sint ea que pro-
desse poterunt et obesse. et quod ingenio et exercitio sine gratia sapientia non
10 contingat. Omnes scripturas esse legendas et de benedictione. que primogeni-
tis data est. et filiis noe. et quod vitiorum auctoritas nullius gentilium
11 prejudicet. Quid sit vere philosophari et ad quem finem omnium scripturarum
12 vergat intentio. De ineptiis nugatorum qui syllabarum verba putant et
13 quod aliter legendi sunt libri divini aliter gentiles. Que sunt necessaria
et quasi claves philosophandi. et quod simplicitas amica virtuti est. et quid
sit luctari cum angelo. vel tibare cum. et quid sit aut prosit advocatio
14 duorum generum sapientie velutique patriarum. De septima clave discretionis
15 In quo epicurus. et sui summum bonum constituant. et quod per labores virtutis
16 itur ad voluptates. De amore divitiarum. et quod in eis anima non quiescit.
17 De ambitione et quod cupiditatis stultitiam comitatur. et quis sit ortus
18 tyrannidis. et de diversis viis ambitiosorum. Quod ambitiosi dissimulant
se velle quod maxime appetunt. et quibus conditionibus propositum tegit
19 De hiis qui impudentius vivunt sine dissimulatione ambitionis. quos
20 neque ratio neque auctoritas reprimere potest. De legibus secularium prin-
cipum. quibus curiales et officiales arcentur. ab honoribus ecclesiasticis
21 et quibus exemplis dathanite. et abiranite. nituntur obtinere. De ypo-
critis. qui ambitionis labem. falsa religionis ymagine nituntur occulta-
22.23 re. De eisdem. et ezechia qui thesauros quos ostentavit amisit. Quod
cartusienses dum moderationis habenis. avaritiam cohibent. et magni
montis nova religio. dum omnia mundana contempnens. et de crastino
non cogitans. repellit omnia avaritiam excludit. ab ypocritarum nota
et nomine longius absunt. et qui sunt seculares. aut religiosi. et que re-
24 gula canonicorum. et que monachorum. et quis sit finis ypocriseos. De invidis
25 et detractoribus. De libertatis amore et favore et de hiis que libere

dicta patienti animo maiores tulerint. et de differentia ledorie. et stoma-
tis Expliciunt Capitula sexti libri Incipit prologus septimi libri

Egressus aula curialium declinassem consortia nuga-
torum nisi me in ipso limine abeuntem tue preceptionis
detinuisset auctoritas. Cum enim tibi cordis mei an-
gustias denudarem. et de temporis. et vite iactura
conquererer. omnia me quasi adeuns aliud revelaret. sta-
tum quem meum reformaret in melius forti animo perfer-
re precepisti. suadens ut more laborantium qui cantilenis et vocis dulce-
dine laboris tedia compellant. aut animum vero tempus quod dispendia com-
pensare. Nam et itinerantibus via facilior videtur et brevior. si iocunde
narrationis fascibus. aut vocis dulcissime modulis revocetur. Sic et
me lectionis aut alterius officii studio iubes insistere. et si aliud non con-
ceditur. de me ipso. et variis fortune formis conqueri saltem michi et mu-
sis. Grandis enim profectus est. ad philosophiam aspirantis virtutis inspecte
deplorare defectum. Ad hec quid tibi respondeam tempus suggerit. quia
omnes cum valemus recta consilia egrotis damus. Tu autem si hic sis
aliter sentias. Et si sit acceptionis quorum organa in salicibus suspensa
sunt. querunt ubi cantionum. que cantari nequeunt. aut non valent
in terra aliena. Licet enim virtus nimias captivitatis ignoret. aut
suo privari non possit officio. rarus est admodum. qui philosophicis
et curialibus officiis sufficiat. moremque gerere cum hec sibi plerumque constet
plurimum adversari. Unde rem fere impossibilem videris imperare. Presertim
cum ego homo sub potestate constitutus. ut minus faciam plurima neces-
sitate obsequendi. et in hiis que preter voluntatis proprie instinctu ge-
renda sunt. michi modo tempus indulgeatur ad pauca. Dies et noc-
tes negotiis. et alienis occupationibus transfigunt. ut nec rei familiari curam
impendere liceat. et tu hortaris ut scribam. Homo quidem imperiosus sine
frenata et sinnine. et unde quod non accepi aliis erogabo. Rancum si pos-
sit sibi personatus auctor Luciferi rudis occlamat Melicerta. perisse fron-
tem de rebus. En itaque iubes ut scribam. da vel spacium abeo qui scien-
tiam dives est. saltem impetri unde scribam. da tempus expeditum et ne-
cessitatum domesticarum excude molestias. Nam si Virgilio puer. et
tollerabile desit hospitium. cadent omnes a crinibus ydri. Preterea vereor
ne dum ad obsequium devotus attingor dispendium pudoris faciens emu-
lorum incurram linguas. qui mala aliena facillime carpunt et bona dif-
ficillime imitantur. Quid autem si aliud non licet nisi ut de fortune tal

culo in et nunc sit quare suadente quid mentis angustia satis liquidum est cum
teste Gregorio Nazanzeno · nihil suavius videatur hominibus quam aliena
loqui vel aliena curare · sed a compositae mentis arbitrio videtur alienum
Decet enim sapientem mentem componere ut ad omnem fortunae impetum
quietis constantis securitatem rationis · quam volubilitate procursu indesinenter
opponat Tu enim cum status sui qualitate vexaris nisi forte de
peccati corruptione · languidus ingemiscat · nondum philosophantis
ingressus est viam De me quidem merito queri possum qui exigentibus
culpis meis · in id miseriae perductus sum ut in flagella paratus videar
et os meum nocte doloribus perforetur · et qui me comedunt non quies-
cant ¶ Cum ergo meus in conspectu meo sit semper putas ne possit
calami vel stridentis fistule suavitate mulceri Faciam tamen ut
utcumque auctore domino quod hortaris · et inter varias opes · et delicias na-
tionum quibus affluis ieiunium pectoris · et aridae linguae qualiacumque mi-
nutula tuo nomini consecrabo Nam etsi de subtilitate sententiarum aut
verborum venustate praesumo sed de sinceritate devotionis utique tum qua ius
oratorem contendam · certus quod cum parvo sapientium · et eloquentium
argento acceptabilis discipulus illius qui duo minuta viduae pompo-
sis oblationibus divitum praetulit ¶ Erit etiam favore digna simpli-
citas et non quem sensum · prima facie verba significant sed quo queso pen-
su vel ad quem sensum fiant fidelis lector attendes Sic enim mystica
in inspiciuntur et falsa veris · ut ad summae virtutis cultum · omnia
de proposito referantur Nec moveat si qua eorum quae hic scribuntur aliter
inveniantur alibi cum et historiae in diversis gestorum casibus sibi invi-
cem reperiantur contrariae · sed ad unum · utilitatis et honestatis profi-
ciunt fructum Nam periculum vel statuendi mihi non faciendi fidem
sed quae apud diversos auctores legi · ad utilitatem legentium sine invi-
dia communicare proposui ¶ Nam et apostolus non quaecumque scripta sunt vera
sunt ait sed quaecumque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt Liceat
universitas eorum de quibus loquitur ad illa non possit artari · quae in lege
scripta sunt et prophetis de quorum veritate nemo ambigit · nisi qui fidei ca-
tholicae · non concordat Credatur vero quae in libris auctorum non reperit ex
usu cottidiano verorum comperiens quasi de quadam morum historia excerp-
si Si qua vero ad gravioris philosophiae disputationem videntur attendere ·
academicorum more investigandi animo quam pertinacia contendendi
sic constet esse proposita · ut in examinatione veri suum cuique iudicium
liberum reservetur in nullis parcendum tempera auctoritatis · ubi sententia

potius refringetur. ¶ Propositum tamen est in hiis que apud se usari unde
permissionem eius non contradixerit et ad illorum diffinitiones presumptione temera-
ria non assurgere in quibus sine periculo non caretur. Nemo autem iniuriam
suam reputet quicumque dicitur cum nulla sit derogatio pronunciatorum sed fugien-
dorum sola confessio maiorum. In quo quidem me presumptum ne obsequi-
um tam malis quam bonis arbitror. dum in hiis approbatur que sentiunt
et in notatis maioris possunt proficere ut probentur. Sed hec actenus.
Cur autem achademicos preceteris placeat imitari sermo succinctus
aperiet. **Quod achademici modestiores fuerunt aliis philosophis quos teme-
ritas excecavit ut darentur in sensum reprobum. Sequitur capitulum**

Antiquos quidem philosophos floruisse ingeniis et studio profecisse. iam
non celebris opinio est sed omnibus in commune persuasa sententia
Ad res enim conatum fere incomprehensibiles studio et exercitatione
viam sibi fecit ingenium. et illorum beneficio plurima publicata sunt pos-
teris. quibus gaudemus et miramur inventis. Quidam dum cursus st-
ellarum suis regulis subiecerunt. Nature varias sibi scrutati sunt cau-
sas et universitatis opificem. de factis quodam modo sunt oculis con-
templati. ¶ Quasi ergo mole gigantea subiecti subiecti. et iam no-
uiciis viribus roborati intumuerunt. indixerunt quod bellum gra-
cie dei. de rigore virium. et libero confisi arbitrio. ac si secundum fabu-
las. exit celo captivo. virtutum quibus efferebantur brachia inie-
cerunt. Victi sunt itaque. dum alleviarent dicentes se esse sapientes
stulti facti sunt, itaque dum allevarent et dicentes se esse sapientes et ob-
scuratum est insipiens cor eorum ut qui omnia fere pervicerunt. proxi-
missime erraverunt in maximis. et variis distracti opinionibus. etiam
minima ignoraverunt. ¶ Si tamen vero fabularum instrumenta vilescunt
licet et ab hoste doceri sapientis animus non detrectet cum pecu-
liaris populus dei. auro argento vestibus. et toto egiptiorum ornatu res-
plendeat. si gentilium ingenii figmenta vilescunt. sic dum in campo
sennaar. fundamenta babilonis iacit impietas. dum turris elacio-
nis. et contradictionis machina in celum erigitur. de alto prospicitur. ad
facta est linguarum divisio. subtracto quod impiis verbi commercio. ex
necessitate secuta est. secessio populorum. ¶ Dicet philosophi dum in-
genii sui machinas suo quodam theomachie genere in altum erexe-
runt. eis vere incommutabilis. et indeficientis unitatis subtracta est
unitas. et ignorantie nebulis obvoluti eorum que ab una et singula-
ri unitate. nexa sunt maxima noticiam perdiderunt ut in sensum repro-
bum dati esse convincantur ab operibus suis. et tamquam recedente duce
spiritu scilicet unitatis. dispergentur in varias sectas erroris et insa-

mas falsas Et ideo quidem imperitiores effecti sunt quia in hiis defectum suum
minime agnoscebant ¶ Hinc est quod dum proterui suam stoicus vendi-
cat omnia necessitatis lege constringit. Epicurus e contra dum verum
tuetur libertatis dispositionem evacuat et omnia casibus fluctuare contendit
Ex regione consistunt utriusque cultores et de singulis fere rerum arti-
culis dimicant et quam palladis sacramento astricti falsas paradoxas
loquuntur aut veriparadoxas et eas utique quasi confirmant Academici
ut vitantes precipitium falsitatis in eo quidem modestiores sunt quod
defectum suum minime diffitentur et in rerum ignorancia positi fe-
re de singulis dubitant ¶ Quod quidem longe tutius est quam incerta
temere diffinire Achademicorum quoque innuat opinione quod non modo
Eraclides ponticus et tullius uir in summa ingeniosorum virorum laude re-
cepti tandem ad eos transierunt. Sed et alii plures quos percurrere lon-
gum est Nomine ergo preferendi sunt aliis quos et asserendi modestia
et tantorum virorum commendat auctoritas De errore academicorum
et quibus eorum liceat imitari et que sint dubitabilia sapienti. Ca.

2 Non tamen omnes qui academicorum censentur nomine hanc
dicti modestie regulam tenuisse cum et professio falsa sit
et pro parte tam risui pateat quam errori. Quid enim ineptius quam
fluctuare in singulis et nullius veri habere certitudinem et nomine philo-
sophi profitentem profiteri Nam qui de omnibus dubitant eo quod ni-
chil habent certum tam a fide quam a scientia alieni sunt Licet enim
fides ad scientie veritatem non perveniat dum quasi per speculum veri-
tem absentium continetur. Habet tamen certitudinem caligine am-
biguitatis obtusa ¶ Porro si de singulis achademicus dubitat de
nullo certus est nisi forte et hoc ipsum incertum habeat an contra-
riis consentiatur in eodem. cum idem possit et dubius et certus
esse Sed an dubitat incertum habet dum hoc ipsum nescit an nesciat
Cum non homo in eo ceteris animalibus preest quod ratione viget et intel-
ligencia nam in sensibus qui licet anime sint corporis esse dicuntur
facile superatur. neque enim valeat equari perspicacia oculorum. sub au-
ditu prevaleat vultur aut canis odoratu gustu simia aranea tactu.
Cum quam discernendi et intelligendi viribus homo precedat quis
prestanciorem bestiis aut potius quis non inferiorem ut et ita dicam quod
non brutiorem credat hominem cui ratio non discernit intellectus non
sapit cum et bruta ad quamdam rationis ymaginem quodam modo in-
ducantur assurgere ¶ Nam et canis suos discernit affectus beneficiorum
memor est familiaritate cum homine ab ipso pene rerum et usu con-
trahit et amicitie pretextis quasi fidem familiaribus exhibens. vici

ciuis et intellectus quadam nobilitate ingenii et miniaza memo
ria camelo tenacius residet et vnicornis qui et rinocerus est virginis
integritate sic agnoscit ut duntaxat illius sinu amplexibus capia
Odorem panthere cetera sequuntur animalia et quod mirabilius est pisces in
gurgitibus ad speciem auri conueniunt unde et serpentis luxurie impera
tor nero ¶ Quid multa Torua leena lupum sequitur lupus ipse capel
lam et florentem cithisum sequitur lasciua sequitur capella et in hunc
modum voluptate sua trahuntur plurima quidem ut credo euenire non pos
sent si de affectibus suis vel bruta animalia dubitarent Qui ergo ad
singula nesciunt qua temeritate vel impudencia philozophandi pro
fessionem accipiunt Nam sicut abeo quod notum est notio sic et ratio
abeo quod ratum est idem est certum et firmum gramatice denominat
et profecto miser est ratio homini cui nichil persuaderi potest qui semper
et in omnibus opinionum lubricus vacillat ¶ Quid enim ei philosophia con
feret qui semper fluctuat opinionibus et cum in ostendenda felicitatis
via confert qui rationis lumine contingunt et quasi oculum carnit
ut tantus et rectius pergat viator cum omnia dubia est viam Nam
et plurimum abest illi qui affectatur Quid potius sequitur qui tanta
contrarietate distrahitur Hanc ad patriam nemo perueniet nisi quod
quectus erit ¶ Homo similior est letargico aut insipienti sine in
sano quam philozopho qui cum somnium meminerit an dormierit dubi
tat et cum cibo saciatus est an ieiunus nesciat sit nescit et nullus
eorum que egit vel in ipsis primis sciencia habet Deinde ipsa nam uia
in phisica inuestigatione proficiet cum ratio nichil persuadet quod teneat
aut sequatur sed est ad omnia semper incertus Talis utique academi
cus cum nec brutis animalibus valeat adequari nec dignus est
homo ne dum philosophi vel honore vel nomine ¶ Et quid aduersus istorum
ineptias magnus pater et fidelis doctor ecclesie augustinus sed Cicero
validis racionibus et sermone elegantissimo copiosius disputant
Nunc tamen ad illos qui de singulis dubitant que sapienti faciunt
questionem Cicero se ipso teste transiit nec eos in Augustinus persequu
tus et in operibus suis academicos temperamento utatur freque
ue temerarie disputanti non videntur siue questione Michi tamen
non videtur quis quam eo loqui securius qui ita circumspectus est in
verbo nec prolabi possit ad falsa ¶ Sunt autem dubitabilia sapienti
que nec fidei nec sensus nec rationis manifeste persuadet auctoritas nota

et que sunt in utramque partem mittuntur firmamentis. Talia quidem sunt que queruntur de providentia et de substantia quantitate viribus efficacia et origine anime de fato et facilitate nature casu et libero arbitrio de materia et motu et principiis corporum. de progressu multitudinis et magnitudinis sectione an terminos animo non habeat an eos duntaxat alogos tandem inveniant. De tempore et loco et numero et oratione de eodem et diverso in quo plurima attritio est de dividuo et individuo de substantia et forma vocis de statu universalium de usu et fine ortuque virtutum et vitiorum an omnes habeat qui unam habet. an omnia peccata equalia et equaliter punienda. Item de causis rerum et adinventione earum ubi repugnantia et de fluxione occeani et de ortu Nili. de humorum in animalibus corporibus de augmento et diminutione ad motum lune de variis latentis nature secretis. de officiis et variis figuris carminum que incantantibus maleficiis aut quandam maleficiis aut aliis rerum formis varie oriuntur. De natura et operibus eius de veritate et primis rerum initiis in quibus humanum ingenium deficit an angeli corpora sua non habeant. et aut qualia habeant corpora. et que pie queruntur de ipso deo qui terminos nature rationalis excedit in investigationem. et per omnia que mente possunt concipi exaltatur. Possent in hunc modum enumerari quam plurima. que sic dubitationem sapientis admittunt ut tamen dubitatio ipsa vulgum precedat. In his ita quod facile crediderim achademicos. tanto modestius dubitasse. quanto eos temeritatis precipitium. diligentius vitasse reperio. Adeo quidem. ut cum apud scriptores. in locis non passim dubiis verba quodammodo ambigua qualia sunt hec. si forte fortasse et forsitan proferuntur academico dicantur usi temperamento. eo quod temperatiores aliis academicis fuerunt qui dum nec veri sunt temerarie diffinitionis subire notam et precipitium falsitatis. Unde dicti sunt academici. et quid timor aut passio mentis secundum Agellium et Stoicos in sapientem cadat. Ca. 3.

3 Achademici quidem dicti sunt ab achademia unde Plato oriundus. qui eundem sue nativitatis locum et studendi usu et discipulorum frequentia nimiorum quam suorum celebritate fecit insignem. Illum vero locum ceteris pretulit. eo quod ad nutriendum timorem timorem quo maxime reprimentur et agnita conditione sua modestia fidelius servaretur maxime insitus est ex frequenti terre motu. quo sepe collidtur esse ydoneus. Timor enim sicut modestie cognatus est. ita familiaris est sapienti. Non ille tamen qui mentem turbat. et quasi tur-

tunc quadriz. virtus et intelligentie perstringit acidia. Sed qui tempo
rat animum et quasi habilitatis fomes hominem reddit ad omnia vir
tutis officia aptiorem. Unde in libris noctium athicarum scribit
agellius. vir elegantis eloquij. et multe sciencie. se aliquando navi
gasse. cum quodam philozopho. eoque nobili inter stoicos. Illis autem
ex magna parte in sententia sedit timori locum non esse in animo
sapientis. cum omnia concitate premant stultum quod sit tunc
quod vitari non potest. et econtra tantum sit remedium. ut vir prin
ceps fortitudinis vires preparet. et robore patientie quasi solidissimo
animi invicti clipeo. omnia tela novitatis expugnat. ¶ Cum ergo na
vigium turbato mari ventorum vehementia. telo quasi minaci periculosissime
iactaretur philosophus vi timoris expalluit. Deinde cum tempestate trans
acta securitas prebuisset colloquendi. ut fit et congarriendi locum
sociorum unus dives luxuriosus asiaticus. cepit compellare philosophum. et
illudere ei eo quod contra professionem suam timore palluerat cum ipse
qui minime philozophabatur mansisset intrepidus in eo quod impende
bat exitio. At ille Aristippi socratici responsum tulit. Qui cum in re si
mili similiter et consimili argueretur. Dixit illum pro anima nequissimi
nebulonis merito non fuisse sollicitum se autem debuisse timere pro
anima aristippi. Divitis ergo questione depulsa accessit agellius
non exagitandi animo sed discendi familiariter querens que nam esset
causa timoris sui cum preceptum sit discipline stoicorum ne mortis ti
meatur adventus quem constat esse indubium timidum iuste. Ille autem
cum discendi aviditate gnaviter accensum vidisset hominem libros epi
cteti stoici de manica protulit in quo scripta erant ea que congru
ebant decretis zenonis et crisippi quos dicimus fuisse principes
stoicorum. ¶ Cum ergo libros in manibus agellius tenuisset invenit
stoicis placuisse non esse in potestate hominis ut visa. Quas fan
tasias appellant in animum veniant aut precedant. et cum veniunt
ex terribilibus rebus aut econtra. Necesse asserunt moveri animum. etiam
sapientis ut paulisper metu trepidet tristicia contrahatur. dilatetur
leticia cupiditatibus moveatur tamquam hiis. et similibus passionibus
prevenientibus rationis et mentis officium. nec tamen ideo consciam
mali in mente versari nec approbari ista aut eis aliquem indulgeri con
sensum. ¶ Hoc enim esse volunt in potestate idque interesse censent
inter animum sapientis. et stulti quod stultus consensu mentis
passioni cedit. Sapiens autem licet eas necessitate patiatur. retinet tamen
de racionabiliter appetendis vel fugiendis firmam et veram inconcussam men
te sententiam. Hoc quod illi auctore agellio et preparate eleganter et ve

Erunt tamen si istarum passionum que nature sunt reprehensionem
et castigacionem tantum quantum viribus suis asciverint eo quod solius in-
sentis dei est non utique timentis hominis aut volentis ut hec in u-
sum iusticie convertantur. Hoc autem sufficiat demonstrare quod timore ra-
cionali modestia dispensatur et philozandi forma sternitur et disponit-
ur. Ubi quod scriptum est quia inicium sapiencie et finis modestie ti-
mor domini. Unde dicta philozophia. et de Samio Pitagora. et doctrina

8 Inprimis vero philosophie nomen cuius quidem Ytalicus philozophandi auctor extitit
a Pitagora Ytalico inventum est qui tante fuit auctoritatis apud an-
tiquos ut iudiciali opinione sentencias cum proponeret esset quod
satis ad quamlibet sententiam roborandam si hoc ipse dixisse doceretur
ipsa namque nova preter nominis usurpacione quandam propriam namque comple-
bat officium. Fuit autem hic nacione Samius negociatoris divitis
filius cui nomen Marcus erat. Sed parum parente longius longe dici-
or. eo quod negociacio patris tanta requirit ad querere quanta filius
contempnere maluit. Qui hec Pythagoras itaque sapiencie formatus
mox Egyptum primo mox Babiloniam ad perdiscendos siderum
motus originemque mundi spectandam profectus summam sciam conse-
cutus erat. Inde regressus Cretam et Lacedemoniam ad cognoscendas
Minois et Ligurgi inclitas ea tempestate leges contenderat. Qui-
bus omnibus instructus ad Crotoniensium urbem appli-
cuit ... resolutam. et solius virtutis opera indigentem. Fortune
siquidem indignantes ... arma que adversus Locrenses infeliciter
sumpserant. mutassent quod vitam luxuria nisi eis Pitagoras phi-
lozophus obstitisset. Ex quo patenter patet quantum homo prodest homi-
cum unius persone auctoritas et iam lapsum ad frugem melioris
vite revocavit populum. Laudabat ergo virtutes cottidie. et vicia lux-
urie denudabat et casum urbium perditarum. enumerabat et causas. Tan-
tum quoque studii ad frugalitatem multitudinis provocabat ut aliquos
ex hiis luxuriatos esse incredibile videretur. Matronarum vero separa-
tam a viris doctrinam et puerorum a parentibus frequenter habuit. Do-
cebat nunc has pudiciciam et obsequia in viros. nunc illos modesti-
am. et litterarum studium. Inter hec velut genitricem virtutum frugalita-
tem omnibus ingerebat. Consecutusque disputacionum assiduitate
erat ut matrone auratas vestes ceteraque dignitatis sue ornamen-
ta pudicicie non vestes esse. In iuventute quoque quantum pro-
fligatum sit victi feminarum contumaces animi manifestant
Sed trecenti ex iuvenibus cum sodalicii iuris sacramento separatam
a ceteris civibus vitam agerent quasi cetum clandestine
coniuracionis habentes adversus Pitagoram civitatem in se co-

uterunt. Que eos cum in unam domum convenissent cremare voluit in quo tumultu pythagorica ferme perire ceteri in coitum profecti sunt. ¶ Ab hoc itaque philosophorum genus ytalicum nomen ex parte sortitum est. Tantus autem extitit in illa parte philosophie que speculativa vocatur ut ei quisquam philosophantium vix posset adequari. Tantus in doctrina ut ab omnium animantium temperasse credatur edulio. Tantus in cultu virtutis instruere ut populos illius partis ytalie que antiquitus magna grecie dicta est. etiam post mortem nominis eius auctoritas rexerit. ¶ Cum vero antea sapientes dicerentur. qui videbantur aliis prestanciores esse interrogatus quid se profitetur philosophum se esse respondit id est studiosum vel sapientie amatorem. quia sapientem profiteri arrogantissimum videbatur. Denique cum ad propulsandam labem morum xx annos egisset crotone. metelpontum migravit ibique decessit. Cuius tanta admiratio fuit. ut ex domo eius templum facerent ipsumque pro deo colerent. nacti forte occasionem ex vilibus eius dicentis domum philosophancium esse sacrarium sapiencie et verissimum dei templum. Traditur etiam persuasisse hominibus esse animas immortales. et post dissolucionem corporis vite precedentis premia recepturas. Quippe tamen fabulam mille annorum parinus dicitur induxisse

De ionico genere philosophorum. et auctore eo auctoritate socratis. et dogmate platonis. et opinione eius post mortem

Alterum vero philosophorum genus est. quod ionicum dicitur et a grecis ulterioribus traxit originem. Horum princeps fuit tales milesius unus illorum septem. qui dicti sunt sapientes. Iste cum rerum naturam scrutatus inter ceteros eminuisset. maxime admirabilis extitit quod astrologie numeris comprehensis. solis et lune defectus predicebat. Huic successit anaximander eius auditor qui anaximenem discipulum reliquit et successorem. Dyogenes quoque eiusdem auditor extitit. et anaxagoras. qui omnium rerum. quas videmus effectorem divinum animum docuit ¶ Et successit auditor eius archelaus. cuius discipulus socrates fuisse perhibetur magister platonis qui teste apuleio. primus aristocles dictus est. sed deinde a latitudine pectoris plato. et infantem eminentiam philosophie. et vigore ingenii excitatio. et omnium morum venustate eloquii quoque suavitate. et copia sublimatus. et quasi in throno sapiencie residens. precepta quadam auctoritate iussus sit. tam antecessoribus quam successoribus philosophis imparare ¶ Et primus quidem socrates universam philosophiam ad corrigendos componendosque mores flexisse memoratur. cum ante illum. omnes physicis id est rebus naturalibus perscrutandis maximam operam dederint

Verbo quidem et sapientum cum adulilitate suam oporteat omnia re
torqueri parum prosit. novissime opera dei que sunt omnia valde
bona et creatori suo congruent similia. nisi quis id perperam agit. ne
res sit malus. preclara igitur inter mortis qz fama socratis philosophie sue reli
quit plurimos sectatores qui partiti sunt verba eius in varias sectas de
quibus inspicialius parva dicent. ¶ Porro et tante multitudinis dis
sidentiam plato qui preminebat auctoritate cohibuit. et ipse al
tercatione cum diutius protraxit et tenuit. Sunt qui platonem credant
non aristonis filium. sed augustiore conceptu natum. eo quod appollinis
figuratio matri eius perictioni se miscuerit quem constat a solone
sapientissimo fundatore legum atticarum traxisse originem. Natus
est autem mense. qui apud atticos targelion dicitur die qua apud
delon. latona peperisse creditur appollinem. et dyanam. pridie qui
dem socratem ferunt. ¶ Igitur talis. et de talibus oriundus non solo
heroum virtutibus prestitit. sed equiparasse dictus est deorum potes
tates. Nam speusippus domesticis documentis instructus. et pueri
eius acre in percipiendo ingenium. et admirande verecundie indolem lau
dat et pubescentis primicias labore atque amore studendi imbutas
refert. et in viro harum incrementa virtutum convenisse testatur. Ex
hysdem genitoribus glaucus. et adamantus ei fratres sunt. Docto
res habuit in prima litteratura dionisium in palestra. aristone argis
oriundo. Tantos progressus ei exercitacio contulit. ut pythia luctando
certamina vicerit. Picture non aspernatus artem tragedis quoque et di
tirambis se utilem finxit. Iam quoque carminum confidencia elatus cer
tatorem se profiteri cupiebat. nisi socrates humilitatem huius cupidinis
ab eius animo expulisset et vere laudis gloriam ei curasset ingresse
ingerere. ¶ Et antea quidem eraclidis secta fuerat imbutus. Verum cum
se socrati dedisset non solum ingenio atque doctrina ceteros socraticos
vicit sed etiam labore et elegancia. sapienciam illustravit ei que vera as
sercione sensuum. et maiestate verborum. plurimum adhibuit dignitatis.
Socrate quidem concedente. se ad pitagore contulit disciplinam. Quam
et si ratione diligenti et magnifica videbat instructam rerum ty
continentiam. et castitate magis cupiebat imitari. Deinde theodorum
cirenensem adiit ut geometriam disceret. Inde egyptum petiit. ut astro
logie vacaret ibi quoque a pleraque creditus est didiasse oracula prophetarum.
¶ Unde rursus in ytaliam rediit. et pitagoricum. tarentinum archytam
secutus est atque ad indos. medos magos animum intendisset. nisi eum
tunc vetuisset bella taletica. Quapropter inventa parmenide et zeno

nis diligentius percunctatus que apud magnos philosophos admira
tioni fuerant singula. in libris suis collegit universa. docens primus
studia philosophie. non modo non esse contraria. sed invicem necessa
ria sibi eo quod mutuis auxiliis universa consistunt ¶ Multi auditoro
rum eius utriusque sexus in philosophia floruerunt Patrimonium in ortulo
qui achademie iunctus erat. in duobus ministris. et patera quadris sup
plicabat reliquit Auri tantum habuit. quantum puer auricula gestavit
in nobilitatis insigne Tres adventus eius ad siciliam. mali diversis
opinionibus carpserunt Sed primo ut hystoriam nature cerneret in ethna
et incendiorum intelligeret rationem illuc profectus ¶ Secundo petitu dyo
nisii. ut syracusanis assisteret. et ut municipales provincie illius disceret
leges Tercio ut fugientem dionem restitueret patrie sue venia a dyonisio
impetrata Sed in hiis omnibus. adeo diligens extitit. ut a studiis aut
officiis philosophie. nullo unquam tempore suspenderetur Itaque cum studia
philosophie partim in actione. partim in contemplatione versentur socrates
activa excellit mores instituens. quibus fideliter ad beatitudinem vita
tur Sed igitur pitagoras contemplative institit per quam ingenium exerce
tur. et propagatur sciencia Proinde plato utramque iungendo alter
philosophiam perfecisse laudatur. quam in tres partes distribuit. ethicam phisicam
et logicam. id est moralem naturalem et rationalem. qua verum discernatur
a falso. et sine qua differri nequiverunt que vel in actione vel in conte
platione versantur ¶ Putatur a nonnullis quod in peregrinatione sua Iere
miam prophetam viderit audieritque in egipto. et legerit scripturas prophe
ticas. Sed supputata ratio temporum. que in cronicis continentur
hystoriis docet eos nequaquam contemporaneos extitisse. cum or
tus platonis. vix etatem illam apprehenderit. et inter labentibus
centum annis. tempus quo prophetavit ieremias attigerit Et per scrip
ture prophetice post mortem platonis. annis ferme sexaginta regnan
te tholomeo. qui litterarum studiosus. a ierosolimis septuaginta era
mit interpretes egiptum intraverunt ¶ Opinio tamen illa qualiter.
quia in libris platonis inveniuntur multa. dictis consona prophetarum
Nam in thimeo. dum causas mundi subtilius investigat manifeste
videtur exprimere trinitatem que deus est. efficientem causam consti
tuens in potencia dei in sapiencia formalem. finalem in bonitate. que in
sola induxit eum ut aliquam creaturam bonitatis sue participem faceret
que natura tamquam capax beatitudinis esse potest. Quam tamen in
hiis visus est intellexisse et docuisse substanciam. dum opificem univer
sitatis. et formatorem deum unum esse asserunt. que ab insigne boni
tatis. et dilectis affectus. dixit deum genitorem. quem propter in fi

-nitate maiestatis potencie sapiencie et bonitatis sue. tamen invenire difficile. quem inventum digne profari impossibile est. ¶ Eumdem quoque venerator spiritum ipse esse. et colendum se videtur astruere dicens sapientem esse cultorem dei. philosophum qui animo et voto accedit ad sapienciam et eum esse amatorem dei. si quidem sicut constitute universitatis causa est admirabilis ita vivende felicitatis idem est fons indeficiens et singularis. Moyses auctor est quia in principio creavit deus celum et terram. et in medio corpora aquam collocavit et aerem. Plato quoque ab inicio. ut mundus qui solidus et visibilis futurus erat videri posset et tangi ¶ Deus iecit duo prima mundani corporis fundamenta ignem et terram. et eis concordi proporcione media. sociata insolubili vinculo iniecit. nisi tamen voluntatis conditoris. que sola tante firmitudinis nexus fidelissimus est ut dissolucionem admittat. Omne siquidem quod vinctum est natura dissolubile est sed ut bone conciliacionis fedus pereat non est voluntas dei volentis bona duntaxat ¶ Ait moyses qui est misit me ad vos et illud singulari verbo et prerogativa significacionis censuit esse quod semper idem est ut omni nec preterito transeat. nec futuro immutetur sit quoque in inmunis omnium motuum. Eam illa subsistendi dedignatus est verbo que cum tempore festinant ad non esse et singulis momentis precarios motus sui proficiscuntur in mortem. Et de homine quidem planum quia vita eius non status est. quem verbo substantivo debeat exprimi. sed transitus de utero ad tumulum. et quasi fuga aut umbra preostendi. plato quidem id quoque solum proprie dicit esse. quod semper est idem nec motibus variatur. Que vero sunt obnoxia motui non quidem sunt sed videntur esse. et nequaquam manent sed vigiliis evanescunt. et fugiunt nec spectant appellacionem.

¶ Sunt preterea platonicis. et nostris. multa communia. ut sunt animo in cu(?)sabiles. dum veritatem dei in mendacio detinent. Magnus pater augustinus auctor est si tamen que sub nomine eius concepta legi recordo fideliter. quod in libris platonicorum inventum sit. quod beatus evangelista iohannes altius celo intonuit. et quod humana mens preesse que ac licet auris utcumque possit audire. inventum est inquam. quod ait ab inicio evangelii In principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum etc usque ad locum quo ait Et lux in tenebris lucet et tenebre eam non comprehenderunt ¶ Ego quidem nisi in patrum scriptis legerem. nequaquam aliorum infidelium confessionum crederem ut intuitu lucis oraculum appareret quod oculus mundanus non sufficit intueri. Articulum tamen et familiaritatis intime privilegium astruit quod verbum fidei. boni operis perseverancia illustrarunt. Cum philosophi evanu-

ercunt non modo integritatibus sed opibus suis ¶ Scripsit libros plu-
rimos. et politia hominis mentem contemplacionis non repressit. et contempla-
cionis attencione. accionis veritas non corrumpit. Cui liber qui de dogma-
te eius est conscriptus in laude eius origenes. ieronimus augustinus
omnium philosophorum attestacionibus sicut sufficiunt. De morte eius diversi
diversa scripserunt. sed probabilius est eum qui innocenter vixerat et
philosophie precepta pro viribus fuerat executus vitam usu non cessisse
Nam quod de eo nonnulli tradunt. quia verecundia motus exierit spiritum
eo quod nautarum propositam non potuit solvere questionem constat no-
minis errore compositum ¶ Quod enim de eo rethorum loquuntur
fabule. hoc de homero non platone valerius maximus refert
Ex eo tamen et hoc vulgatum est. quod fuerint qui homerum equivocum
platonis dicerent. propter excellenciam sapiencie sermonis elegantiam
et latitudinem pectoris. Nam viros nobiles. certum est polimoni-
as contraxisse ¶ Decessit autem octoginta annis et uno completis in
tanta reverencia omnium et integritate auctoritatis. ut diu dubi-
tatum fuit diis an semidiis esset potius aggregandus. Sed cum e-
tate illa desinente merita virtutum eius. et tamquam incredibi-
lia quodammodo ad antiquitatis fabulas vergerent. ipsum inter semi-
deos venerandum. labeo scribit ut quidam maius homine minus
deo fuisse doceat De aristotile et opinione eius et studiis et quod
Sol e celo visus est cecidisse variis disputacionibus dubitacionum 6
qua die philosophorum princeps academicorum movit et de regula
plato rebus excessit humanis et quasi lucernam mundi eorum
extinctam defleverunt qui ad thronum sapiencie cui ille diu pre-
sederat. sua arbitrabantur studia referenda ¶ Sed cum ei aristo-
teles discipulus. vir excellentis ingenii et platoni impar
eloquio sed multos facile superans in docendi officium successisset
qui matutinum sydus effulsit hominibus et quibusdam multiplicis
philosophie preceptis. velud variis sapiencie radiis illustravit orbem et
tamquam oculorum detersa caligine ad contuendam veritatis speciem mentes
hominum reparavit ¶ Sectam hic peripateticam condidit sic utique dictam
quod deambulans disputare consueverat plurimos quod discipulos preclara
fama excellens. et arte suadendi. vivo adhuc preceptore in suam
heresim congregavit Tractavit quidem omnes philosophie partes et precep-
ta dedit in singulas. sed precipue sic racione redegit in ius suum ut
a possessione illius. videatur omnes alios exclusisse Ita tamen in aliis
viguit. ut communi omnium philosophorum. anthonomasice id est excellenter

sibi proprium meruit. Sicut enim urbs romana Maronem poetam pos-
uit. sic et philosophi nomen circa aristotilem uertentium placito contractum
est ¶ Fuit autem facundus eloquio sed uberior sensibus. et doctus omnium
sententias sententiis obuiare. Hic est qui primus studiorum genera magno
attico et peripatheticorum dicitur distinxisse. Nam familiares et quasi
domestica admittebantur in agro attico. peripathetica uero non modo ad
tirunculis sed hospitibus patebant. et peregrinis fuerunt qui cum intu-
eri demonis filium tradunt propter agilitatem corporis perspicaciam ingenii
et glorie appetitum quem multiplici industria omnibus precipue con-
sueuerat ¶ Testatur de eo valerius maximus quia supreme uite reliqui-
as. senilibus ac rugosis membris in summo litterarum ocio nixus custo-
diens adeo ualenter pro salute patrie incubuit ut eam ab hostilibus armis
solo equatam in lectulo atheniensi iacens quidem macedonum manibus
quibus abiecta erat eriperet. Ista urbe strata atque euersa alexandri est fami-
liaritate qua restituta est aristotiles notum est opus ¶ Licet autem
nominum et uerborum turbator habeatur. non modo subtilitate qua cunc-
tis cunctis celebris est. sed mira suauitate dicendi enituit. adeo quidem
ut platoni inuito proximus fuisse uideatur. cum laudis fuisse auidis-
simum uel hoc constat. quod cum Theodecti discipulo libros artis orato-
rie. ut eos ederet concessisset moleste ferens postea. tantum laudis
et glorie titulum postea tantum laudis et glorie se alii cessisse pro-
prio uolumine quibusdam rebus insistens planius sibi de hiis in
theodecti libris dictum adiecit Unde ualerius maximus ¶ Nisi me
tam late et tam patentis sciencie. uerecundia teneret. dicerem dignum
philosophum. cuius stabiliendi mores alcioris animi philosophi traderentur Ceterum
gloria ne ab hiis quidem qui contemptum eius introducere conantur ne-
gligitur. Nam et uoluminibus nomina sua diligenter adiciunt. ut quod
professione leuant usurpatione memorie assequantur Hic est cuius
disputacionibus effectum est. ut academia moueatur magis racione
quam collisione uentorum. Licet enim peripatheticus non academicus
censeatur. eo tamen sollicitante sunt de singulis. maxime reperiunt
platonici. qui ueluti erant fere de omnibus dubitare Siquidem post
mortem platonis speusippus sororis eius filius et xenocrates dilectus
eius discipulus. in scolam que academia uocabatur eidem successere
et ob hoc ipsi et successores eorum athademici appellantur a loco sicut pla-
tonici a magistro ¶ Ex quibus ualde nobilitati sunt greci. plotinus iam-
blicus. et porphirius catholice ueritatis ut dicitur. pessimus impugnator

Quamquam vero lingua greca Sal' et latina nobilis contulit apuleius aff
mir magnus imperius. et qui nominis statu morum et disserendi copia. socra
ticum fontem et torrentem platonicum facile redoleat ut tenuiter
sapienti. Ab hiis fluxerunt et alii multi qui dubitabilia disputare sic
ut nulli prejudicare maluerunt. quam ausu temerario diffinire inquiri
ne est occultum credunt. in tanta eorum de quibus in utramque partem
probabiliter disputatur. Unde et et academicorum antiquissima regula
est ut quisque quod sibi occurrit probabile suo iure defendat Quod alia
sensus alia rationis. alia religionis auctoritate probantur. et quod fides
in omni doctrina aliquod stabile nichil vendicat. quod probari non debet
et quod alia per se doctioribus innotescunt. alia rudibus. et quatenus
dubitandum sit. et quod pertinacia inmunitatis inquisitionem plurium impedit
Sunt enim nonnulla que sensus rationis aut religionis per
suadet auctoritas horum dubitatio infirmitatis erroris notam
habet aut criminis Querere enim an sol splendeat. albeat nix ignis
caleat hominis est. sensu indigentis Dubitare vero an ternarius binario maior
sit ipsum quod totum. et medietatem eius contineat querere et an quat
ernarius sit duplus binario indisciplinati est. et cui est ratio ociosa. aut
de est omnis Cum vero an deus sit sit deducat in questionem. et an
idem potens et sapiens sit an bonus. non modo religiosus sed perfidus
est. et pena docente dignus est instrui Sunt enim in omnibus philo
zophicis disciplinis quedam prima. et ut ita dicatur tractim verbo
primitiva principia de quibus eodem auctore arte dubitare non licet
nisi hiis quorum labor in eo in parte ne quid sciant Nam sicut queda
se corporeis sensibus ingerunt ut apud sensatos latere non possunt
quedam subtiliora sunt. ut nisi familiarius adhibita. et perspecta di
ligentius et pertractata sint non sentiantur. sic sunt aliqua tanta
sui luce perspicua ut latere non possunt rationis aspectum. sed quamvis
videantur ab omnibus magis tamen et minus pro capacitate
et viribus singulorum Alia quidem sunt que quasi quodam scrutinio
indigent. et quia istorum conspectiva sunt diligentius perscrutantem
late non possunt Et hiis cum et illis quedam videntur antiora esse
que ratio philosophie. quam in fidei fundamento constituit. petens ut inspice
proficiendi ea sibi gratuito concedant Sic et geometre primo peti
ciones quasdam quasi totius artis iaciunt fundamenta. deinde
communes animi conceptiones adiciunt. et sic quam arte ordinata
ad ea. que sibi sunt demonstranda procedunt Sed et peticiones ipse
adeo se conserunt rationi. ut per temere videatur. quisquis eas ut

hostium non concedit. ¶ Hic tamen nequaquam agitur de hiis que ad cul-
tum religionis pertinent quia et ibi nonnulla quodammodo petuntur. que
ut fides amplius mereatur. conscientia civibus concedunt sed hec ipsa et ubi
si racio non urgeat debentur pietati. Ut cum sacramentis ubi racio de-
ficit adhibeatur fides multis beneficiis magnis et miraculis promerens
operibus tamen non credi impium est sicut improbabilibus dissentire pertinacie
est proterviam. ¶ Unus enim nisi insanus aut protervus negaverit
quin a quovis puncto ad omne punctum oppositum possit linea recta pro-
tendi. Nam sicut in edificiis necesse est aliquid firmum esse et stabile cui
erigenda structura possit inniti. sic in omni doctrina aliquid stabile ini-
tium procedendi utilitas consultissime racionis postulat. Alioquin quicquid
opifex adicit innititur ac si in lubricas arene aut luti ruinas quibus edi-
ficet aut sarciat in fluminis lapsu. Nam notiora certiora faciunt fidem.
¶ Si ergo nichil sequitur nisi aliud antecedat. si motus omnis aliquid an-
te precedit. quis potest ei probacionis esse processus. qui in infinitum quie-
scat aut nulli adquiescat. Et namque cum omnia eque probabilia sint nichil
probari potest. Sed eorum que principia sunt alia sunt omnibus nota
alia doctoribus tantum cuiusque secundum propriam facultatem. Nam numerorum om-
nem parem esse vel imparem ita publice notum est. ut nec pueros
lateat. quibus licencia etatis indulget ludere par impar equitare
in arundine longa currus plostello adiungere mures. ¶ Hoc autem quod omnes
multiplos quarto loco distat ab unitate tot super particulas sui generis
antecedit hiis duntaxat innotuit. qui numeris operam impenderunt.
Mathematicus autem consulator novit quia diversa sunt id quod est
et esse rei. Et sic in singulis disciplinis quedam sunt opinionibus in-
notescunt que non modo vulgo sed aliis philosophis occultantur. Habet et re-
ligio quelibet principia sua que aut racio communis aut pietas persua-
sit. quibus proficiat cultor dei et morum gracia ad beatitudinem obtinen-
dam. ¶ Est autem unum omnium religionum principium. quod pietas gratis
et sine ulla probacione concedit deum solum potentem sapientem
bonum venerabilem et amabilem esse. Nam epicureorum deum esse negan-
cium et ceterorum subtrahencium curam eam providencie actore deo humane ex-
plosa sententia est. ¶ Obviare ergo principiis. aut velut per se notis
sine de hiis ambigere insensati. Est aut vecordis sive quod deterius est
erronei. Sed nec de hiis dubitare licet que ex principiis consequuntur
dum ea tamen sequi planum sit. Multum namque sunt questionibus
agitanda. dum illorum principia vel consequentia eorum latencia pate-
at. Nam de singulis istorum dubitare non est inutile. Et quidem intel-
lectus. donec apprehenderit veritatem a cadem eorum probabilium discep-

tatio utebatur. Quid enim refert aut quorum interest si qui semper
et omnia querebant dissentes et numquam ad scientiam veritatis pervenientes
quia nichil certum hic noverant. Hanc ergo legem academicorum prescri-
bit Cicero. ut tamen philosophandi propositum est dum res abstrusa est querat
dum probabilia elucescit veritas adquiescat. Sed cum Nos qui sequimur
probabilia nec ultra id quod probabile occurrit progredi possumus
et refellere sine iracundia. et refelli sine pertinacia parati sumus. Hec
enim duo inventionem veritatis plurimum adiuvant. si aut ira dicenti
quis succenseat. aut pertinaciter in falsitatis defensione laboret. Nam
ut ait Ethicus impedit ira animum ne possit cernere verum. et veritas
ipsa incarnata recessit ab eis qui in corozaim et bethsaida. spiritui
sancto pertinacius restiterunt. Sed et iudeos pertinacia contexerunt. ut ad nota
huc oculos eorum velum templi teneat. quod domino patiente scissum
est a summo usque deorsum. Quod virtus unica via est philozophandi
et eundi ad beatitudinem et de tribus quibus attendendum et libris sec-
Verumtamen quia non omnes omnia possunt tis philozophorum 8
et spiritus ubi vult spirat. et frequens est ut eorum que a doctoribus
proferuntur multitudinis sit multiplex intellectus ex quibus socratis et
platonis secte multe profluxerunt omnes tamen ad unum. sed quasi per
varias semitas percurrentes. Illud autem quo omnium venabilium vergit inten-
tio vera beatitudo est. Nemo enim est qui non velit esse beatus. Sed ad hoc
quod desiderant non una via omnes incedunt. Una tamen est via omnium
proficiendi. sed quasi strata regia funditur in semitas multas. hec autem virtus
est. Nam nisi per virtutem nemo ad beatitudinem pervenit. Cetera virtutis
opera forte quis et per alia dubius sine operibus ad beatitudinem transferetur. sed
eo nullus nisi virtutis passibus pervenit. Virtus ergo felicitatis meri-
tum est. felicitas virtutis premium. Et hec quidem sunt bona summa alterum
ve alterum pariter. Nichil enim virtute prestantius dum quo vel peregrinatur
ad dominum. nichil felicitate melius dum cuius regnat et gaudet cum deo.
Sunt autem hec ambo aliis prestantiora. quia virtus omnia agenda
felicitas omnia optanda complectitur. Felicitas tamen virtuti preferenda
quia in ambobus prestantius est propter quod aliquid quam quod propter aliquid. Non
enim felix est quis ut recte agat sed recte agit ut feliciter vivat. Unde
et Socraticum illud in saturnalium libro laudatur. Multos homines propter-
ea velle vivere ut edant et bibant se bibere atque esse ut vivat. Unum
igitur et singulare summum omnium bonorum beatitudo est. Sed ab eo est aliud
quodammodo quorundam collatione summum et eo ipso superius aliis. quod ad illud
quod vere singulariter et unice summum est familiarius accedit. Ceterum ad
utrumque neutrius apprehensionem. nisi philosophia duce humana infirmitas
convalescit. Quisquis enim sine ea ad beatitudinis viam tendit. quasi
cecus in lubricos tendens ad alta per precipitia sepius cadit. Unde etiam divinarum

et humanarum rerum compotem esse trismegistus asserit · nec umquam
satis posse laudari · que vicia compellit virtutes ordinat et confert et in hu
mana infirmitate divinam quodammodo reparat integritatem Et ut sententiam
suam compendio proferam omnes qui non ab illa vel ad illam vigilant quod
tamen ab illa est brutis animalibus dicit esse conformes ymo et stupen
dum contra naturam invitantur in corporibus humanis brutos homines ce
terum quidam homines qui homines sunt alios enim brutos esse asserunt Alii
enim iam iocunditate sapientie perfruuntur · et hii sapientes sunt · alii
attendunt ut fruantur · et hii sunt philosophi alii asserunt ad attendendum
scilicet qui non dum sunt · et esse philosophi concupiscunt Constat enim
esse quamplurimos qui non dum philosophantur et inter philosophos si non tem
pore saltem desiderio emulantur Ego si mihi eius tanto securius appro
bo quod eam invenio sancti spiritus auctoritate subnixam dicente propheta Concu
pivit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore Siquidem in
tres premissos ordines manifeste videtur compressisse Cum enim plato sa
pientem dicat esse cultorem dei quis alius habendus est sapiens quam
ille qui moratur in iustificationibus domini et iubilante se consciencia
bonorum operum vere felicitatis saporem · tota mentis aviditate iam pre
gustat et sentit procul dubio nequaquam illius expers est cui agnita
beatitudo dulcescit · et ei comparticipium titulus adest qui in vita gustat
et videt quam suavis est dominus Philosophi autem tamen intentio dirigitur illuc
ut sapiat eadem auctore amator dei est et vicia subigens velut
agro scendis applicat animum · ut hiis agnitis ad veram beatitudinem pos
sit accedere Hii enim hominem bonum faciunt · si et viciorum solvantur vin
cula · quasi quibusdam gradibus contemplationis lucidum · et indeficien
tem fonte boni detur inspicere Nam felix qui potuit rerum cognoscere
cognoscere causas et ut ait poeta nobis dum videtur perveniant pla
cent incitamenta virtutum · felices anime quibus has cognoscere
primum inque domos superas scandere cura fuit Credibile est illos pariter
viciisque locisque altius humanis exeruisse caput Non venus
et vinum · sublimia pectora fregit officiumque fori milicie ne labor Non
ne levis ambitio perfusaque gloria fuco magnarumque fames sollicitavit
opum Admovere oculis distancia sidera nostris ethera que ingenio supposue
re suo Sic petitur celum non ut ferat ossan olympus summaque pe
liacus sydera tangat apex Nullum tamen officium est milicie aut do
mini quod non philosophia perturbet quippe que sola concludit vitam · et
sine qua nichil recte inter homines geri potest Sicut autem morari
in iustificationibus id est in completione mandatorum dei sapientem facit ita
et propheta dicit a mandatis tuis intellexi · sic animum complendis aptare
ea demum philosophia verissima est Sed sunt qui non dum complent

aut aptantur complendis approbant tamen quod suscipiunt aliis aut ap
tantur. ea demum philosophia verissima est. Sunt qui nondum complent
aut aptant et illis auctore deo desiderant conformari. Est ergo gradus
eminentissimus eorum qui in iustificationibus occupantur. Secundus quorum
animus compeditus est amicis [?] ut compamore [?] afficiatur in illis. Infimus
qui desiderant tamen esse philosophi. Horum personam induxerat propheta dicens
concupivit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore.
Ei siquidem tanta est pulcritudo. Ut si ut ait plato videri posset
oculis corporis amore sapientie inestimabili homines inflammaret adeo quidem
ut primo aspectu necesse est omnes in amorem incidere. Hanc amat et
conquirit a iuventute sua fidelis anima cuius senectus constat
in gravitate morum et puerilis etas in ignorancia et libertate viciorum.
Super salutem inquit et omnem pulcritudinem dilexi sapienciam. et
proposui pro luce habere illam. Venerunt michi omnia bona pariter cum
illa. Si ergo bona omnia sapiencie accessoria sunt et philosophia
studium sapiencie profecto philosophandi contemptus bonorum omnium exclusio
est. Unde colligitur quod quanto quis philosophie philosophie diligencius insistit eo
fidelius et verius ad beatitudinem pergit. nam virtutes. quibus ita
in singulis officiis ita dispensat. Et quamvis veteres. licet composite animas
credebant in mortales vite eterne. que post istam futura est nondum
instructionem acceperant. summum bonum in virtute constituerunt qua
plane nichil melius est. nisi fruì eo. qui summe bonus. et summum
bonum est. Usus enim virtutis optimus est. et utendi decus ipse
est fructus. Cum ergo virtus sola beatum faciat. ad thronum
eius sumpta occasione contradictionibus doctorum. per varios calles
ascendere conati sunt. Stoicus enim ut rerum contemptum doceat
in mortis meditacione versatur. peripateticus in inquisicione veri
volutatur. in voluptatibus epicurus. et licet ad unum tendant
varias sentencias quasi vias beatitudinis auditoribus suis aperiunt.
De quibus dubitare et querere liberum est. donec collacione propositorum
quadam concordancia racionum collisione veritas illucescat. Sed de
hiis latius in sequentibus dicetur. Nunc sufficiat ostendisse inqui
linos [?] academicos vacillantes. liceat imitari. De arrogancia multi
tudinis imperite et qualiter legenda sint ea que prodesse poterunt
et obesse. et quod in inferno et contiaco [?] sine gradu sapiencia non continuetur [?]

Pauci tamen sunt qui achademicorum imitatores esse gat
dignetur. cum unusquisque secundum placitum pocius quam racione eli
gat quid sequatur. Alii namque propriis alii doctorum opinionibus alii
multitudinis consorcio distrahuntur. Quid enim dubitat qui mira
tus in verba magistri. non quid sed a quo quid dicatur attendit. Cum

nus enim clamat acriter. et quo imbuta est puerilis etas. demen-
tius philosophie abditis eruditum putat patrus. et de lana caprina conten-
de credens inexpugnabile. si quid ignotum auribus eius insonuit. nec
rationibus acquiescat que doctoris captivavit opinio ¶ Quid enim quid
enim illis ille prevalit auctenticum. et sacro sanctum est ille tam tacitus
contradicit et pertinatius reluctatur. qui imparcialitate rerum addiscendis
consumpsit etatem. et tanta verborum angustia premitur ut si verbum unum
aut duo subduxeris elinguis fiat et quamvis statua taciturnior. chal-
morem putes et in auditorio pitagore aut monachorum claustro. non
tam usum quam necessitate silencium didicisse ¶ Si quis istorum in manus
tuas forte erudiendus inciderit. merito facies quod thimotheum. qui in
arte tibiarum excellebat fecisse refert quintilianus in libro de institucione
oratoris. hic quidem duplas mercedes exigebat. et accipiebat. ab hiis
qui fuerant male instituti. qui si animus vides accedunt ¶ Error enim
duplicem laborem exigit. cum et delenda sint prave institucionis se-
mina. et bona sunt fideliter inserenda ¶ Inspice admodernitores
phorum temporis nec illos qui ollonis pretendunt quos auditorum
multitudo circumstrepit diligenter attende eos in regula una aut duo-
bus aut pauculis verbis invenies occupatos. Aut ut multum pauci-
las questiones aptas iurgiis elegerunt in quibus ingenium suum
occupant. et consumunt etatem ¶ Eas tamen non sufficiunt enodare sed
nodum. et totam ambiguitate. cum intricatione sua per auditores
suos transmittunt posteris dissolvendam ¶ Eo loci ut congrediaris invi-
tant. instant postulant quod conflictum. si differs manum conserere si
paululum. si differs manum conserere. si paululum moraris insiliunt ¶ Si
accedis si tandem invitus congrederis si primis. latebras querunt va-
riant faciem verba distorquent. prestigiis conformantur lubricum et volu-
bilem propterea mirabaris redysse. nisi quod teneri facilius potest si in eo
persisteris ut quorumque verba defluant et volvantur. quid velit intelligas
et quid senciat in tanta varietate verborum. et tandem vincetur sensu
suo et capietur in nubo oris sui. si subaurium eorum que dicuntur attingens
firmiterque tenueris ¶ Ea tamen de quibus maxime disceptatur inuti-
liora. et aliis inhoda sunt. si cum patuerunt ¶ Si progrederis si pu-
det et piget in nugis diucius occupari ad dumicula proposite questionis
velabitur. et quasi ad sinum matris recurrens more antei ab eo in quo
genitus et nutritus est vires reparare contendit ¶ Sic circuit tot facit
amfractus. ut ad usitata recurrit ac si laboritum oporteat oporte-
at circuiri ¶ Serpente ciconia. pullos nutrit. et inventa per dema

nerat latebat Illi eadem suppetis querunt animalia pennis· Blanditur nunc
to· et tenellis tenuibus quasi velitis Ad fetus aperit partem quoque cadauc
ris affert Hic est ergo cibus magnis quoque vulturis· et se pascentes propria
tam iam facit arbore nidos Sed leporem aut capream famule iouis
et generose in saltu venantur aues tunc preda cubili ponitur Inde au
tem se matura leuabit progenies Stimulante fame festinat ad illa
quam primo rupto predam gustauerat ouo Si ergo eos ancillis suis suffe
cerit scire in unam facultate· inopie eorum potius miserere ¶ Sunt enim qui
prestare videantur in singulis Sunt qui partes philosophie vendicent uniuersas
Nec minus tamen sunt in singulis philosophie copiis destituti Sunt qui ab
una professione sperent Sunt qui uniuersis inuigilent· inopes singularum
Non facile tamen dixerim quos magis credam esse crudeliores cum hic
ab una professione consistet· et nemo fideliter queat omnibus inseruire Qui
tamen ab una petit omnes inopertior est· arrogantior· qui omnibus profitetur
In uno ad omnia occupari desidis est sed fastidientis· et non proficientis
omnia temptare ¶ Ceterum qui multa percurrit ut eligat· cum sit potius
insistendum circumspectus est aliis examinatis pro electione sue fidelius
seruit Eo forte spectat preceptum ethici legis libros percipientis Sub
bello quoque pueri initiantur· ut virtutis instructo et usus teneris e
lubitus animis facile nequeat aboleri· quia quo testa diutius seruat odo
rem eius quo semel est imbuta recens aut ut cato ut alius nam auc
tor incertus est multa legas facito perlectis perlege multa ¶ Cum quid
aliquid esse utilius ad studium assumi facile non crediderim· preter obser
uantiam mandatorum dei in qua singularis· et unicus indubitanter est
philozophandi profectus Si tamen omnia legenda sunt ut cum aliqua
tum lecta fuerint negligantur et reprobantur non nulla aliqua videantur
intransitu ne sint omnino incognita· sed pre omnibus maiora diligentia insiste
dum est· que aut politicam vitam siue in hoc tam li siue in aliis· ethice
preceptis insistunt aut procurant corporis aut anime sanitatem Cu
enim illa que prima est inter liberales disciplinas· sine qua nemo recte
docere aut doceri potest· sic intransitu et quasi alumne salutanda quis
in aliis consumat in morandis que aut intellectu difficiles· aut effectu
inutiles· et per inutiose non faciunt hominem meliorem ¶ Nam et ea ipsa
quorum usus necessarius est si hominem in moderacius occupauerint periculo
sissima sunt Poetas ystoricos oratores mathematicos probabiliter
in mathematice· quis ambigit esse legendos· maxime cum sine hiis
viri esse nequeant vel non soleant litterati Qui enim istorum ignari
sunt illiterati dicuntur et si litteras nouerint Cum tamen qui in prius

suum vendicant animum et si palliarent nociva verum. Virtutis tamen
dedocent et submovent cultum. Unde Cicero cum de poetis ageret
ut diligentius audiatur quod clamat. Clamor et approbatio populi quasi magi
ni cuiusdam et sapientis magistri et qui ad commendationem sufficiat
plausu suo quas vult facit auctoritates. ¶ At illi qui tantis laicis laudi
bus efferuntur quantas obducunt tenebras. Quos invehunt metus. Quas
inflammant cupiditates. Hii stupra adulteria que conciliant varias dolo
rum artes furta et rapinas incendia docent. Que sunt aut fuerunt
vel que fingi possunt malorum exempla proponunt oculis multitudinis
imperite. Que incendia celi Siracusis aut maris inundatio aut terre
hyatus tantas fecit populorum strages quantas isti faciunt morum.
¶ Terencius qui poetis placet in eunucho refert adolescentis libidine
inflammatum cum tabulam picturam videret continentem quo pacto
deus qui celi templa summa concutit per impluvium auro in sinum mulie
ris turre et septam custodibus corrupit Danem. Similes insigni
bus picturas videt miratur et laudat multitudo. Nam que virtu
tis incitamenta sunt rarus spectator attendit. Et que res in se ne
que consilium neque modum habet ullum eam consilio regere non potes.
In amore hec omnia insunt vicia iniurie suspitiones inimicitie indu
cie bellum pax rursum. Incerta hec si postules racione certa facere ni
chil plus agas quam si des operam ut cum racione insanias. ¶ Et quid
nunc. Tu tecum iratus cogitas ego ne illam. Que illum. Que me. Que
non. Sine modo. Mori me malim. Sentiet qui vir siem. Hec verba una
mehercle falsa lacrimula quam oculos terendo misere vix expressit re
stringet et te ultro accusabit et dabis ei ultro supplicium. Ad depellen
dum meretricum contumelias vitio evidens est quem fragilis induxit.
Sed quantum in hanc partem loquitur vita corripitur. At si in summum amato
rem verteret sermo. Eos tamen alibi commendat plurimum idem Cice
ro dicens. Poetas et varios scriptores dicendi aut rerum gestarum. So
lus ille contemptibiles facit qui non vetus contempnit. Nam et vir
tutis habent exempla et philozophandi materiam prebent. Notant enim
non docent vicia et aut utilitatis causa grata sunt aut voluptatis.
Hic aut priorum distrinxit tum fecerunt ut virtuti faciant locum. Nam
per tela per ignes per maris varias procellas per tot motus sediciones
et insidias populorum Scillam pertransiit et Caribdim ut ad patriam
suam saltem in senectute Ulixes rediret. Socios varijs exiliis a
misit casibus sed eos aut fortune violentia aut nature infirmi
tas aut animi voluptas absumpsit. Horum tamen omnium iocunda

velatio est. Nam vel aliena premissus casus et si amarus sit proficit ad cautelam. Et quo familiarior fuit cum labente societas eo casus quemque magis absterret. Sic quidem exemplis sepe magis proficitur quam preceptis. Ithaca eum intrantes facilius quo fidelius propugnata fuerunt. Vix et quodam modo solus evasit Ulixes. Sed ad philozophie rotunditatem et quasi patrias voluptates pauciores evadunt. Consonat ei si liricum continentem liram digneris audire Flaccus aut si magnus oratorum qui plus honestatis se apud academicos invenisse gratulatur quam plurimum stoicorum sit preceptis oppressum dicit enim. Troianum belli scriptorem maxime lolli. dum tu declamas rome preneste relegi. Qui quid sit pulchrum quid turpe quid utile quid non pulchrius et melius crisippo et crantore dicit. Fabula qua propter paridis narratur amorem. grecia barbarie lento collisa duello. stultorum regum et populorum continet estus. Antenor belli censet precidere causam. Quid paris ut regnet salvus vivat quod beatus cogi posse negat. Sedicione dolis scelere atque libidine et ira iliacos intra muros peccatur et extra. Quidquid delirant reges plectuntur achivi. Ego autem in illorum sententiam facillime credo credo. qui non credunt. sine lectione auctorum. posse fieri hominem litteratum. litterarum tamen copia nequaquam philozophum facit. Gratia siquidem est que ad sapientiam sola perducit. In summa siquidem copia litterarum aut ignorancia intercedit aut negligencia veritatis est sine qua impossibile est quemquam fieri sapientem. Unde et doctor ille ecclesie cuius nemo satis memor esse potest. Augustinus varronem arguit quem tamen. ut litteratissimum fuisse doceat aut post cetera quibus singulari preconio commendatur. Denique et ipse tullius huic tale testimonium perhibet ut in libris achademicis dicat eam que ibi versatur disputacionem se habuisse cum M. varrone homine inquit omnium facile acutissimo et sine dubitatione doctissimo. Non ait eloquentissimo vel facundissimo quoniam re vera in hac facultate multum impar est. Sed omnium facile acutissimo et indubitanter doctissimo. Ipsius autem libros tanti curiositatis varronis litteraria opera predicabat. Nos inquit in nostra urbe peregrinantes errantesque tamquam hospites tui libri quasi domum reduxerunt ut possemus aliquando qui et ubi essemus agnoscere. Tu etatem patrie tu descripciones temporum tu sacrorum iura tu sacerdotum tu domesticam tu publicam disciplinam tu sedem regionum locorum tu omnium divinarum humanarumque rerum

nomina generum officia et causas exposuit Iste igitur vir tam insig
nis excellentissimeque peritie qui tam multa legit ut aliquid scribere
vacasse miremur tam multa scripsit quam multa vix quemquam legere po
tuisse credamus Iste inquam vir tantus ingenio tantusque doctrina
si rerum velud divinarum de quibus scribit oppugnator esset atque destruc
tor easque non ad religionem sed ad superstitionem diceret pertinere nescio utrum
tam multa in eis videnda contempnenda et detestanda conscriberet
Cum ergo viri acutissimi et sine ulla dubitatione Cicerone teste
doctissimi superstitio scriptis propriis cum commentibus arguatur constetque
quia superstitione falsitatis vicio virtuti que in sola veritate consistit
esse oppositam et sapienciam sine virtute esse non posse quis ex so
la lectione nisi adsit gracia illustrans gratia creatrix veritatis et
virtutum credat posse fieri hominem sapientem Omnes scripturas esse
legendas et de benedictione que primogenitis data est et filiis Noe et
quod rationi auctoritas nullius gentilium preiudicet Capitulum

10 Omnes tamen scripturas legendas esse probabile est nisi sint re
probate lectionis cum omnia non modo que scripta sed etiam
que facta sunt ad utilitatem hominis licet eis abutatur inmundum insti
tuta credantur Nam et angeli quos dato sibi ipse animam mundus tot
potens secundum assercionem patrum ad corporis usum institutus est
Animas benedixit deus homini dicens crescite et multiplicamini
et replete terram et subiugate eam et dominamini piscibus maris et vola
tilibus celi et universis animantibus que moventur super terram Et
adiciens omnem herbam afferentem semen et universa ligna in usu suo
Nam carnibus edulio ante diluvium creduntur abstinuisse concessit
eis in cibum Illis quoque quos a peste diluvii archa prefiguratis ec
clesie liberavit benedixit et legem dedit dicens crescite et multipli
camini et replete terram et terror vester ac tremor sit super cuncta ani
malia terre et super omnes volucres celi cum universis que moventur
in terra omnes pisces maris manui vestre traditi sunt et omne quod mo
vetur et vivit erit vobis in cibum Quasi olera virencia tradidi
vobis omnia excepto quod carnem cum sanguine non comedetis Ecce
prima primogenitis et filiis Noe eadem benedictionis collata est gracia
eadem auctoritas dignitatis eadem et ciborum fere concessa indul
gencia Augmentum namque et multiplicatio gratie dilatacionem
exprimit dominium terre bestiarum terror privilegium potestatis victualium
universitas est indicium libertatis Omnia siquidem munda mundis Ceterum
vetolo huius benedictionis privilegium alio indultum tempore quam quo in

noceant per creatione data est aut premeditima sacramenta vel peni
tentie reparata ¶ Nam et hys statim post diluuium et illis ante pecca
tum forte dictum est crescite et multiplicamini ut illius duntaxat
augmentum et multiplicatio adquiratur quod deus homini contulit per naturam
aut reformauit per gratiam hoc autem crescere iubet ipse et quodammodo
multiplicari in sobole sua quia ad meriti profectum in sobole quodammodo
quadam propagatione virtutum ¶ Cum vero natura sit mutata per culpam
ut crescere aut multiplicari iubeat non memini licet autem que per
missa sunt stare queant ad literam tamen omnia in usum vite hominis
cedant et ea ipsa que videntur esse mortifera etiam ipsi odoratu au
ditu nedum tactu vel gustu qualia sunt nocentius venenosa aliis
sunt hominis aut cibus vertantur in cibum ¶ Potest tamen et aliquis sen
sum spiritualem domesticus invenire ¶ Sensum tamen historicum robo
rat quod pisces sanissimos et feras quarum carnes utilissime sunt
videmus crebro venenatissima reptilia deuorare et ipsa venena
inseruntur medicamentis quibus non modo natura sustentatur
humana sed etiam infirmitas conualescit ¶ Cum vero primum sit custo
diendus sensus hystoricus quicunque animum vel ad fidem vel ad opera
fidei que sunt boni mores magis informat laudabilior et pla
ne utilior est ¶ Hoc enim lectione semper querendum est ut homo se ipso
melior iugiter fiat ¶ Dum tamen littera procedens utiliter ad multa possit
referri et ad hoc posse aptari consentio ut per gratiam conditione di
latatam ad virtutis incrementum et multiplicatum liberum pariter
arbitrium et virtutibus multiplicatis per gratiam adiuuatur subiecto terre
quam tamen in se ipso homo subiecerit dominatu sui aliorum quoque consequitur
ut cunctis animantibus prelatus timorem et tremorem incutiat
animalibus que mouentur intra ¶ Sunt ei ergo contemplationum quia
in omnibus creaturis ei verba salutis sue loquuntur dominus plane
tribuatur in cunctis quibus adiutorium aut mores componendos vita ho
minis proficit ¶ Constat enim quod omnis edificatio morum a domino
est et tamen quibus ad virtutem aut ab opere aut a verbo aut quocumque
modo instruitur concessis sibi a deo donis utiliter tribuatur ¶ Omnis enim
instructio salutis quoddammodo verbum dei est et a quocumque vitas dat
trine proferatur accepta est eo quod vitas incorrupta semper et in
corruptibilis est ante diluuium et post donum sanguine in quo sedes
est anime abstineatur concessus est animalium usus et ante baptis
mum et post donum non peccato viuet nemo videtque misterium prohi
betur si apostolus est aliquibus odor mortis in mortem quod prohi
bet et vasa mortis aliorum prodesse adiutorium ¶ Cum ergo dicat quid

quasi ius sit sanguinem comedere perinde est ac si quadam ymagine di-
catur divino vicia fugias quod et voluminibus lege Sicut in escis corporalibus
quedam sunt que digeruntur utiliter quedam vertuntur in corruptos humores
alia per vim compulsivam eiciuntur. quedam sunt que sanis si in
modeste sumantur conferunt et obsunt egrotantibus quedam debili-
oribus faciunt minus tamen conducunt sanis et sanatis nam
hec ipsa non adeo naturam roborant. delicatiora siquidem minus nutri-
unt magis quam nimia et alimenti ut ita dixerim pinguioris ¶ Sic
et in libris sunt que omnibus prosunt. dum tamen legantur mo-
desta dispensatione. que ut nichil contineant nisi edificationem fidei et
morum sunt que solidioribus animis faciant habenda quidem
propter allectionem simpliciorum. sunt que natura bone mentis acu-
ciat. sunt que digerant in usum morum aut eloquencie. sunt
que inducunt animam et in fide et bonis operibus salutem faciunt cru-
ditatem. Vix autem invenietur scriptura in qua. si non in sensu vel in
verbis non reperiatur aliquid quod prudens lector emittit ¶ Ceteri
libri catholici tucius leguntur et canonis et gentiles simplicibus
periculosius patent. sed in utrisque exerciti fidelioribus ingeniis
utilissimum est Nam exquisitata lectio singulorum doctissimum. tan-
ta electio meliorum optimum facit Ut enim in libro saturnaliorum
et in epistolis senece ad lucillum legitur apes quodammodo debemus
imitari. que vagantur et flores carpunt. deinde quicquid at-
tulerunt disponunt et per favos dividunt et succum varium in v-
num saporem mixtura quadam et proprietate spiritus sui mutant Nos
quoque quicquid diversa lectione quesivimus committamus in usum vir-
tutis. ut omnia in ordine gerendorum. racio nostri iudicio digerente
convalescant Nam et in animo melius distincta servantur. et ipsa
distinctio. non sine quodam fermento. quo conditur universitas. in
unius saporis usum varia libamenta confundit. ut etiam si
apparuerit. unde sumptum sit aliud tamen esse quam unde et sumptu
notetur appareat ¶ Hoc in corpore nostro facere videmus sine cura o-
pere nostro naturam Nam alimenta que accipimus. quamdiu in sua
qualitate perseverant. et solida innatant. male stomacho oneri sunt
At cum ex eo quod erant mutata sunt tunc demum in vires transeunt
Sanguinis et divino mandato dicitur dum vicia declinantur Pas-
tor ecclesie reptilia et immunda mactare precipitur et comedere. quod licet
ad notitiam gentium proprie referatur ut exempli conformitate
dari potest. ut singulatis erroribus. gentilium dogmati. nequaquam

horatianus. Illum in noticia singularitate contemptus mundi docet pitagorici audiant. dum animas quas intellectum exegerunt retrudi in corpora bestiarum inculcetur ut plato. Nam in eo pitagoricum nimis secutus est quod sicut mortuos ex vivis ita ex mortuis rursum vivos fieri docuit. et in varia corpora pro morum qualitate migrare. Unde illud Ipse ego nam memini troiani tempore belli. panthoides euforbus eram cui in pectore quondam hesit ab adverso gravis hasta minoris atride. Sic ergo legantur ut auctoritas non preiudicet rationi. nam et urtica cum rosa legitur quandoque manum tangentis urit. Sapientia siquidem fons quidam est de quo egrediuntur flumina que irrigant omnem terram. et non modo ortum deliciarum divine pagine replent. sed et ad gentes pertranseunt ut nec etiam ethiopibus omnino desint. Inde sunt flores redolentes. et fructi fere gentium orti. Quos si forte simplex lector ingrediatur semper poetici illius meminerit. Qui legitis flores et humi nascentia fraga frigidus o pueri fugite hinc. latet anguis in herba. Nam et poma esperidum que draco pervigil servat nullus apportat ignavus. Aut quis scripturis nunquam vigilans legerit. sed quasi dormitans compungitur ac si ad finem legendorum veniens talia verbis pertransit. Certum est quia fidelis lector et prudens et qui litteris ex amore vigilat vitia pro semper excludit et ex omnibus accedit ad vitam. Hinc est illud doctoris doctorum proximi animam suam non amabis

Quid sit vere philozophari. et ad quem finem omnium scripturarum rigat intentio

Hoc autem vere philosophari est et hic est multe lectionis iocundissimus et saluberrimus fructus. Ipsa siquidem rerum omnium continet disciplinam. et omnium moderatrix universis humane vite actibus et verbis et cogitationibus modum et terminos ipsa constituit. Est tamen ubi nec ipsa novit terminum prefinire. Est enim in eo prestitutum ut non habeat modum. Quod qui ait aut loquitur illuc tendit tenditur quod apud recte philosophantes non habet terminus. Nam et eius sollicitudo in eo consistit. ut illud nequaquam timeretur. Si enim secundum platonem philosophus amator dei est quid aliud est philosophia nisi divinitatis amor. Hec est utique que terminum non vult. ne et ipsa que non procedit finiatur. Ex eo enim fiunt esse desinit et si amor dei deo cum linguntur philosophie nomen evanescit. Hinc et incarnata sapientia dei. cum multis prescribebat modum. deum sine modo precepit diligendum. Nisi quia caritati modus modus ille prescribitur ut deus preter terminos amoris diligatur. Qui enim ait diliges proximum tuum sicut te ipsum idem precepit diliges dominum deum tuum. ex toto corde tuo ex tota anima tua. et ex tota anima tua mente tua. et ex omnibus

uiribus tuis. Idem quoque adiecit. In hiis duobus illis pendet tota lex et prophete. Si ergo omnia que scripta sunt prophetis famulantur et legi id est si omnis doctrina illuc tendit ut homo subiectus sit legi dei. quis ambigit. ad regnum caritatis uniuersa referri. Cum uero philozophando caritatem adquirit aut dilatat summum philosophantis assecutus est finem. Hec est itaque uera. et in mutabilis philosophancium regula ut sic in omnibus legendis aut discendis agendis aut omittendis quisque uersetur ut proficiat caritati. Ipsa uero numquam manens aut sola est sed honestatem modestiam cum sobrietate pudiciciam et aliarum uenerabilium uirtutum cetum in ipsum hominem. que pietati consecrauit quasi in templum domini introducit. Ceterum aliorsum uergit in artibus. sine quibus scripturis. non philosophie dogmata sed inanes fabule sunt et figmenta eorum super quorum impietate ira dei de celo reuelatur. Et quicquid illi garriant uere philosophia in rescriptum ducitur insipidum et insulsum sed philosophiam dicentem de talibus. Narrauerunt michi iniqui fabulaciones sed non ut lex tua. Eloqui ergo uera et iusta philosophantibus. et non prophete philosophancium est. Uera et falsa loqui bona docere et mala promiscue. Sed et recta dumtaxat medium docet uanus philosophi imitator sed qui recta que docet sequitur uere philozophus est. Deinceps

12 Errant utique tres ingratorum. qui sapienciam uerba putant et quod et impudenter aliter legendi sunt libri diuini aliter gentiles errant qui philosophiam in solis uerbis consistere opinantur Capitulum

Errant qui uirtutem uerba putant ut lucum ligna. Nam uirtutis commendatio consistit ab opere et sapienciam uirtus inseparabiliter comitatur. Unde constat quia illi qui uerbis inherent malunt uideri quam esse sapientes. Plateas circueunt terunt limina doctorum questiunculas mouent intricant uerba ut suum et alienum abducant sensum parati omnes uentilare. quam quod annunciare. si quid difficultatis emerserit. Produnt tamen prodese imperitiam suam iactatores sapiencie. nec amatores et id quod nesciunt. paruo pudore nesciunt. quam querere et discere mallunt. Propositum si essent alii quibus notum arbitrentur. quod ipsi nesciunt confessionem tamen eorum ferre non possunt. de omni materia loquuntur subito diuinitant. omnes culpant alios. se ipsos predicant. iactant se nunc inuenisse de nouo quod tritum est ab antiquis. et testimonio librorum per etates multas ad tempora nostra productum. Uerba multiplicant ut sepe minus intellecti sint ducti multitudine uerborum. quam rerum difficultate. Cum enim ne intelligeretur effecit. arbitratur se meruisse ut peritis plus uideatur. Et sepe qui paucissima nouit comparat plurima que nec ipse pitagoras sufficeret comparare. Interdum ea replicat. et reuoluit. et quia non habet quo diuitat. laborat inferre. et idem texit et easdem terminat auras. Dum eum proul audis. tam tacto nemi·

...netu et s...
quide fortit...
t incipitur esse ...
...tu multitudinis ...
...s lapideis aut ...
habent tm ... e...
...suas et causa...
... pim...

...uet natur...

...t. Quid quidem

...uid a natura e...

...aut est natura

...am est. Manifes...

...n sunt multa. De...

...nifesta non...

celo muneris tetigisse. Quibus cum honorem attulisse videbitur
Si professionem queris aut artem est grammaticus rethor geometer pic
tor aliptes augur scenobates medicus magus. omnia novit et omnia
et esuriente greculo longe prestantior. Nam et si iusseris ibit in celum. et de
Delo doctior te ipum quo volueris. in volumine per manus traicit. Attende ut do
ceatis quid in scriptis suis [illegible] auctores senserunt. diligenter inquire co
tute litterarum. statim increpabit diuturnam tuam et asino arcadie te
dicet tardiorem plumbo ebetior es. dum quid in littera latet interrogas
littera inutilis est nec curandum est quid loquatur. Si instas moneberis
fugere. quia pernitiosa est et occidit. Cave ne serpens sis. qui terram come
dis omnibus diebus vite sue. Aut ludendum aut fabulandum aut disputan
dum est tibi nam qui verbosior est videtur doctior. Nec curandum est verum
aut quid de quo sentiat aut proferat aliquis dum loquatur. ¶ Nec re
fert qua quisque voce utatur. dum non substanciam sed umbram eius quis
que dare sufficiat. Quid verum aut falsum quid probabile aut non probabi
le sit frustra queritur. dum tamen ymago probabilium proferatur. Statue
quod volueris. statim illud aliqua similitudo enervat. Nam quod obtinet
in uno simili. velis nolis in alio obtinebit. ¶ Constat tamen quod nec quod
simile est non statim esse verum et quod falsum videtur non semper falsum
esse. Si propositorum similium dissimilitudinem interris aperire verum manentem
aggrederis. Aut eum tenui clamore impediet. aut superfluam operam dedis
se debet. cum omnium similium aliquam dissimilitudinem esse oporteat. Alio
quin non tam similia quam eadem merito dicentur. Quare cur ita non sit
non modo frivolum sed irrisione dignissimum iudicatur. Statim queritur
an velis contionari. dicunt ut peripateticum non enxagoram audiant
tonuisse. Cum tamen de ambulatione et cavillatione magis potius
quam diligenti investigatione verorum peripateticos imitentur. ¶ Si tamen
hec ad copiam eloquentie comparandam exerceatur disceptatio et similia
et dissimilia conquirantur. exercitium quidem laudabile est. et quo aliquid
esse commendabilius inveniatur. non facile dixerim. dum modo fallaci
arum nube multiplici. sibi nequaquam perstringi oculos paciantur. Nichil
enim utilius nichil ad gloriam aut res adquirendas commodius inve
niri quam eloquentia. que eo cum plurimum operatur. si verorum in mente. et in
ore copia sit uberior. Verba namque proferre velut incognitis. dissipiet
potius quam docentis est aut discentis. Multos videbis lingwas qui totum
longo detinent sermone diem. et nichil omnino dicunt aut modicum ¶ Tu de
fessus es audiendo et ut nisi verbosior esset loquendo perfungaris pati
cerit. quo tamen tendat. aut quid velit. non dum intelligis. In fine

conspectus ille non diu mutuo fecit. Differ tamen ut videas qua con-
turbus sit recollige tandem que contraxit et convenient tibi velut
egri somnia. vane fingentis species ut nec pes nec caput uni reddatur
forme turbati cerebri homines credas. et qui condescendo rationis lingu-
am continere non possit. Noctes enim noctes continuare in somp-
nis. et sopita ratione melancoliam solam in eo conturbatam si forte
in peticione ductus. et modestiam persuaseris succendetur et quelibet
inguens finget obprobria compacientibus. et deridentibus eque
contradicet nec amicus nec hostis ibi eo nisi consputus abscedet.
Si cepisti perferis necesse est aut procacis lingue sustinebis iniurias
Desiste ergo nisi sordida lingua maliciis inquinari. Nam et in
munda quo magis manent eo amplius fetent. Viri prudentis
dictum agnosces quia vespam tetigisse timent. Fugiunt quoque pac-
tam qui sapiunt. agitant pueri mali quos sequuntur. Licet autem
apud piratos aut ferro viventes. homo hilaris vetissime indicatur
inutilis. commodus tamen est inter multitudinis. que hylaritatis
iocularis leticie materia gaudet. Optimum enim instrumentum est ad
risus concitandos et efficatior quovis mimo. Ut venenum eius
parat. et si enim forte ius vespe inde benignissime absterit ut in
docendo aut in disputando sententie plus apponat ut eam inbor-
tunitati contemperat. modestissimam totius eloquencie regulam
tenet. Illa vero copia laudem parit. cum virtus virtuti. et amicis
officiis amica consentit. Multa siquidem et fallaciter loqui. ingeniosi-
li est. et famam animus negligentis et in se invicem graviorum pro-
notantis adimit et contemptum. Nam et ipsius sapiencie auctor est
quia qui sophistice loquitur odibilis est. Non mediocris tamen uti-
litas est in deprehendendis importunitatibus importunitatibus sophistica-
rum quarum naturam quis quis ad condemnacionem veri et verum venie
racionem progreditur quam miles inutilis est qui adversus contractatum
et instructum hostem procedit non armatus. Licet ergo cognitam
colloquentem inasperum fallere. et quam incampi ductorum scola inter turbas
iocularem militiam conterere. Sed ubi se colloquencium intencio ad philoso-
phie sobrietatem erigit importunitates sophistice delitescunt. Et
si forte ab alterutra parte emerserint sic a sapientibus comprimuntur
sicut in re publica inter contrahentes dolus malignancium coheretur.
Ceterum verba rebus res temporibus contemperare. et intervenientes fal-
lacias prudenter arguere non paucorum dicere est aut levis opera. unde

nota

Plurimi attendentes victorinum aberrant et aliquam uestiunt philosophie porti-
unculam presentes. gloriantur apud indoctos. at si in inquisitionem
eorum tota concesserit. Ut enim ait quidam libris namque mancibus nomen
obtendit. garaos quisque duas postquam fecit unige partes sic stat. sic lo-
quitur velud cui nomina desint. De generibus et speciebus nouam affert sen-
tentiam que boetius latuit quam doctus plato nesciuit. et quam iste fe-
lici forte in scriniis aristotilis nuper inuenit. Veterem paratus est sol-
uere questionem. in qua laborans mundus iam senuit senuit. in qua
plus temporis consumptum est. quam in adquirendo. et regendo orbis
imperio consumpserit cesarea domus. plus effusum pecunie quam
in omnibus diuicijs suis possederit cresus. Hec enim tamdiu mul-
tos tenuit. ut cum hoc unum in tota uita quererent. tandem nec istud
nec aliud inuenirent. Et forte ideo quia curiositati non sufficiebat
noui quod solum poterat inueniri. Nam sicut in umbra cuiuslibet
corporis frustra soliditatis substancia queritur sic in hijs que intelligi-
bilia sunt dumtaxat et uniuersalia esse queruntur. solidioris existencie
substancia nequaquam inuenitur. In hijs etate terere nichil agentis et frus-
tra laborantis est. Nebule siquidem sunt rerum fugitiue. et cum que-
runtur amplius cicius euanescunt. Expediunt hanc auctores mul-
tis modis uarijs et sermonibus. et dum indifferenter uerbis usi sunt
uarias opiniones immo errores usi sunt. et litigiosis hominibus multa
contendendi materiam reliquerunt. Inde est quod sensibilibus alijsque
singularibus apprehensis. quia hec sola naturaliter esse dicuntur ea in diuersos
status prouehit pro quorum ratione in ipsis singularibus specialis-
sima generalissimaque constituit. Sunt qui more mathematicorum for-
mas abstrahunt. et ad illas quicquid de uniuersalibus dicitur referunt
alij discutiunt intellectus et eos uniuersalium nominibus censeri confirmant
fuerunt et qui uoces ipsas genera dicerent esse. et species sed eorum iam
explosa sententia est et facile cum auctore suo euanuit. Sunt
autem adhuc qui deprehenduntur in uestigijs eorum licet erubescant
auctorem uel sententiam profiteri solis nominibus inherentes quod rebus
et intellectibus subtrahunt sermonibus ascribunt. Magno tuetur
quisque se iudice. et grauius auctorem qui indifferenter nomina pro rebus
uel res pro nominibus posuerunt suam astruit sententiam uel errorem. Ve-
rumptamen hinc magna seminaria iurgiorum et colligit quisque quo suam pos-
sit heresim confirmare. a generibus et speciebus nequaquam recedit. sed eo ap-
plicabilis undecumque institutus sit sermo. Poeticum illum te subito
lunaticis inuenisse pictorem qui ad omnia que necessitas exigit
scit fortasse simulare cupressum. Desipit ita rursus in uenia a qua

cum teste Tullio nullus casus acciderit. Nam quicquid dicit vir ipse. nichil
est nisi nenia nugis. Si gaudet si flet si tacet aut loquitur. Tenat firmat
ponit negat innuit. Una est nenia si non sit nenia nullus erit. Est et
illa ad philosophandum videtur aptior in qua liberior est licencia fingendi quod
volueris. et minor est copia difficultate aut disceptacionum impericia
temeritudo sepe sicut ad hostem insidiendum facilius salebras. et angus
tias transeundi miles cautus observat. sic difficiles quas aut astrapticus
aut a vinculis concitat questiones. aut si aliud propositum est concludenda
in eas quam concedenti placuerit. et si satisfacere non sufficis. quia ne
statim annuit oculos distorquet vultum brachia iactat clamat salit
in cepti. Non utique satisfacies nisi ei videas illius sinus. et id tamen
dicas quod consuevit audire. Ipse tamen licet scrupulosior sit. totus
est prelacionis ignarus. In uno tamen fortasse sibi prospiciunt tamquam
qui in marsupiis omnia quibus inflatur ingessit. frangle tamen et quasi
cum vesicam hanc perforando. quicquid loquacitatis in follibus imperiti
gutturis resonabat evadunt. imo sapientis iudicio tanquam esset. Nec
illos ad philosophandum crediderim aptiores qui omni iudicio lauda
cionem obtinuerunt. ac si ad omnia que querimus sermo sit ad populum
faciendus. Regulariter si quid proditum est quod qui ut plus vel minus
respondet quam queratur. ab eo linea recte disputandi ignorat. Ceterorum
tum quibus docendus est illa sunt dicenda duntaxat que salutis
expositorum administracionem prestant. unde illos. qui in singulis legunt
omnia. et dum unum queritur intuentur omnia comprehendere. Planum est recte
docendi formulam non tenere aut enim vestiunt quod sit recte do
cendi modus aut dissimulacione officii. vendicant forte ingenia sua
et ut ait Cicero non quid proposita disciplina. sed quid ipsi possint osten
tant. Qui ergo porphiriolum omnibus philosophie partibus replent introdu
cendorum obtundunt ingenia memoriam turbant et quam instituendus
cepit. Divine pagine libros quorum singuli apices divinis plene sunt
sacramentis. tanta gravitate legendos forte contesserim eo quod thezaurus
spiritus sancti. cuius digito scripti sunt. omnino nequeat comprehendi. Licet
enim ad unum tantummodo sensum accomodata sit superficies litte
multiplicitatis misteriorum intrinsecus latet et ab eadem re sepe allegoria
fidem tropologia mores variis modis edificet. Anagoge quoque multi
plicatur sursum ducat ut litteram non modo verbis sed rebus ipsis instituat.
At in liberalibus disciplinis ubi non res. sed duntaxat verba significat

quibus quis primo sensu littere contentus non est aberrare videtur. multi
autem ab intelligentia veritatis quo diutius teneant se velle suos abdu
cere auditores. Plane porphirium hoc ingenium credo si ita scripsit. ut
sensus eius intelligi nequeat si aristotile platone et plotino prelectis
valeat quicumque me in aliquam disciplinarum dispono introducere compendio
tali. Ego si quid illum sequar quem litteram aperit et quam sufficienter patefa
ciunt ut ita dicam hystoriarum docet. Que sunt necessaria. et que
claves philosophandi. et que simplicitas. amica veritati est et quid sit luc
tari cum angelo vel obviare ei. et quid sit aut prosit adoratione

Que vero sint dicende claves et sapientie reliquie patriam Cap
que philosophantibus ad inveniendam speciem veritatis viam eo tempus ape 13
riunt senex carnotensis paucis comprehendit. Et licet metri eius sua
vitate non capiar. sensum approbo et philosophantium credo mentibus fideliter in
figendum. Ait ergo. Mens humilis studium querendi vita quieta. scrutinium taci
tum paupertas terra aliena. Hec reserare solent multis obscura legen
do. Humilibus namque dat gratiam deus. et illis veritatis studium confert qui te
more veritati et in dilectione et executione mandatorum suorum fideliter
adherent. Nam et testimonio sapientis qui confidunt in domino intel
ligent veritatem. Superbis autem resistit deus. Unde eo minus philosophatur a
eo veniente in aliquo obtinuerit. Humilitas est ut nec personam doctoris
contempnat quis aut quamcumque scientiam. nisi forte quam religio repro
bavit. Sed ut dici solet in vita minima. nichil recte aggreditur quis ad
scientiam. sine eo perveniet qui scientiarum dominus est et in quo sunt omnes
sapientie thesauri absconditi. Et hoc utique molimen arduum nimis est
et difficilius et longe maius quam ut fabulantur ulterius illius clavam ex
cipere de manu herculis. immo certe longe minus quam nichil est. si tamen
quam omnino nichil est aliquo maius aut minus est. Quisquis ergo viam
philosophandi ingreditur ad hostium gratie eius humiliter pulset. intimet
viam liber omnium scientiarum est quem solus aperit agnus qui occi
sus est. ut ad viam sapientie et vere felicitatis secum reducet aber
rantem. Frustra qui sibi de capacitate ingenii de memorie tenacitate
de assiduitate studii de lingue volubilitate blanditur. quia si hec
in vanum fuerint. quo efficatiora videntur eo longius alienabunt.
Nam et equus quo velocius aberrat eo tardius domum quisquis
insidet redit. Est autem humilitati connexa simplicitas. que disten
tium intelligentia plurimum adiuvat. Humilitas enim hiis que senioribus
a doctoribus adquiescat. et simplicitas si qua secus ac oportuit dic
ta videntur in partem meliorem fideli interpretatione retorquet. Ineptus
enim est qui scripturis quibus instruendus est appetit dominari. et
estimato sensu eas ad intellectum suum mittitur trahere repugnantes

Nam ingeniis querere quod non habent proprium sensum obstruere est non addis
cere alienum ¶ Nonne et discipulorum oculi tenebantur ne scripturam que eos
ardore comitabatur agnoscerent quia tardi erant ad intelligendum que prophe
loquebantur. querentes quod aberat mentibus prophetarum et non attendentes christum
qui latebat in littera Sed quia puritatis ardenti studio querendi querebant quod
latebat sapientia que querebatur affuit et aperuit oculos eorum ut
intelligerent scripturas. et suam ipse dominus arguerit tarditatem ¶ Sic
enim prodest querendi studium si aviditas ipsa sciendi refertur ad christum
Sed nec ipse nisi inspiratione patris agnoscitur. quia mens scripturarum
nisi refectio fidei. aut morum detur animis. omnino non videtur Nimis
quis enim ad voluntatem suam ingenii aut studii viribus scripturarum
integritatem attemptat quasi a sacrario prophetie exclusus ab intelligentia
veri alienus erit Nam et sodomite. dum angelos. correptores mali
tie. et viri iusti hospites corrumpere voluerunt cecitate percussi sunt. et
circa parietem errantes palpitando in meridie crassis tenebris obvo
luti iusto dei iudicio submersi sunt ¶ Sic dum elati et maligni obser
vant ad quirendum scripturarum sensum fidelem. qui in domo simplicis. cum
quo est simotinatio dei. et qui correptorem malicie angelum. non at
tingunt Angelus siquidem scriptura est quam deo mittente constat. ad in
crepandam malicias hominum in mundi sodomam descendisse Audite inquit
verbum domini principes sodomorum auribus percipite verba mea populus gomor
re Reverendum est ergo scripturis. non deridendum. nisi forte quis se propri
dignum credat. ut angelis debeat dominari ¶ Utique viri iusti eos ado
rasse. et cibum ministrasse leguntur. et eis humana tenuitas vult prestare
Cibantur autem fidei et bonorum operum cibis. nam et magni consilii
angelum. ad puteum. sic cibavit mulier samaritana Et forte eos a
dorasse non proderit si cibus subtrahatur ¶ Nonne querendi studio ingu
isse scribitur patriarcha qui scalam videns cuius summitas celum tan
gebat angelos ascendentes et descendentes vidit et ipsum dominum innixum
scale et cum angelo. donec aurora illucesceret luctaminis certamen
iniit nec ante ab angelo fatigatus. adquievit ut cederet. quam femore
altero debilitatus benedictionis gratiam voti compos. cedente an
gelo reportavit. Hec ei in spiritu aut in figura contigerunt. sed nobis
apostolo teste figuralia fiunt Immo ergo pugnacionis nostre. apprehenda
mus angelos scripturarum et infatigabili certamine luctantes cum eis
non cedamus. donec nos aurora veritatis illustret ¶ Nec solam nosse
sufficiat veritatem. nisi femore amoris temporalium marcescente. eo vere
veritatis aditum debilitatione angelicam faciamus consequamur. quo magis

et maiorum amore excitatos in appetitu tempestivo claudicamus. Eo enim luc-
ta ista perducit ut triumphantis honoris testimonio deus ipse qui summa
veritas est facie ad faciem videatur. Cunctis enim boni in fide aut operibus
apparet ymago quedam divine visionis est. Et vere aurora sine bene-
dictione non concedit angelum. quia noticia veritatis sine gratia bone
operationis. sancte conscientie non habet fructum. ¶ Porro ad studium quendi
non modo domesticis sed etiam extraneis animamur exemplis. Nam So-
lon qui summo sapientie fervore semper flagraverat. supremo die assiden-
tibus amicis et consentibus. iam fere in summo fatis caput erexit inter-
rogatus quod cur hoc fecisset respondit. ut cum istud quidquid est. de quo dispu-
tatis percepero moriar. Emigrasset profecto ex hominibus in curia. si eo ani-
mo vitam ingrederentur quo eam Solon egressus est. ¶ Carneades labo-
riosus et diuturnus sapientie miles in studio .xc. complevit annos. Et
si quidem idem ei vivendi et philosophandi finis fuit. Cato octogesimum et sex-
tum agens annum animo tum iuvenili. virili robore gravitate
senili in re publica agens ut nec memoriam tardiorem aut laterum
infirmitate aut quassatam vocem membra torpentia aut linguam
impeditam quempiam animadverteret. grecis etiam litteris appetiit erudiri
qui sero et fere senex latinas didicit. Cum vero sibi eloquentie gloriam
comparasset id egit ut iuris quoque civilis peritissimus haberetur. ¶ Hu-
ius vero proles in fisica et patre Catone digna adeo doctrine cupiditate
flagravit ut ne in curia quidem qua senatus cogebatur temperaret sibi
quo minus grecos libros lectitaret. Una quidem industria ostendit a-
liis tempora deesse. alios superesse temporibus. vitium quietam vitam ce-
nt. ethimologus docet qui studentis in mare exitium reputat si ad ostiu-
cius fremens non se tumultuum turba pulsat. Sunt enim quibus longus
ingenio nisi cum se tacitum solo vigeant. et divisis curis ipse quod ferunt
pectora vix. duras non admittentia curas. Magne mentis opus
nec de lodice paranda attonite currus et equos faciesque deorum aspice-
et qualis rutilum confundat erinis. ¶ Nam quod turba virtutis lumen
impediat textus evangelicus docet que turbe precedentes et sequentes
increpabant pueri ut taceret. si quidem dicente domino qui versatur in
turbis turbatur erga plurima. quo nichil studiis aut bonis mori-
bus exercendis periculosius est. Si enim studium ut Tullio placet
est vehemens applicatio animi ad aliquid agendum. magna cum vo-
luntate. profecto mens que turbata ad plura distrahitur. nequaquam
in uno virtutis opere fideliter occupatur. ¶ Sed studii tunc continuatio plu-
rimum proficit cum virtus in singulis que legit aut audit homo tanto

apud se veri iudicii scrutinio qualescit. Ibi namque vitios cuncta condem-
nat. et fructum omnium appendit in statera. Ceterum vita quieta esse non
potest. si nature necessaria subtrahuntur. et econtra si luxuriat animus
in deliciis rerum affluencia. hinc vitiorum contingunt. Unde fecunda
virorum paupertas. et vere humilitatis custos. et socia virtutis premissis
adhibetur ut luxuriam moderatrix ista compescat. et sciencie et stimu-
lus sius homines sui memores in officio virtutis urgit instare compellat
¶ Honesta quidem res est ut ait sapiens. leta paupertas. nec tamen est pau-
pertas si leta. Sed tunc si divitiis potior. Unde Democritus cum divitiis cen-
seri posset. que tante fuerunt ut pater eius exercitum Xersis epulo dare com-
mode potuerit quo magis vacuo animo studiis literarum esset operatus. par-
va admodum summa patre donavit. Athenis autem compluribus annis
moratus. omnia temporum momenta. ad percipiendam et exercendam doctri-
nam conferens ignotus illi urbi vixit. quod ipse quodam volumine testa-
tus est. Crates quoque ille Thebanus. proiecto in mare non parvo auri
pondere abite inquit pessimi male cupiditatis stimuli. ego vos mergam
ne ipse mergar a vobis. Et et Anaxagoras cum diutina peregrinatione
patriam repetisset. possessiones quidem desertas vidisset. non essem inquit
ego salvus. nisi iste perissent. Domicium fertur oraculum. neminem lo-
cupletem fieri futurum ut doceat. nisi quod docendum pauperem et egenum cre-
dat. Semper cum dispendiis plura deerunt. que statu iocunda. aut ne-
cessaria sunt. Ceterum alienam propria corrigit. et suam interdum aliena
propria corrigit. et suam interdum alienam facit. Immo aliena facit sua
et ullo unquam gravatur consilio. Hoc est quod domesticas. et que circumstant
alligit sollicitudines ut homo totus quodammodo versus in ipsum. omne quod
sapientie profectum impedit. respuitet alienum. Ubique tamen domi. et
ubique in patria. quia ubique locorum apud se et ubique apud sapientiam commo-
ratur. Et forte hinc patriarcham invitat dominus. dum eum de
terra et de cognatione sua precepit ut in peregrinatione proficiens multi-
plicetur in gentem magnam. ipsamque tandem adquirat felicitatem quam velu-
quit. Dum adhortamentum sapientie. omnia que sunt mundana contemp-
nit. ¶ Si quid vitus modeste paupertatis contractio arcessit et fortitudo
facilius divitiis. quam laboribus expugnatur. Cum vero imaginatione tem-
porum quibus quodammodo ingenitus est. pedem sui figit affectus. fer-
vet et immoratur et inire dominium felicitatis adquirunt omnia. que mundi
cordis affectione. quam mentis pede calcant. Sed quis est qui hanc adire
cum iam vel intrare disponat. Angelum forte quis aggreditur aut
quis si aggreditur perseverat. ¶ Nec tamen sine discrimine colluctandi

videtur fitque vitiis. et nisi paupertatis cordis amaritudo precedat vehiculis
et hec. coniugatio non dulcescit. nec subcrescat soboles numerosa. nisi in
virtutis baculo iordanem labentem solitudo transierit. et in duabus turmis
spiritualium et corporalium bonorum in patriam dives regreditur qui etiam inter
cogitatus cordis intime contemplationis. et recte operationis labore diutius
sudant. Cum vero alia via philosophari intenditur. exeunt et urgente fa-
me primogenita distrahent si tamen invenerint germanum qui vel lenticu-
lam sapientie. pretii nomine largiatur. Est enim ut fertur dixisse dictum stup-
pus indulgere viciis a legendo studio temperare. De septima clave
In libro Quintiliani de institutione oratoris septima discentium. 18
discendi clavis ponitur amor docentium. quo preceptores ut paren-
tes amandi sunt et colendi. Sicut enim illi corporum. ita et illi quodam-
sunt genitores animorum non quidem de se spiritus propagando substantiam
sed quam sapientiam mandatorum mentibus gignunt in melius reformando
naturam. Et hic quidem pietas studiis plurimum confert. Nam et libenter
audiunt quos amant et dictis credunt et eis esse similes f. concu-
piscunt. et pio favente affectu. in ipsos cetus scolarium leti alacres-
que conveniunt. Emendati non irascuntur. laudati non erubescunt ut
sint et ipsi karissimi studio merebuntur. Nam ut doctorum officium est docere
sic auditorum prebere se dociles. Alioquin neutrum sine altero sufficit
nam sicut hominis ortus utriusque gignentium est confectus. et frus-
tra sparseris semina. nisi ea permollitus foverit sulcus. ita eloquentia
coalescere nequit. nisi sociata tradentis accipientisque concordia. Hec
quidem Quintilianus in preceptis eloquentie. sed nichilominus sunt ad in-
stitutionem sapientie applicanda. Perfecto nec eloquentia nisi preceptis
sapientie temperatur. et inservit illorum. qui aures audiendi sunt habent
non modo ridiculosus. sed quadam modo vesanus irrumpit. quoniam philosophia
ut loquetur diligentius non instruxit. Septem alias claves. quas
ad intelligentiam scripturarum Ticonius posuit in medium profert. liber qui
de doctrina christiana inscribitur. sed nequaquam istis abundant. omnes potius
versantur in una istarum. Eas namque studium quendam complectitur. Certum
de traditione gentilium. sermo fuerat institutus ubi tamen ut ad instructi-
onem fidelium proposito referatur. Una tamen est et singularis et que
clavium clavis. clavis illa que aperit et nemo claudit. claudit et ne-
mo aperit. et sine qua ad intelligentiam veri. nullus accedit quia quis quod
non apprehendit aut non tenet patrius inspirare credideris quem phi-
losophari. In quo epicurus et sui et summum bonum constituunt et quod
Multa quidem sunt. per labores multos itur ad voluptates. Cap.
et difficilia. quibus philosophantium probatur virtus. quam 17

ad summum non est iter nisi per arduum. Ipse tamen profitendi omnia
mansuetissimum et dum laboris perpetitur utilitas. mentis ad omnia ro-
borat. Et quid ad summum tendunt omnes sed via dispari. Nemo tamen
ut opinor illuc sine labore pervenit. aut tendit. Cum enim sint tres phi-
losophantium secte que et ipse studiuntur inseruitas multas. omnes et si
dissimiliter laborant. tamen in assequendo finem que statuunt ¶ Si quidem
epicurus. et totus grex sodalium eius vitam beatam asserit que semper
tanta iocunditate letatur ut tristicie. et perturbationis non intueatur
vel tenuis motus. Vera quidem diffinitio est. et qua nichil potest
esse iocundius. Ab ea tamen plebs que eum sequitur defluxit vo-
luptates reputans se carnis usu beatissimam esse futuram. Michi tamen
persuaderi nequit. hoc aliquem hausisse de fonte socratico qui tanta
inter mores docuit puritatem ut a posteris creditus sit non humanum
modo sed divinum spiritum habuisse. Sed quia facile est aure vel ore insipi-
entium dicta omnia optima depravari. adcompendium in invidiae i. vin-
dicie tracta sunt que virtutis esse debuerant instrumentum. Tamen siqui-
dem opinata est. nam hoc utique cordatus homo non sentit. quod amore
iocis et. vel est iocundius ut fratrum parasitica vita aut eorum qui
epulantur cotidie splendide. qui vino estuant splendidis utuntur
vestibus denique omnia que mens lingua manus appetit cogitare
loqui et facere. et in nullo contrarie sibi aut motum reprimere facere
voluntatis vitam esse hominis vera et summa felicitate gaudentis
Sed nusquam hec sine labore venit. Quod obiecis. ne sit innatur varietas
humane sortis instruit. Ut rebus namque utaris ad libitum opulen-
tia necessaria est. Hiis enim egemus. ita non utitur quia desunt aut par-
cat sepe ne desint. sed ponunt adesse sunt multos competitores et
tanta furentes aviditate. eas fortior asportabit. Divitiis itaque opus
est ut serventur. Eo igitur non ergo et potentia. Nunquid hec gratuitis
id est sine labore et sollicitudine adquiritur. Sed in hiis contemptum dueo
quidem est et intollerabile eo quod amor quoddam innatus est homini ut
etiam qui non agit ut bonus sit bonus videri velit. et in estimatione
sui aliorum curare iudicia. Nam ut bonus sit non tamodi quid sed insti-
amor efficiet. Oritur ergo reverentia ex merito. sed hec ipsa nisi fa-
me beneficio protendatur leviter evanescit. Et illa que gloriam parit
et prorogat cumulatis fugit actualis. sed maxime a virtutum con-
creatio tumulescit. ¶ Patet ergo quam laboriosus sit tunsitus ad beatitu-
dinem per voluptates que sufficientie causa divitias congerunt ut po-
tentia utantur amplitudines querunt dignitates ad reverentiam et fa-

gam contemptus et tamen laude celebritatis gratia aspirant ad glo
riam His tamen omnibus non est vita quam epicurus describit adqui
ritur et que tristitie sit et totius perturbationis ignara. Aut cum hec
in unum quemlibet non concurrunt aut non conferunt quos pollicentur
effectus plurimos et sepissime tanquam ex regione consistant querentibus
nocius contraria operantur. Si michi non credis. liber de consolatione
philosophie revolvatur attencius. et planum erit hec gravium verede. Et licet
liber ille uerbum non exprimat incarnatum. tamen apud eos qui ratione
utuntur non mediocris auctoritatis est. cum adversus mundi mala quelibet
gravitate mentis dolorem congrua eius condimenta conficiat. Nec
video quid vel gratius sub pretextu religionis mederi debeat vi
sum. cum sapientibus in fide. et insipida desipientibus. sit mundi ra
tionis confectio artificiosa proficiat. ut nulla religio quod inficit ab hora
ri audeat. nisi qui totius operis est. Sine difficultate profundus
est inventor eius in verbis sine levitate conspicuus orator vehemens
efficax demonstrator. ad id quod sequendum est nunc probabiliter suadens
nunc quasi stimulo necessitatis impellens. Si hunc ut uitae est ad quem
veris videlicet ista laboriose nimis querimus ab alio et id cuius querunt
gratia operis minime proveniunt. Illud tamen cuius querunt gratia. ve
rius. et compendiosius poterat inveniri. si non aliunde quam a se quereret.
Ex iam fere malicia nulla lesione non quiritur. sed neglectum dicit pre
stas etiam si occurrat. Nam cum omnia bona sapientie accessoria sint
ipsa quoque constet propter salutem. et omnem pulcritudine appetendam
ipsa ceterorum collatione vilescat et sola sunt accessoria eius imperio
Dives enim philosophatur. ut sapiat nemoque ut rebus habundet aut tem
poralibus floreant. videbis multos. et si non philosophantur cum philosophos mentiuntur.
Certum facilius est ut divitie philosophantem impediant. quam ut philosophie quicquam
conferunt. Deo enim et mammone fideliter non servitur. Ne veare ut
quis patriam deserit ut paupertate sponte necessaria amplectatur. ut stu
dio vacet. nam philosophia ipsa labor videtur inutilis. nisi fructus opulen
tie consequatur. Alios ut sciant curiositas sollicitat alios ut sciantur cu
riositas sive videantur. elationis stimulo vanitas urget. Alios ad
questum cupiditatis inflammat varius est qui caritatis. aut utilitatis
pede sapientie vias scrutetur ut doceatur aut doceat. Nam ad id mundi vo
luptatis. aut vane utilitatis ineptias omnia referunt. In hiis eius finis
est anime aberrantis. Philosophia interim mater est paucorum tamen quia
alia via longe videtur esse compendiosior. Nam ut dici solet. amor
ingenii neminem unquam divitem fecit De amore divitiarum. et quod in

16 Qui insatiabiles divitias congerere curant. Cuius anima non quiescit
nichil in vita placidius ducere volunt. nisi quod ceteris pre Capitulum
tulerunt. Ut cuius indulgencia compleatur diuicia probantur aduersis. Nulla
grauius periculum est. si spes doloso nummo refulgeat. Ipsam ferre naturam vin-
cit amor pecunie. et res pene impossibiles ad possibilem redigit faculta-
tem. Auaro nichil vile videtur aut sordidum. et sibilante populo se
ipsum complacatur. Immo et sibi applaudit simulat nummos contemplatur
in archa. Petronianum illud ingestum omnibus credas. Quisquis habe-
at nummos secura nauiget aura. fortunamque suo temperet arbitrio. Uxorem
ducat Danaen. ipsumque licebat. Acrisium iubeat credere quod Danaem. Car-
mina componat declamet concrepet omnes. et peragat causas. Sitque
Catone prior. Iuris consultus paret. non paret habeto. atque esto quic-
quid Servius et Labeo. Multa loquor. quod vis nummis presentibus opta. Et
veniet clausum possidet archa Iovem. ¶ Dum itaque questum faciat
nulla pars mundi videtur inaccessibilis et ipsius torride zone estum
maior auaricie ignis compescit. Unde est quod hic mutat merces surgen-
te a sole ad eum quo vespertina tepet regio. Hic toto impetu fertur
in hostem contentus hore momento cita mors venit aut victoria leta.
Alius populus gaudet assidere liminibus ut ex familiaritate maiorum
facilius ad opes que desiderantur accedat. Qui potest insinuatur in aliquo mi-
nisterio. Cui autem sufficit. vel in matricula curialium esse conscriptum.
¶ Gula quidem conscriptio questuosa est ut minimum locum parsimonie
facit qua nullum vectigal utilius. Quibus enim commodissime parcit
quem loculi prohibent alienum depilatur iniuria usque ad canos. Immo
et illos consumit cura. Inde est ut quem cura perduxit ad canos.
domum redeat vel caluus. Qui migrauerunt fame perierunt. quia ut ait
Sydonius eos non tam bonus pascit quam panis alienus. Suauior
enim est. et quandam ab aliena mensa dulcedinem habet. Respuit uti
suo qui semper abusus est alieno. Qui honesta fuerint officia. paras-
siti partes non erubescit complere vel mimi que uis indigna patitur
ante quam cenat apud Varronem triclinium cogites discumbentes. Nec
et habet idem propositum. et semper eadem mens est ut bona summa pu-
tet. aliena viuere quadra. et ea parentem proferre animos. que nec Sar-
mentus iniquas cesaris ad mensas nec vilis Galba tulisset. Innumera-
biles vie sunt quibus palam aut clancule peruenitur ad questum. et
quem non subigit amor pecunie nec dum superat cupiditas specierum.
Equos vestes aues armatas venaticas canes numerosos gre-
ges armentorum et pecorum. et variam mundi suppellectilem. quo p

singula curare vires humanas excedit. plerique penitus pre ceteris. et to
tius hominis vires exhauriunt. in adquirendis his aut tenendis.
Nam in his duobus articulis furor totius avaricie constat. quod im
moderatius appetit. quisquis quod deest legem necessitatis excedens et
usus exposcit. Tenent quoque avidius. que usui subtrahuntur. Ea
vero que sine usu possessoribus elabuntur in utilia sibi esse quis
dubitat. avariciam ut non modo fugiendam sed detestandam constat
quod a celestibus procul sectatores suos a consorcio divinitatis. et sin
nu beatitudinis removet et elongat. Animalia siquidem que celestibus
viciniora sunt minus cupiunt et congregant pauciora. Volati
lia celi neque serunt neque metunt neque nent neque congregant in hor
rea. nec penu construunt sed omnem excludunt sollicitudinem vas
tam. E contra mures et reptilia congerunt in futurum et quanto
prohibentur esse quibus terra est in alimentum et eadem parce vivunt tunc
tes nequando eis terra deficiat. insipiencia tamen ipse procul dubio
resolvuntur. Generat unusquisque quod vult ego avarum posse fieri co
potem voti non credo nisi forte et epicurus famelicum et siti
avidum et languentem plene voluptatis iocunditate frui conse
cat. Si quidem uterque famelicus est. sed periciosius esurit avarus
qui semper indiget et saciari non potest. Maior enim est hiatus
mentis quam corporis. et nisi semper deus infundat omnino nequit
impleri. Nam cum natura spiritualis virtute propria sic corporalia compre
hendant. ut nulla quantitate distendatur. nec res una loco preoccupa
to. alterius impedimento sit quo minus illa comprehendatur. et quo
plura concipiuntur eo pluribus locus est. luce clarius est quia res
corporalis animam que spiritus est implere non potest. Totus enim mun
dus angustus est. ad anime quantitate. Ex quo patent. quod in eo tota
anima non quiescit nisi forte in angusto clausum ergastulo spiritus
suppositis incubante. epicurus quiescere molliter opinatur. De am
bicione et quod cupiditas stulticiam comitatur. et quis sit ortus
tyrannidis et diversis viis ambicionum.

Declinare meminitur aliquem. et si non maculam adhibeam tamen avaricie notam.
Nam et ab alienis videntur abstinere. et suis cum res exposcat libere
uti parati sunt. Eis tamen de fonte malorum oritur alienus vicii ve
na. que seruitas eorum attramite veri felicitatis deflectat. Sunt enim
morbo deliciarum. de uno fonte oriuntur flumina. que fecundant sua
vissimi odoris agrum. cui deus benedixit. sic in loco horroris. et vas
te solitudinis. in terra scilicet oblivionis quam illi inhabitant. qui sui obli
viscuntur in mundo velut stupidus. ludorum varietate captus in theatro
quam de fonte uno omnium pullulant capita viciorum hic aut puteus

1a

cupiditatis est. Eam vero sicut patrum diffinit auctoritas, ut dicatur
cupiditas esse amor eorum que quis amittere potest invitus. Boecius ei stul
ticiam tamen suadens id amari et queri quod teneri non potest. Et est
stulticia eorum que scienda sunt viciosa ignorancia. Sic eam liber mag
ni Aug. de libero arbitrio pingit. Si enim nesciatur quod sciri non
potest. in nomen stulticie minime cadet at cum sit ignorancia quibus
tenetur. Transit ad stultos si in bonis que minora patent sunt maio
vilius prefert stulte iudicat. Si vicia sequens partem suam deteriorem fa
vat. stulticie maledictione dampnat. Si ergo error fuit cupiditate
succensus principiis multiplex via patet. cum aberrare sit ut homo
quid sit sequendum ignoret et ipsum in imum abeuntem fornax cupidi
tatis inflammet. et quod adhuc prevalent verba iniquorum. dum homo
proprie condicionis ignarus. et debite subiectionis detractans iugum
ficticia quadam affectat libertate ut possit vivere sine metu et impu
ne quod volunt facere. et quodammodo eum esse sicut deus. Non tamen
quod divinam velit imitari bonitatem. sed demum dando impunitate ma
lis ad suam vult maliciam inclinari. De radice ergo superbie surrepit
ambicio potentie scilicet cupiditas et honoris. ut hinc vires habeat
ne prematur. hinc proveniat reverencia ne vilescat. Nemo enim est
qui non gaudeat libertate. et qui vires quibus eam tueatur non op
tet. nichil est quod non impunitatem eius inveniat si locus assit. Ser
vitus enim quedam ymago mortis est et libertas securitas vite.
Inde est quod ad conciliandam potentiam effunduntur opes et quanto quis
potentie cupidior est tanto eas facilius effundit. Cum vero
potentiam nactus est erigitur in tyrannidem. et equitate contemp
ta. nature et condicionis consortes inspiciente deo deprimere non
veretur. Et licet omnes occupare non possint principatus et regna
a tyrannide tamen omnino immunis est aut nullus aut rarus. Di
cunt autem quia tyrannus est. qui violenta dominacione populum premit.
Sed tamen non modo in populo sed in quantavis paucitate potest quisque
suam tyrannidem exercere. Nam et si non populo. tamen quatenus
quisque potest dominatur. Non enim de his institutus est sermo qui sub
omnino animi defectu. et subiectione continua gaudentes alium
minta pre esse refugiunt. Vita potius politicorum convenienda est.
Unum michi dabis inter illos qui non velit. vel tum potentia ante
ire. Quis est qui nolit sibi minus esse maliquem. Quis est qui sic sub
ditum tractet sicut se vellet tractari si subditus. Dum ergo ambicio
invalescit calcata equitate procedit in iniusticia. et tyrannidis procurans
actum. omnia quibus illa crescit persequitur. Dum ergo suis non prevalz

virtutibus innititur alienis. Est videre quam plurimos aucupes potestatum
honorum procos. adherere potentibus. se rei publice ministris ingerere
temptantes viam. qua se possint elatione vel compendio in altum tollere
quo paris possint aut saltem posse racione consortii videantur. Et fun-
dunt patrimonia labores in incertos aggrediuntur. et preferunt instare
obsequiis. et blandiciis palliatam quas captant non verentur. Nullum
ergo officium gratuitum est non dux aut iudex centurio aut decanus
sed nec preco. nec caupo. nisi ad precium fiet. Et hec in prophanis vel
tolerabilia dum que publica sunt ambicio non corrumpat. Nam quecumque
publica sunt. et vix aut numquam gratis in aliquem cadunt. Sed poterunt
de hiis que sunt ab institucione Tiriam superius dicta sufficere. Domes-
ticas calamitates. et thalamum sapiencie compositum formatoribus
et sanctuarii interioris recessum in prostibulum permutatum sine gemitu
et lacrimis nequeo deplorare. Domus namque oracionis domino prohibente
negociacionis facta est domus et templum fundatum in lapide adiutorii
in latronum speluncam versum est. Si quidem ecclesia data est in direpti-
onem. aliis palam. aliis clam occupantibus eam. Nam et ipsa occupa-
ri conceditur. eo forte quod in nullus bonus est. Non est enim invictus
nisi pravus qui accingatur gladio super femur suum. ad presumpciones am-
bicionis reprimendas. Illa namque machinas multiplices erigit. ut ca-
strum compugnet nemine defendente. Alius de nobilitate confisus. aut viri-
bus potestatum violenter in sancta ruunt et si forte pulsat ad hosti-
um parietem aut limina subfodere non veretur. Nam et sedicionem
concitabit in moysen et alienum ignem in templum inferret et vasa san-
ctuarii contaminabit. Alius sperans in multitudine diviciarum. simone duce
te ingreditur non innitens ibi. qui cum et pecunia suam ire in
perdicionem. Alius in muneribus ad petrum reformidat accedere clan-
culo tamen per impluvium auri ac si per tegulas impetum illabitur ingre-
vum danes. sic et in sinum ecclesie presul descendit incestus. Alius
obsequio quam muneris ignavius adest. ac si obsequia non cedant in
muneris racionem. Profecto nullum maius est munus quam cum homo se
ipsum homini devovet servituti. Alius collusione quadam vocantis libera-
litas prevenit. sed postmodum collatam graciam suo giezi plenius
compensabit. Alius agit ne ipsum pulsare oporteat. sed ad ingrediendum
compellatur invitus. et quasi obnubilans lucernam dei. ut eum in-
prime viridegat fraudulentus. Dum siquidem alius simulant. Ambicionem
namque multis indiciis prodidit. et se divitem potentem insignem
velle fieri confessus. sed alia via. sed in alio statu. sed minori periculo ma-
iore libertate. Volunt esse nobilis inter laicos aut certe magnus in
clero. Ad hoc precipuum virorum que sunt gravium familiaritate in ... abeis

quascumque suscepit functiones. Uerbi gratia forte prelatus est aut consig-
nandi suscepit officium aut tumuli custodiam aut publicat claues cera-
rii aut uotiuas uarias cantiones. aut si aliud sit nequit ut corbibus per-
ficitur obtinuit. ¶ Non tamen quod ad eum pertineat de egenis aut de
pauperibus curam gerit. sed quia fur est. et loculos habens quos auaricia
soluit ad tempus ut sub ymagine pietatis eos sacrilegus farciat
et de mendicitate. et morte egenorum preparatis sibi diuitias. Si enim ue-
compassionis mouetur affectu. sua fidelius et utilius pauperibus eroga-
ret qui ad dispensationem alterum mercator imprimis accedet. Iam pala
emuntur anima. nisi modestia uenditoris impediat. Adeo enim sacris
altaribus auaricie prophanus imminet ardor. ut hec omnia quasi qua-
dam paradisia pemant. et quia per se non ueniunt ingruerint. licite
et iuste cedunt adquiri. si precepta fuerint aut coempta. Quid enim
aliquid in forum approbante pretore non ueniunt que iure antiquo
sic possident clericis. ut transeant ad heredes et titulo donationis
aut permutationis alienentur ab eis. Ius ergo aduocationis. aut pa-
tronatus ecclesie quod prohibet distrahi. Nam quod beatus ambrosius
heresim symoniacam. quintti dicit in talibus prouinciale decretu-
interpretatur esse et quod in sola ytalia et inter lumbardos debeat obti-
nere. At constancio apostolica inhibens ne illi qui diuini ecclesias am-
biunt. quo facilius subintrant ius aduocationis quesierunt admittan-
tur in ecclesias. quarum aduocatio fraude quesita est. ad timorem dictum refe-
runt. et nequaquam esse preceptum. sed pro loco et tempore dispensandum.
¶ Ut enim ait beatus Cyrillus in epistola ephesine sinodi. dispensationis
modus nulli umquam displicuit sapientum. Si dispensationis mode-
ratio probabilis quid est si erga diuites erga nobiles erga pote-
tes aut curiales rigor canonum temperatur. Nam de moribus ultima
fiet mencio. et istis lex canonum nequaquam posita est. Iusticie seqund
liberi sunt. et eo ducuntur spiritu. ut iure non habeant sub lege esse. Ces-
tant ergo lex quod placuit latori. Nam isti priuilegii principalis gau-
dentes beneficio quecumque ambiunt sibi competere asseruant. Episcopos
ad prima beneficia obligant. et de futura successione. pacisci non re-
uerentur. Restat itaque ut tristi pactio repleatur euentu. et illius quisque
annectetur et tenetur in necem. cuius ambit successionem. Si enim
cedere moretur aduersatur. uexant et inculpabilem cruciant pos-
sessorem. Possessio namque parit aduersarium actioni in rem. Si uero quis-
piam prelatorum sue condicionis memor eis promotionis obaudierit

illico audit hystorias. eo quod indignum et contumeliosum animus reputant si turpis et inhonesta petitio repulsam alicubi patiatur. Interim ergo alas suarum ferunt remigio. multiplicant in prioratus singulis uix quot modos habeant. uel ipsi fiunt diuina ad pregrauanda aliorum dorsa plagas eis prebentur hospitia. et in tanto numero uix hospitiolo uno donatur horridulus comes. Nam si quis hec facit probabilitate probate liberalitatis est. Utique et insignis prudentie si quis tot quocumque modo congerit altaria. ut quasi ritu chemplitico cotidianas hostias nouas possit altaribus immolare. nolunt tamen sacerdotio onerari aut seruire altaris qui de altario uiuunt. Hec ut populus arguit dicam luxuriantur. Sed personatus quosdam introduxerunt quorum iure ad alium onera. ad alium referuntur emolumenta. et cum apostolus dicat. qui non laborat non manducet. qui minimum incitur plus percipit. et in labores alienos ociosus aut flagitiosus ingreditur. Quis ergo dicat in hac emenda licentia cum non res sacra sit. sed prophana symoniam posse committi. Hinc enim ut uulgo dici solet. per argenteum pontem transitur a prodibus. qui pertransceuntes uel ponte aureo prosequitur. De ambitiosis qui dissimulant se nolle quod maxime appetunt. et quibus excusationibus utuntur.

Sed cum ad aliquem istorum promouendum aut cogitur aut [vergunt] circumueniuntur causa. ut dicat hosti domestico. Amice ascende superius. stupidi utique obstupescunt nomen dignitatis abhorrent. refugiunt onus et ut audiuntur interpellant. more ut dicitur arietis. ut fortius feriat retrocedentes. cum suspiriis gemitibus et singultibus intermixtis simulatas lacrimas retrotrahunt. Protinus siquidem est. quia sedes hos trahit. et compellit unitas. et quos notat ambitio repellit. Petitur ergo rationibus. et auctoritatibus dare quare eos episcopari non deceat. 18

Non sum inquit medicus et in domo mea non est panis nec penes me thezauri sunt. unde in necessitatis articulo. noua et uetera indigentibus proferam. Possum utique uti excusatione prophetica. quia loqui nescio. et quia puer ego sum. et si non etate tenera tamen scientia. et lenitate morum. Sordidis uestibus ab initio indutus sum. et eas umquam sanguine agni aut uestibus studui dealbare. Quomodo ergo sancta tractabo pollutus. aut quem sacerdotem oportet polluta mundabo. Nam legem indesinenter contempsi et sancta dei increpante Ezechiele polluere non cessaui. Ubi ergo presumptio. populi detectio est ruina. si quidem populi sacerdotes mali. *nota diligenter de sacerdotibus malis*

Facti sunt enim in laqueum populi consistentes in speluncam. et sicut rethe extensum ad inuoluendas animas. Deuchtine aggeus parabola iustitia sacerdotii precaui comprimens et manifeste docens quia populus a sacerdotum moribus facilius inquinatur contrahit quam uirtutes instruga

inquit sacerdotes legem et dic eis. Si caro sancta vel sanctum contigerit
alicuius vestimentum si sanctificabit eum. Ex eo quod contingit. Et cum
dixissent sacerdotes quia non sanctificant dixit ad eos rursum. Si immun-
dicia contigerit vestimentum mundi. utrum polluat eum. Et dixerunt
quia polluit. Tollerabilius ergo est me unum propter eos tam sanctos viros quam
in multos meliorum diffundi pestem. Adhuc si persona esset usquequaque lau-
dabilis. si non essem curie nexibus illigatus me inythicas durissime
repellit ab aditu. non ferens Syon edificari in sanguinibus et Ierusalem in ini-
quitate principum suorum. Hec aut nulla est aut compulsa aut simulatha
electio. Hanc quoque partem prolixa disputatione prosequitur postre-
mo se promoveri non posse sine suspicione · symoniace pravitatis · cu
ob hoc ius · et auctoritate sigilli aut anuli aut stirnij eius esse videatur
licet alia mente ad obsequium potestatis sicut prius testatur dies qua delatum
honorem respuit · teste tam sciencia accessit · affectans ut per hoc sine one-
nota sortitur honorem. Capitulis quoque sanctiones replicat et revolvit quibus
pridem statutum est ut a sacris ordinibus · et cum promotionis spe decedat
qui tamquam scolares curie eunt officia · aut qui viles aut similes ob se
commendationes principibus prestant aut quorum electio non est a clero in ecclesia
et sine promotione cuiusque mundane potestatis canonice celebrata. eos
si aliter electi fuerint · sub periculo anathematis universalis ecclesia prohibet
consecrari. Unus principum moriens novus siquidem in memoria sum .i.
causa simili egregium facinus egisse memoratur. Henricus fuit au
robertus · non multo refert. Cum ambiciosus quidam monachus adal
batiam · qui pervenerat vocaretur et ille modestiam simulans ut undi-
que peteretur cumque refugeret recusaret honorem · et se palam tante rei fa-
teretur indignum. Plane inquit princeps indignus es · quia eum clamdati
michi tanta pecunia. Summamque compressit erasti quando quidem prius no
stat · quoniam pactio impleatur liberum me haberi iustum est · et tu dam
vederis et dignus est · destitute proficiatur ecclesie. Regnum longe aliter suc
cedit occupatori ambicioso. Hec eum et alia qui plura multiplicat ut
ut credatur nolle quod appetit · et tandem gratis accipe quod petiit · unde
tamquam vir modestie singularis rapitur · trahitur et ad cathedram cum
clamantibus turbis concinentibus choris multitudine pressus de
ducitur. Nec prodest ignobilitatem pretendisse carnis aut sanguinis eo
eo quod imperatori non competitur successor a piscatore fabri filio non augusto
Etiam detrimentum quod occasio prodit et religiosus esse conatur · Ex eo quod inim
tatus a secunde divinis recusavit. Visus est eum noluisse · qui distulit que

non detractionibus sibi oppositis. habita ratione loci temporis. et persone sibi
uia tendentium ad honores sollicita multitudo dispensat. ¶ Si de preteritis
uti requirunt. aut presentis futuros uaticinantur profectum. Sicut callidus
mango dum qui durus precessit equum aut pullum probitatis magis
iure gaudium promittit in futuros. et fractis gressibus mollius incedentes
processioni laude instabilitatis mentem mercatoris confundit. De his qui in
prudentius sine dissimulatione ambitionis quasi uectis uitio uectantur
Consistunt ergo ne quam plurimi ne ueritas reprimere potest 19
quadam dissimulantes propositum sue ambitionis. quasi ut dici solet
insignia premonstrantes. derident predecessorum ignauiam. uelut militie. qui mili-
tie sue titulos non audeant profiteri. Hi licet impuri sint. et nec uitam
suam uelint corrigere nec sciant instruere alienam. in mundis ut dicitur
pedibus temptatim irrumpunt in sancta sanctorum. panes dumtaxat propositionis
et carnes immaculati agni. assas igne passionis in cruce non modo illo-
tis sed pollutis si dici soleat manibus tractaturi. ¶ Hi sunt qui licet
primo aditu ac ianuis habeant indigne continuo tendunt ad sacerdotium
festinant ad tribunal et repulsis ceteris. sic sacris altaribus incubant
ut iam non ad formam. et exemplum prebendum plebi. ordo ille uidea-
tur institutus. sed esse occasio quedam in habundancia et securitate uiuendi. Re-
putatur officium districto iudicio dei obnoxium. sed scena quedam. et ius
quasi distrahenda administratio. Credas illud poeticum uoce preconis
dominus sonuisse. Occupet extremum scabies. Inde est quod omnes qui
in stadii agone contendunt anhelantibus singulis ne extremum accipiat
alter. ¶ Quotus ergo. et si non re plebs in uno sunt rectores. quod illi quos
regunt. Iam qui regi uelint prauati sunt tum quippe ut emancipet
antiquo uotis propriis tantis uiribus querunt diffugium priuilegiis siquidem
apostolicis aut regio precepto plurimi tuti sunt. ne iudicibus suis ab tem-
pent. ne iustitiam faciant. ne legi dei subiecti sint non reprehendo clemen-
tiam apostolice sedis sed hanc indulgentiam eius ex re dei non arbitror pro-
cedere. ¶ Nichil tale in illa tam gloriosa familia xpi legimus. licet
et in illis contentio facta sit. quis eorum uideretur esse maior. Nullam e-
mancipationem huiusmodi ab apostolis factam meminimus. licet paulum et
barnabam. audierimus ab inuicem discessisse. Nullam in illa superna ci-
uitate que sursum est mater nostra contradictionis materiam credimus
sed nec hic esse debere. nisi urgentissima ratio flagitet. De his eum ut-
pote multitudinis. et eorum qui illius fouent iniquitatem loquar dicam
quod sentio. ne quid subtraham ueritati. aut probabilitati. dico ergo quod
indubitanter credo. quod hi qui ex forte superna huiusmodi emancipato

res querunt. accurrunt sua usque in xpi. et patris eius. si fieri posset
potirentur. plus dico ymo et quantum in ipsis est potiuntur. et divine or
dinationi fallaciter contradicunt. Nusquam ergo illud apostoli. Non omnes
prophete non omnes magistri. Omnes enim prophete et magistri sunt. Ita ut secundum
antiquum proverbium. merito dicatur. quod et Saul inter prophetas. et revera sic
Gregorius Nazanzenus in illa hystoria tradidit uel tantum iam eccia fuis
se numerus ministrorum uel tam viriliter congregatum. Unde religioni et
doctrine christiane grave obprobrium nascitur. quod sacerdotia uel ministeria
ambitione procuris. et ad gradum quem meritorum iudicio deserviunt
itaque currunt. Sed cum eo ventum est unus accipit bravium. Ille qui in
cursu ambitionis. alijs velocior extitit et qui precucurrit citius Petro
et quoniam discipulorum Christi. Ascendit enim illico quem celeritate festina
te notitiam prevenit. Hij sunt qui crebris muneribus. visitant potesta
tes laterales. et familiares eorum sollicitant etiam ceteras ceteraque primus se co
mendant applaudunt omnibus et etiam magnarum domorum. non modo
officiales sed cubiculones vagant ut cum locum viderint meruerint sui.
Hij sunt amici omnium et qui non se sed amicis usque desidant primam.
Hij sunt qui vitam servitant alienam negligunt suam in salutorem
annos dinumerant. cautus letantur phisicis et genealiacis. de fatis
presidentium consulunt. librant humores et quam instanter appendunt
elementa vivacium. et quos dicunt super esse conspexerint. etate ves
toris dicunt gerere. et certum aut terminis. iam implere mensuram. de
simulatis. et quasi heredipete. vacillantium cathedris insidiantur turpi
quem inconveniente quesitio. occupatarum sedium sepe illicitis impetrant res
obligationes interponunt et tandem. cum ad rem ventum est in memores
fidei. contra fidem date se ipsas ambitionis et undique stimulis im
podiunt et repellunt. Sic ergo plerique dum competitorum rixa crudes
cit sapientia dei. per occultam et certam dispositionis sue viam fidele
integritatis introducat de quo nequaquam precesserat sermo uel cogitatio.
Ille tamen qui contingentibus nichil omittunt. nisi forte in eo cautius
generaliter permittant. quod ambiendo modum excedunt. si tamen in eo aliquis
est modi excessus. ubi nullus est omnino modus. Pulsant itaque et per
capitant potestates. si obsequia non sufficiunt. si intercessiones non prosunt
vires suas ambitio erigit sue et aliene facultatis. Divitias ostendit
iam palam loquitur. et in monte clarius ascendit. et clamat Hec omnia

tibi dabo si a sinceritate fidei cadens adoraveris me. Hoc siquidem tacite est
tam certum sit ex auctoritate sanctorum patrum quod per heresim symoniacam
a sinceritate fidei recedunt quicumque in spiritualibus id est rebus sacris et ec-
clesiasticis mercimonium avaritie committit. Nec refert quando pecunia
intercedat in contractu vel ante vel post cum quocumque tempore negociantes in ta-
libus dampnatio symoniace pravitatis involvat. Cum enim preceptis pro-
hibitum sit ab hoc accipere vel dare quippiam numquam dare vel accipere cert-
itatum quod est sub ipso quasi prohibitum ut enim ait Tharasius patriarcha dare
est quicumque dare et accipere quandocumque accipere exegerint quiddam in talibus
accidit in Apulia temporibus meis Regnante Rogero Siculo. Contigit va-
care ecclesiam Avellanam. Campanie Apulie et Calabrie Robertus idem domini
regis cancellarius presidebat vir quidem in rebus gerendis strenuus et
sine magna copia litterarum compotissimus et acutissimus ingenio pro-
vincialium facundissimus corpore non impar eloquio verecundus veren-
dus omnibus privilegio potestatis et morum elegantia venerabilis eo
quod in nobilioribus nuptiis illis que inter Langobardos quos parcissimos
ne avaros dicam esse constat faciebat sumptus in mensis et gestis
sue magnificentiam exhibebat. Erat enim Anglicus natione. Ad eum
utique viri tres accesserunt abbas quidam alter archidiaconus tertius laicus
prepositus quidam Regis frater sui in curia causam agens singuli clam pre-
iam dicto cancellario grandem pecuniam offerentes. Quid multa adhibitis
familiaribus seorsum cum unoquoque eorum convenit de precio.
Emptio ergo et venditio undique perfecta est de solutione implenda
sufficientissime cautum pignoribus et fideiussoribus datis dies-
que prefixus est electioni sollempniter celebrande. Cum itaque ad diem
archiepiscopi episcopi et multe venerabiles persone convenissent prefatus
cancellarius competitorum causas et quid cum unoquoque eorum egisset
exposuit dicens se confunde ex episcoporum sententia pressuros. Dampna-
tis ergo competitoribus symoniacis pauper monachus et totius
rei ignarus canonice electus approbatus et introductus est. Illi tri-
cati sunt solvere id in quo se obligaverant usque ad novissimum quadran-
tem. Res tamen ita agitur cum preciis viris qui omnes sedes ab faci-
unt attentius quidem et cauto sinus quam adoratus aut fugatitus ca-
nis formellas leporum aut ferarum latebras deprehendat. Si in-
tendetur sic concluduntur et illi qui dissimulata ambitione cedunt
ut validius irrumpant in sedem aqua sicut ipsi fatentur fuerunt

repellendi ¶ Si quid iniustum erit. ut desse sibi contra se credet.
Quod cum in eis lateat. nemo fidelius vidit. Plures tamen uitam
tuent ambiunt et impediunt. frustra enim. ut quequi cors corporas
alique opponens titulum. Et cum proval dubio quia clamore conuen-
tus prevalente delebitur contrarietatibus exemplis et sanctionibus
patrum ¶ Ignobilis est. sed nec petrus patricius extitit aut alio-
bi de claritate sanguinis gloriatur. Minor est seniaz et p tm sorem
sui habz auctores. Puer est. et non sunt seniores a daniele puero con-
dempnatos. Illiteratus est nec scolas frequentasse legitur aplo. Con-
gatus est et aptus unius uxoris precipit virum eligendum. Ju uni
uam matrimonium suam reliquit uxorem. et iohannes ampsosis ad
ewangelium tradicion vendicatus. Dpicus aut potius eliguus est sed
aaron inter moysi qui erat impediciores lingue et sacerdocium legi-
tur ministrasse. Ei magcrmosia desiderunt exempla. Valerius vinctio
fidei et morum auctor extitit et exemplar martini. Scorta sectatus
est. sed osee mandante domino amplexibus meretricis adhesit ¶ In-
sipiens est. sed per insipienciam mundi. decrevit deus salvare credentes
Percussor est. et petrus gladium exerens servi principis sacerdotum
auriculam amputavit. Ehetinlosus est. sed ionas ad niniuitas ue-
nitus est. Acede thomas ad indos. Tenetur fumacibus publicis
alligatus sed matheus de theloneo assumptus est. Vinolentus est
et deditus gule. sed dominus ipse dictus est potator vini et vorator tele-
nia. Non adquiescit maioribus. sed et paulus infaciem restitit petro
Contenciosus est et inter discipulos ihesu facta contencio memoratur.
Garrulus et linguosus fecundus habetur. qui et apostolus sic dictus
est seminiverbius. Militiam armatam exercuit. sed martinus sub iuliano
legitur militasse ¶ Vir sanguinum est. sed moyses egipcium inter-
fecit et abscondit in sabulo. Manifestum est homicidium et samuel
presente saule regem pinguissimum interfecit. Perfidus est. et periurus
sed petrus perfidiam periurio cumulavit. Mutus est. sed hoc zacharias
a sacerdocio non expulsit. Cecus est. sed et paulus videre non potuit
quando eum ananias domino consecravit. Exigentibus culpis de-
positus est. sed multi tales restituti sunt et postmodum ecclesie dei pro-
fuerunt ¶ Sordidus est. sed hoc cum per ternam legem dei
non prohibz. Predicator cum qui tur non auditor. Leprosus est. sed
de pastore pastores curia recolit. quia nec speciem nec decorem hys assumit

qui concludendus videtur tanquam leprosus. et nec hiculo dignus as
pectu. Persona despicabilis est? sed in simili repulso titulo adversus Mar
tinum. non audiunt contra defensorem. Errat in fide? hoc fecisse dicatur apos
tolicus. Valitudinarius est? sed Gregorius in summo languore. romanam
optime gubernavit ecclesiam. Simplex et vanus est? sed talis fuit Britius
turonensis. Corpore et membris debilitatus est? sed hoc egregio confes
sori paulinus legitur accidisse. Condempnatam ambitus tulit? sed et fi
liorum zebedei petentium primatum est petitio reprobata. Heresim quam
docuit? sed augustinus se manicheum fuisse testatur. Coluit ydola?
sed et marcellinus martir insignis in papatu thurificare compulsus est.
Forte nondum est christianus? sed dum cathecuminus esset beati ambrosii
fuit ut traditur electio celebrata. Persecutus est ecclesiam dei? sed et paulus
ex persecutore factus est predicator. Electio deest? sed et apostoli non peten
tibus populis missi sunt. ¶ Non vacat sedes in qua possit intrudi. intrudi
accedat presidenti. Nam et augustinus valerio yponensi. non tamen succes
sisse quam accessisse describitur. Avarus est? dispersa potest congregare
et inutiliter non destruet congregata. Ut pecunias universa complectitur
ad omnia ineptus est? sed sampson mandibula asini philisteum expug
navit. Potens est et enim deus de lapidibus suscitare filios abrahe.
¶ Adhuc dubium esse non debet. quin cathedra quales sanctos recipit aut
sanctos facit. Nam et cum saul unctus esset in regem insiluit in
eum spiritus domini. prophetavit quoque. et mutatus est in virum alium. Cayphas
quoque licet sacrilegus et qui cum iudeis conspiraverat in necem salva
toris. cum esset pontifex anni illius prophetavit ut constet ipsum ab of
ficio prophetie gratiam quam demeruerat accepisse. Cum ergo sedes sua
ius et dulce lignum gratis et sine labore omnia desiderabilia confe
rant nimie superflua sollicitudo est dies laboris suos. et noctes insomp
nes ducere. ut ad sacrarium philosophie accedant. ¶ Dulcius est iacu
isse thoro. tenuisse puellam. threiciam digitis increpuisse liram. Aut
si hoc minus videtur acidum. quod tactus lire sonum eliciens suum
laborem habet et industriam exigit. tucius est consultare que stertere
ad sonum lire et vocem organi. et portas omnium sensuum volupta
tibus aperire. Interim philosophantium studia deridentur si quid
auditur incognitum quam propheticum sit condempnatur. aut si minoris
est contempnitur. Nam ut ratione aut auctoritate reprobetur frustra
expectas. Si ratione vel auctoritate niteris. consuetudine qua ab
utuntur. et quam fecerunt abiciunt. Dicat quis petentium alter ad alterum
hoc est cur pallet cur quis non prandeat. hoc est doctores quos tuos
cirrata centum fuisse licetur et psallunt in sobrios. hii qui bibunt vinum



Nec tamen ambitione tanta episcopalis dignitas dumtaxat op-
pugnatur eo quod iam summus et minimus eadem est aviditate presi-
dendi quam libido. Qui enim aspirare non audet ad cathedram pari
aviditate et eisdem machinis prefecturas archidiaconatus et a-
lias aggreditur dignitates. Indulge ei modicum audebit ampliora
procedet paulatim reminiscens quod audentes fortuna iuvat et ti-
mor animos comprobat esse degeneres. Nemo repente turpissimus
fit. Si paulatim successerint eis nihil est quod se fieri posse non speret.
Tandem itaque quod petitur obtinet. sed ut dici solet deo irato. Tunc
crassos tussisse dices lucrum quam palustrem. et sibi iam miseri intra
gemine velictam. Nonnulli ergo tamen appetunt sollicitudine et scienter
eo quod temporis iactura reparari non potest. Ex inclaustralium pluribus
continet conserunt litteratorum compilant summas corrogant cedulas
librorum flosculos legunt oratiunculas conquirunt et modis omnibus
elaborant ut videantur scire quod nesciunt. Nam ut sciant ut in
virtute proficiant. nondum solliciti sunt. Umbram dumtaxat
virtutis affectant qui semper virtuti pretulerunt. Utique nihil mi-
serius est. quam in alieno fulgore gloriari. et constat esse in opere
delatorem. qui salutationes celebrare non potest nisi udam gratia
creditoris. Quippe tamen si tempus redimere gestiunt ut tibi sor-
didum et molle lutum est iam nunc superandus et acri fugiendus
est sine fine vota tibi luditur effusius amicus contemptive sonat in
tinnitu percussa malique videt. Vivendi non tacita fidelia limus hoc
enim non modo adversus prelatos est. sed omnes qui ante docendi
officium presumpserunt qui discipuli formam impleverint ad pigri-
tiam confitandam quam stimulatur libertas iuventutis educat. Unde
ergo nova et vetera proferent. qui semper eque nova et vetera
contempserunt. Nec est quod error contumeliam sub pretextu multi-
tudinis contegetur quia vivendi forma a consuetudinum similitudine
nequaquam trahitur. sed a verbo dei. immunis via beati ambulat et
recto calle. ad vere felicitatis patriam. Pigeat ergo enim quod a
multis peccatur peccatum non est. sed ideo gravius quia multum. Nec
delinquentis culpam socia minuit multitudo sed pregravat. eo quod vir-
ibus suis ne corrigatur obstat. Nec tamen adversus iustitiam dei ambi-
tiosorum multitudo prevalebit. non modo divina sed humana iura
armant lex et prophete evangelium et omnes regule patrum illorum de-
testantur audaciam. Nichilominus tamen. adversus eum arguunt. Erubesce
Sydon ait mare. et tu clerice quid sentis cum laicus sive legis

ignauus ambitionem tuam arguit et compescat. Obstupesce propheta-
tam asinam. te prophetam suum reuocat et tuos conuincat errores. Bru-
tum animal homo stupidus. angelum uidet tenentem gladium id est spiritum
qui latet in littera. et tu cecus in tanto lumine spiritualium curarum cecus insanis
ruis in mortem. Erubesce ergo obstupesce subsiste. et amalechitice
ad quam auaricia stimulante festinas recede. et qui contempnis moy-
sen et prophetas. uel asinam quam ambitionis tue calcaribus urges
audi. Inquiracio si quid opus est. Balaam et enim non corripitur
nisi asina loquatur. Proinde erubescas. quod te sic correxit. sic pessum
debet sui operis ignarus ambitionis ut prophetias et diuinis oraculis
iudicium asine preferas. Terreris forte. et contremiscas ad uocem asi-
ne. sed nequaquam compungeris. Hoc enim diuini uerbi munus est. et
domini illius. qui solus in mentibus electorum ignem caritatis accen-
dit. Unde liquet quia inutiliter asinam audit quicumque uerbi dei con-
tempnit uocem. Audi tamen et asinam utilia suadentem. quia
et in ea. ad eruditionem tuam spiritus loquitur. Preuidet angelum. cohi-
bentem illicitos gressus tuos. et cum ostendit tibi. Que uia ad
honores ecclesiasticos ascendendum sit. que uia sit fugienda canones
docent. Contempnis tamen. quia in uia mandatorum dei. non uides
angelum tenentem gladium ut occidat te. Eadem incedit asina hos-
tium collatione stolidus. et tardus. et qui uerbi. et exempli tui calca-
ribus urgendus est ut faciat legem. uidet angelum. timet et sub-
sistit. et consilium dei tibi enunciat. Loquitur in casu isto. Tu in uirtu-
lum uenerare. et singula uerba eius repone. et exsculpe in tabulis
cordis tui. De legibus secularium principum. quibus curiales et
officiales arcentur ab honoribus ecclesiasticis et quibus exemplis
dachante et abiniutz utantur ob tuere. Sequitur Capitulum

Ait ergo imperator Justinianus. Maxima in omnibus sunt 20
dona dei a superna collata clementia. sacerdotium et imperium
Illud quidem diuinis ministrans. hoc autem humanis presidens ac dilige-
ntiam exhibent. ex uno eodemque principio utraque procedencia hu-
manam exornant uitam. Ideo quod sic nichil erit studiosum imperato-
ribus sicut sacerdotum honestas. cum utique pro illis ipsi semper deo
supplicent. Nam si hoc quidem inculpabile sit undique. et apud deum
fiducia erit plenum. imperium autem recte et competenter exornet tradi-
tam sibi rem publicam. erit consonancia quedam bona omne quod-
quod utile est humano conferens generi. Nos igitur maximam he-
mus sollicitudinem circa uera dei dogmata. et circa sacerdotum honestate

quam illis obtinentibus. credimus quia per ea maxima nobis dona dabuntur a deo. et ea que sunt firma tenebimus. que non dum venerunt adquiremus. Bene autem universa gerimus. et competenter. si rei principium fiat decens et amabile deo. Hoc autem futurum esse credimus. si sacrarum regularum observacio custodiatur. quam iusti laudati adorandi inspectores. et ministri verbi dei tradiderunt apostoli. et sancti patres custodierunt et conservaverunt. Sancimus igitur sacras per omnia sequentes regulas dum quispiam sequenti cum tempore ad ordinacionem episcopatus producitur considerari prius vitam eius secundum sentenciam apostoli. si honesta. si inculpabilis et undique irreprehensibilis sit. et in bonis testimonium habeat et sacerdotum decens. et neque ex officiali aut curiali veniat fortuna. Neque ex idiota mox clericus. deinde parum aliquid pretereuns. episcopus appareat aut in virginitate degens a principio. aut uxorem si quidem habens ex virginitate ad eum venientem neque filios adulteres. alioquin qui preter hec aliquid agit. et ipse sacerdocio cadat. et qui eum ordinat contra episcopatum peccabit hanc legem offendens. Sed neque in curi dictus consistens sacrorum dignitatem ad episcopatum accedat. prius autem aut monasterium vitam professus aut in clero constitutus. non minus mensibus sex uxori tamen non coherens. Decretos autem nulli permittimus a persuasione legis uxorem habere talem in ipsam ordinacionem. Sicut bonam ergo ut gloriam. in eo qui ordinandus est querimus ita etiam in eo calumpniam qui frustra accusant punimus. Si autem aliquis dicat constitutum se esse alicuius illatorem ei non prius mereatur episcopi ordinacionem quam querele examinacio fiat. et undique innocens appareat. Et si post huiusmodi contradictionem non passus is qui ordinem facit legitimam examinacionem in ipsam causam curat ad ordinacionem facere quod ab eo fit pro nichilo esse. sed is qui contra legem fit cadat sacerdocio et qui sine probacione ordinacionem imponit et ipse similiter sede cadat sacerdotali. Item Leo. Si quemquam ad episcopatus gradum promereri deo auctore contigerit prius bonum mentibus. nuda electionis sacrata sincero omnium iudicio proferat. Nemo gradum sacerdocii precii venalitate mercetur. Qualiter quisque mereatur non quantum dare sufficiat estimetur. Profecto enim quis locus tutus et que causa poterit aut securus si sacris incorrupta corrumpitur. Cesset altaribus immine prophanus ardor avaricie. et a sacris aditis repellatur piaculare flagicium. Itaque castus et humilis eligatur in urbis templis episcopus. ut locorum quocumque venerit cuncta vite proprie integritate purificet. Non precio sed precibus ordinetur antistes tantum

ab ambitu debet esse sepositus ut queratur cogendus rogatus rece
dat invitatus effugiat. Sola illi suffragetur necessitas excusandi. Pro
fecto enim indignus est sacerdotio nisi fuerit ordinatus invitus. ¶ Cum
sane quisquis hanc sanctam et venerabilem antistitis sedem pecunie
interventu subisse. aut si quis ut alterum ordinaret vel eligeret aliquid
accepisse detegitur ad instar publici criminis. et lese maiestatis accusaci
one proposita a gradu sacerdocii retrahatur. Nec solum deinceps honore
privari. sed perpetue quoque infamie dampnari decrevimus ut eos quos
facinus par coinquinat et equat utrosque similis pena comitetur. ¶ Iste
Iustinianus constitucione novella precipit omnibus illud observari sanci
mus ut nullus per suffragium alicuius unquam episcopus ordinetur. Si quid
ante tale committatur ipsi dantes. et accipientes. et eorum mediato
res dampnacioni subiciantur. Et propterea qui dat. et qui accipit et media
tor. sacerdocii aut cleri honore removeatur. Id autem pro hac causa da
tum est ecclesie illi vendicetur. cuius voluit sacerdocium comparare. Si
forte laicus mediator pro hac causa aliquid accepit in duplum id ecclesie
restituat. ¶ Idem sed neque quelibet venerabilis domus gubernatorem
aut aliam quamcumque sollicitudinem ecclesiasticam agentem. dare aliquid illi
a quo constituitur aut ulli persone liceat pro commissa sibi gubernacione. Si
vero dat aut accipit aut mediator sit clero nudabitur. Acceptis vendi
candis venerabili loco. Si autem laicus sit qui accepit aut mediator
est. quod datum est duplum eidem venerabili loco. ab ipso hoc prebeatur
¶ Idem sancimus cum aliquis fuit episcopus ordinare clericos. magis in illis
decreta facere personis propositis sacris sanctis evangeliis dicentes in ipsis
decretis. quia neque propter aliquam donacionem aut promissionem aut ami
ciciam hos elegerunt. Sed et scientes eos recte fidei et honeste vite es
et litteras nosse. et quia neque uxorem neque concubinam. neque filios ha
bent neque hos curiales aut officiales esse. ¶ Idem sed neque curiales
aut officiales clericos fieri permittimus. ut ne ex hoc venerabili clero
iniuria fiat nisi forte monasticam vitam aliquis eorum non minus
xxx annos impleverit. Tales enim ordinari precipimus quarta parte
substancie sibi retenta reliquis partibus curie. et fisco vendicandis
si in clero constituti monachorum condecentem vitam impleverint. ¶ De
archiepiscopis deo amabilibus secundum divinas regulas religiosos clericos
cum multa fieri inquisicione. et bonum testimonium viris ordinari sanc
timus tuas cum nos scientes ecclesias per nullos magis in sacris
ordinacionibus diligimus quam cum castitate viventes aut cum uxo
ribus non cohabitantes hoc quidem seculi principes. Nam licet ecclesie doc
tores hec latius prosequantur. quod minus videntur esse ardua que dicunt

abyssus vellet sanare. Utique qui vel istos non audit, tetrior est hypocrita et duplicio iurgio (?) fiet dignior. et qui iure puniendus est prostratus ab angelo quem contempsit in infimum inferiorem. ¶ Nadab Abiud igne suo succensos et contra tabernaculum elatos Domino mandante audieritis, sed hi templum Dei et sacra sacrorum Moyse repugnante, id est lege Dei prohibente, intuentur irrumpere. Succrevit eius soboles numerosa, replet atrium domus Dei, alienum ignem accendunt. Adolere thura intuitu prohibito et calamitates et abominationes societate contracta irruunt in Moysen, studentes ecclesiam sacerdotum perturbantes seditionem facientes in populo nisi ad sacerdotium permittantur accedere. ¶ Cum enim sibi conciliaverint gratiam potestatum, decernere pro se sibi asserunt universa, eo quod princeps ut dicunt legibus non subicitur, et quod principi placet legis habet vigorem. Cum ergo potestas ei et in eum omnem auctoritatem suam contulerint, ei obviare tamen maiestatis est et manifesta subversio principatus. Et quidem sacrilegii instar est dubitare an is dignus sit quem princeps elegerit. Nec temeritatis effugit notam, et bene cum eo agitur si vel penam quisquis eo quod causa voluntate principis enervare paravit. ¶ Nullas leges credat civilibus preferendas. Has Anacharsis sententia telis aranee comparavit, que infirmas et tenues detinent, sed volatilia transmittunt grandiora. Sic et iura civilia hominum regunt voluntates, sed profecto potentioribus cedunt. Nam contra transgressionem vel contemptum legitimam eis non irrogant penam. Sed nec interpellatos quidem tanta dissimulatione preterierunt. Adhuc tamen quesita tyrannorum exempla proponunt quibus persuadere aut potestatibus universa licere. Maxime tamen si cubi tyranni fuerint, ubi inveterata consuetudo obtineat, etiam si rationi adversetur aut legi. ¶ Narrant quibus tyrannus domesticum suum aut familiarem inquam etiam sine electione intruserit, quibus clericum ignavum et indignum eligere terroribus et dampnis impulerit, quibus etiam Dei vendiderit palam, quibus metropolitanum compulerit reprobabilem consecrare, quibus episcopos religiosos in exilium egerit aut ab aliis coegerit exulare. ¶ Quibus etiam et res sacras oneraverit muneribus sordidis, quibus indignis suppliciis torserit religiosos, quibus vilipenderit et pessumdederit clerum, quibus in ecclesias induxerit feudale institutum, quibus leges et canones contra ... a finibus suis, quibus induxerit silentium episcopis, ut quevis flagitia impune et sine ulla reprehensione committeret, quibus adversus etiam Romanam ecclesiam et principes suos intumuerit, quibus omnia non tam sua quam propria lege tractavit, quibus tandem consuevit libito licita coequare. Si quis

aut in hiis que memorandis copiosior est et in explenda malicia nequi-
or. sinceritatis fidei et efficacioris industrie ¶ Cum vero pro unitate fidei
et sinceritate morum de iure divino aliquid loquitur aut superstitiosus
est aut nimius aut quod capitale est principis inimicus. Si dicas
quia ignis qui per septuaginta annos babilonice captivitatis sub a-
qua vixerat. deinde extinctus est anthiocho vendente iasoni sacer-
dotium aut quod beatus gregorius testatur quia pestilencie et fames concus-
siones gentium. collisiones regnorum et que plurima adversa terris prove-
nerunt ex eo quod honores ecclesiastica ad precium vel ad gratiam conferuntur
personis non meritis ¶ Si dicas Ozam percussum a domino. eo quod ar-
cham nutantem presumebat erigere si regnante ozia rege leprosum fu-
isse dixeris ysaiam et eo mortuo vidisse dominum sedentem super solium
excelsum. si dixeris thabernaculi ministris et plaustris levitarum dumtaxat
innuere et si qua sunt in lege dei similia. Ubi agetur tecum. si non
mutilatus retrudaris in carcerem aut in exilium propellaris. unde cautela
maberis. et tam ambiciosi si quando fautores eorum contrarie dampnacionis
vite non verebuntur ferre sentenciam ¶ Unum tamen remedium tibi dos
preparabit quod cum sis sapientis et timentis deum consciencia conservat
illius tuus Unde est quod sentencia eorum decreto domino auctore non semper
obtinet Si enim ipsis creditum fuit. tu quasi lese maiestatis reus
hostis publicus iudicaberis Dicens utique publica evacuare iudicia
et dum professionis proprie zelator ecclesiasticam erigis libertate sapiencium
subvertis principum. et eos quasi stultos. et contemptibiles reddere ma-
chinaris Ratus erit. ut dyadema detrahetur principis capiti. quoniam
principalis et egregie partis rei publice disposicio que in religione
versatur illius subtrahatur arbitrio ¶ Non privata cupit romana
quisquis in urbe pompeium tunc ferre paravit. et forte arrogancius pri-
vatorum nota transgreditur. Sub quo sub ymagine libertatis principibus
appetit dominari Verum si quis principum superstitioni terminos adque sciat
insipiens est. et ab illustrium regum regia virtute degenerat David autem
tamen sicut regum narrat hystoria. et omnis israel ludebant coram domino
in omnibus fabrefactis et cytharis et liris. et tympanis et sistris et
cymbalis. licet ei non defuerit eiusmodi increpator. Hystoria namque
memorata prosequitur Et egressa micol filia saul in occursum david
ait ¶ Quam gloriosus fuit hodie rex israel discooperiens se ante ancillas
servorum suorum et nudatus est quasi nudetur unus de scurris Dixit-
que david ad micol. vivit dominus. quia ludam ante dominum qui elegit

me potius quam patrem tuum et quam omnem domum eius. et
precepit michi ut essem dux super populum domini in Israel. et ludam et vilior
fiam plus quam factus sum. et ero humilis in oculis meis. et cum ance-
lis ancillis de quibus locuta es gloriosior apparebo. ¶ Igitur Micol filie
Saul. non est natus filius usque ad diem mortis sue. David vero sedit
rex in domo sua. et dedit ei dominus requiem undique ab universis inimicis
suis. vides ne quam diligenter primum docet hystoria. hinc contemptum
religionis. tum arrogantia tumoris inde devotione fidei et humilitatis
cultum remunerat. Nam et David quietem regni assequitur. et Micol prop-
ter increpationis vitio sterilis obiit et nullum meriti gratis. et felicis matri-
monii reliquit fructum. Certe quidem cum et Micol omnis aqua. vel
go dumlens interpretetur. Ei quid multitudinis imperite consilium et que
popularem iudicium sequntur fructus boni nec iocunditate nec memo-
riam habens. ¶ Numquam tamen cum istos consiliarios magnatum audieris
nequaquam suspicaberis Micol sine sobole decessisse. Immo cum
filios Micol esse miraberis. et si non carne spiritu tamen. contraduc-
tione illius putabis processisse. Et quod istud tibi facilius persuadeas hii
qui dominandum eternare nituntur ut suam statuant auctoritatem
sine liberis moriuntur aut eos relinquunt degeneres et ignavos. ¶ Sine
dubio quicumque ecclesiasticam despiciunt libertatem aut puniuntur in se aut
puniuntur in sobole. Amittunt ergo filii etiam propria. cum hiis que
favore eorum patrum impietas occupavit. De ypocritis quod ambi-
tionis labem falsa religionis ymagine nituntur occultare. Capitulum

21 nota Licet autem pluribus temeritas aut licentia potestatum preceptis le-
gittimis et divina institucione reprimi possit. ambicio tamen
domari non potest. Que cum in manifesto non audet clanculo ser-
pit et fraudulenter ingreditur. si fores etiam luminibus non aperiat. si
nec sua nec aliena violencia reserantur confugit ad artes fallacie
sue. omnia que libertatem impugnant que decretorum statuta convellunt
et que religioni contraria sunt tota libertate spiritus detestatur. ¶ Sy-
mone ut simplices et credulos circumveniat mirabilius redisse. Si-
mulat. et dissimulat. et astutam gerit sub pectore vulpem. Stoicis
quoniam liberior est. catone rigidior. Est quoque in videndo simplicior
paulo doctore gentium. sollicitior erit ferventior petro. et ei vivere Christus
est et mori lucrum. nec gloriatur in aliquo nisi in cruce Christi. quam iugiter
portat in corpore ut spiritus salvus sit dissolvi dumtaxat cupiens
et esse cum Christo. Mortificat ergo carnem cum viciis et concupiscenciis
et non sicut ceteri hominum cum hominibus degens vitam agit angelicam
et in celestibus conversatur. ¶ Ieiunat hic continue sine intermissione

orant. clare tamen ut audiat hospes. asperis et sordidis vestibus
induuntur et plus macerant. Arguunt ceterorum de moribus corrigendis
palliatant principatus. et potestates testimonium sibi adquiren
tes iusticie. si inde detrahant alicui. At non firmus sub honestatis
specie commalescat. laudabilium virorum collegia quaerunt aeduas sub
eunt professiones ostentant difficilia et familiarius sibi propria possibilia
et que iucundiora sunt concupiscunt. Hec ergo basilii benedicti augustini.
aut si hic parum est apostolorum et prophetarum fatentur successores vestes carthusi
ensium cisterciensium cluniacensium induunt et qui dignantur esse canoni
ci gloriantur in laneis tunicis et pellibus agninis. Veniunt enim in
vestimentis ovium intrinsecus autem sunt lupi rapaces. sed ut ait dominus
evidentissime cognoscuntur a fructibus suis. Non tamen a fraude
istorum religionis vere diminuitur gloria. Nam indubitanter omnibus
constat quia nomina que profitentur. et quorum pollicentur officia. et
honestissima et fidelissima sunt. Nam religio in hiis adeo vera adeo
probata consistit ut nullius reprehensionis aculeos reformidet. Si
quidem cartusienses. quasi avaricie triumphatores passim ubique cla
rescunt cistercienses beati benedicti. quem omnium iustorum spiritu ple
num fuisse constat. precepta et vestigia sequuntur ad unguem. Clunia
censes religionis formam multis provinciis tradiderunt. et canoni
cis sufficere debet. ad plenissimam laudem. quod regulam eorum oportet
omnes clericos imitari. Heremite quoque baptistam salvatoris. et fili
os prophetarum institucionis sue. habent auctores. fratres templi. ma
thabeorum exemplo ponunt animas pro fratribus suis. Xenodochi si
ve hospitalium procuratores apostolorum sequuntur vestigia. et ad perfecti
onis cumulum aspirantes in eo fidelissime audiunt quod innuunt
vendentes. et omnia que habent. pauperibus erogant. In hiis tamen
singulis fideles inveniuntur et reprobi. nec ob id religionis aut
professionis veritas deformatur. Que enim professio est aut que
legitur unquam fuisse societas in quam maculam non irrepserit
Angelum apostatam legimus in primis fratribus parricidam prophetarum
reprobum apostolorum proditorem discipulos Christi perfidos nec tamen
corrumpitur puritas persistencium angelorum. aut minus sancta est
societas. nimirum diligencium fratrum aut prophetie gratia est in
electis culpabilis aut apostolatus infidelibus contemptibilis. aut dis
ciplina Christi per varios errores aberrancium est infamis. Sicut er
go angelus sathane transfigurat se in angelum lucis. et apostoli pseu
do ad auctoritatem apostolicam aspirabant potius quam ad vitam. sic et y

porrecte ad supercilium phariseorum confugiunt dilatantes philacteria.
et magnificantes fimbrias. et que in lege dei scripta sunt. nolunt
contingere digito nisi ut videantur ab hominibus a quibus honoris aut
alicuius remunerationis mercedem expectant ¶ Unde est quod faciei pallore
ostentant profunda ab imo trahunt suspiria artificiosis et obse-
quentibus lacrimis subito inundantur obstipo capite luminibus inter clau-
sis. coma brevi capite fere raso voce demissa labiis ab oratione mo-
bilibus incessu tranquillo. et quasi gressu quadam proportione compo-
sito pannosi obsiti. sordes vestium et affectatam venditant vilita-
tem ut eo facilius ascendant. quo se studiosius videntur in locum
novissimum deiecisse. et qui sponte sua decrescunt. crescere compellantur
inviti ¶ Hii sunt qui siquid macule inhesit ecclesie dum peregrinantur
publicis aspectibus detegunt. ut ipsi ab omni macula videantur
immunes Hii sunt qui beneficia que nec dum sanctis collata sunt
predicant auferenda Hii sunt qui potestatibus persuadent ut propter
iniquas personas iure suo priventur ecclesie Decimationes et primitias
ecclesiis subtrahunt. et ecclesias ipsas accipiunt de manu laicorum episco-
pis inconsultis Hii sunt qui predia antiqua subtrahentes indige-
nis villas et pagos redigunt in solitudinem. et in suos usus. vicina
queque convertunt Ecclesias diruunt aut in usus vertunt seculares
¶ Ut de domus orationis fiat aut efficiatur stabulum pecoris. aut opilio-
nis aut lanificii officina Et quod maiora impune faciunt et qui
torulibus gemine potestatis. etiam intimus sui sinu quesierunt
et protegimur umbra ventilare non cessant Ad ecclesiam namque ro-
manam confugiunt. que pietatis mater religionum consuevit pro-
videre quietem ¶ Implorant opem eius protectionis impetrant cli-
peum ut tuti per eam possint malignitate vexari. ut et ut se pos-
sint plenius exhibere et caritatis implere munus ne decimas
dent apostolico privilegio muniuntur Procedunt ulterius. et quo
sibi plura impune liceant. a iurisdictione omnium ecclesiarum se ipsos
eximunt et efficiuntur romane ecclesie filii speciales Ita tamen ut pro
foro reos ubique conveniant sed tamen conveniri non possint nisi ro-
mane vel pero solummodo ¶ Deinde secularium potestatum implorant au-
xilium. et eis divinam gratiam pollicentur Fratresque mediatores inter
deum et homines. et eos qui venia indigent. suis aggregant so-
cietatibus Confessiones recipiunt et claves ecclesie usurpantes
aut subripientes petro ligare presumunt et solvere. et domino pro-
hibente falcem mittunt in messem alienam Potentiores tamen et
ditiores favore vel mercede recepta facilius absolverunt. et peccatis

alterius humeris supponentes, iubent alios in tunicas et vestes pul-
las quicquid illi se commisisse deplorant. ¶ Amplificant magis domi-
ni veniam vult prece. qui sicut apertam et patentem penitentibus
sic solis desperantibus preclusam esse pronunciat. Indulget interim
his qui criminibus ardentibus et tenacius involvuntur. peccare ipse-
dum tamen sibi in redemptionem eorum aliquid porrigant. et audacter
permittunt veniam. eo quod sicut aqua ignem ita elemosina peccatum
extinguit. Penitentia quoque nunquam sera est. si tamen vera. ¶ Con-
ferunt ergo moribus iniquis. et prelatorum provocantes affectione
assentationibus. obturant aures hominum ne increpationes audiat
prelatorum. Adhuc rimusculos inquirunt. tumultibus gaudent
dissidentium secreta explorant et eadem nunc ad amicos proferunt
nunc ad hostes utrisque grati. utrisque perfidi magis tamen ad ista vi-
dentur ydonei quia ab ymagine religionis minus habentur suspec-
ti. Quid in palatio quid in foro quid in agris expediat quid intra
tres soli credunt nosse quia universa hec preteritis videntur curare
qui istis negliter se immiscent. ¶ Siquidem patres in curia cives
in foro milites in expeditione. si denique concilium aut synodus con-
vocetur. precipuam sedium partem preoccupabit umbratilis ista
religio. Claustrorum fracta credas repagula. exhausta tochia vel
xenodochia. et alia venerabilibus. examina conveniunt eo lasse
Adeo quidem se religionis species turbis et publicis aspectibus in-
gerit. Primas cathedras recubitus primos primas salutationes usur-
pant. et si eas non deferas vehementissime indignantur. Si eis
abloqueris religionis inimicus et veritatis diceris impugnator
feriris utique pacient si iniurias et dampna intulerunt. Cum licen-
tiam omnium apostolica et regia auctoritate obtinuisse videntur. ¶ Naz
hoc et meritis eorum deberi creditur. Sane qui resistit potestati dei
ordinationi resistit. Nec ego apostolice maiestati et regie arbitrio
reluctandum. Quero tamen ut fidelium pace loquar. quid nam sit quod
decimas. et iura aliena usurpare non erubescunt. Inquient forte
religiosi sumus. Plane decimas solvere religionis pars est. et eas
adeo ipsius dumtaxat religiosus exigitur at qui eas exigunt
irreligiosi sunt. Vos autem quis constituit iudices super eas. aut qui
estis ut exerceatis iudicium in servos alienos. Unusquisque suo domino
stat aut cadit. Stabit autem. ¶ Omnibus inquiunt tibi apostolico privi-
legio cum beneficio de nutrimentis animalium et laboribus nostris de-
cimas retinemus. Rumpe apostolus omnia licent. sed omnia ab apostolicis
fieri nequaquam expedit. Esto quod illi vobis hec licere concesserint. Vos

an recte penitentis videatis. Nempe qui petit ut quod debet non faciat nisi hac spontaneus non obedit. Nequiquid denuntiaveritis Abel dominus non respexit. Cayn fruges obtulit recte quidem quia domino debebantur sed impartiacione inequa dum in divisioni aliquid subtraxit pro eo committit acceptante pro illo munera eius qui fetus animalium cum domino putatur. ¶ Et forte de animalibus reddunt rectius. quia sine cultura et cura nostra proveniunt. Plus enim laboris est in frugibus serendum et metendum. Non cogimur dare decimas quas enim de laboribus alienis redditum est ratione. Quod multi cautelis et longis allegationibus videntur astruere. qui alios decimas dare non prohibent. dum ipsi ab eis dandis immunes sint. quia adeo religiosi sunt. quod in ea parte derogare possunt constitutioni divine. et ideo licet minus grata sint gratie dei quo eam amplioribus beneficiis ex prunt. ¶ Que enim ex sola gratia proveniunt ut sunt fera. et sponte nascentia non tenentur obnoxii religioni. Primo quidem dum religio paupertate gaudebat. et in aliorum necessitates aut usus effundebat viscera inopie sue indulta sunt privilegia professionibus. que necessitate cessante et surgente cupiditate potius avaritie quam religionis instrumenta cedunt. ¶ Ecce enim quia omnes hi privilegiati sunt. que sua sunt querunt et ipsius qui predicatur in publico aut omnino abest. aut in abditis latet. Inde est quod cum ad iniquum compendium avaritie privilegia trahi conspiceret beatus Adrianus volens ea omnino revocare. licentiam eorum hac moderatione compescuit. ut quod de laboribus non preparant tantum novalia dumtaxat interpretetur. Si enim gaudere poterunt privilegiis sine gravi dispendio iuris alieni. Quid tamen est quod tantus pater utrimque sustinuit et quia patrum canonibus refragatur. Miserabile est in oculis meis. Milites namque templi sui favore ecclesiarum dispensationem vendicant. occupant personatus et quodammodo sanguinem Christi fidelibus ministrare presumunt quorum fere professio est humanum sanguinem fundere. ¶ Non equidem quod eos viros sanguinum dicam qui pene soli inter homines legitima gerunt bella. cum et David non propter bella que legittime exercebat vir sanguinum dictus sit. sed propter Uriam cuius sanguinem innocentem effudit. Ut enim canonibus cautum est laicis quamvis religiosis nulla de rebus ecclesiasticis legitur attributa facultas esset utique vere religionis indicium. si ab illius rei dispensatione temperarent quam sibi domino prohibente tractare non licet. Sed nec de rapinis indico ecclesiarum. sed nec quorum tuus fidelium munus hospitalitatis impleverint

arbitrantur quia pacem sacrilegum odit deus et aspernatur oblationes
que offeruntur de sanguine et quorum innocentium. a talibus claudit aures
suas. ut non pateant ad preces eorum ¶ Reliqua que in fraudem ius
titie dei finguntur a talibus. adprobus nequaquam. Primo est institutus lex
omnis iniquum esse sit quod amore pecunie illecti. ecclesias quas episcopus clauserit
aperiunt ¶ Divina suspensis celebrant sepeliunt mortuos quos excommunicat
ecclesia et semel in anno faciunt ut toto anno erroneus populus ad nocem
ecclesie absurdescat. et quia coherceri non potest emendari contemnat
¶ Circumeunt ergo ecclesias collegiorum suorum intra provinciam abolitiones
criminum portant et medium predicant evangelium novum. adulterantes
verbum dei. quod annuntiant. non ad gratiam. sed ad precium. vivientes ad volup
tatem. non ad virtutem et tandem cum mulierculis suis conveniunt de
de virtute loquuntur dum circumagitant errore. et labore nocturno Si sit iter
ad christum fallax et vana est doctrina patrum que arctam et arduam
monstravit viam homini tendenti ad vitam ¶ Cum vero istis ecclesia indig
netur. nulli dubium in equum commoveret quam viri vere religiosi ingro
nimium hec omnia refundunt Sunt et populus. sed religiose profes
sionis adversus hanc ypocrisis labem instans amaricant Non enim
hoc fecisse dicuntur ypocrite sed et astucenses aut cluniacenses. Alii
quorum ventriloqui et ventilogui habitum induunt et vitam men
tiuntur Nam claustrales qui plane vere religiosi sunt. dum pro
fessionibus serviunt absque macula malicia in minimis sunt ¶ Nulla
vita fidelior nulla simplicior nulla felicior. quam eorum qui in claus
tris humiliter degunt abiectione sua gaudentes obedientes prelatis
suis in omni subiectione et reverentia. nec appetentes sub obediencie
nomine dominatum aut fraudandi aut vagandi aut audiendi licentiam
vasa sua possidentes in sanctificatione et honore. prestolantes in silentio
et paciencia salutare dei a detractione et murmure alieni compescentes
ab ore suo. inquiete verbum quod salvare potest animas suas grata instan
tes cum deo colloquia et quasi thesaures angeli sunt totius mundane
perturbationis ignari ¶ Si quid autem est. quod eos contristare videatur
ad caritate fraternam referendum est. qua et in celis angeli nostris quodam
modo lapsibus compatiuntur. et super uno peccatore penitentiam agente con
gaudent Cum vero philosophos imitari suo tempore. quos virtus commen
data est. et astream velictis hominibus ad celos constet redysse. sit
arduum vita claustralium virtute philosophorum incomparabiliter antecedit aut
quod melius crediderim rectissime et tutissime philosophatur Dum
vero ad complendas necessitates corporis egrediuntur humiliter et in eis fide
liter versantur et si non severiore plane utiliorem contexunt. et vitam
maxime laude digni et reverentia nequaquam ad crisicolorum vel ypo-

nota

ceterorum sacratione accedunt. Nam ypocritas epicureis vetustissime aggrabis qui philosophiam profitentur et proprie serviunt voluntati. Cum lites faveant privilegiis abutuntur serviant cupiditati caritatis officia nequaquam compleant propriam querant gloriam. nomine solum carnis ambulant. licet se spirituales menciantur. mito consistentes intitu tarius peractos sinum gehenne illius qui superbus est. et quia inani gloria intumescens altissimo conformari voluit aut preferri. deiectus et precipitatus est in lacum dampnacionis eterne. ¶ Hanc insaniam sunt qui hac via incedunt et inpeccabiliores omnibus gentibus. qui et pluribus inter bonos preivantur. et etiam maxime cum ille qui pro peccatoribus precium sustinuit fieri et familiarem se exhibuit publicanis et meretricibus. cum ypocritis patrem hic requirunt. qui non indigebant iusticia eius quod planum est hys qui altercationes. quas cum phariseis contendunt diligenter attendunt sentiunt autem tamen phariseorum exemplo locum tenere primum. De eisdem et de ezechia qui thezauros

22 Difficilimum aut impossibile quos ostentando amisit Cap.

asserunt sapientes. in presenti gaudere cum mundo. et in eternum conregnare cum christo. et plane miserrimum est torqueri cum mundo et in eternum cum dyabolo flagellari Hi ergo in hac vita tantum sperantes sunt. ypocrite tristes qui exterminant facies suas ut probi hominibus appareant et quasi per tincinabulis tubis iusticie sue opera preconantur. adeunt frustra retribucionem expectant qui in presenti receperunt mercedem suam ¶ De hys enim qui verbo et hystoriis honorant dominum cum sententia eius constat. quia ipse elongatur ab eis eo quod cor eorum ab eo elongatum est. Sed et ipsa opera eorum dispendium salutis afferunt et babiloniorum principi sathane famulantur. Opera enim que ostentacionis gracia fiunt. sacrificantur in mortem.

Regum narrat hystoria. quod cum ezechias rex iuda per manum ysaie filii amos. signum incolumitatis et salutis a domino accepisset. umbra orologii retrorsum recedente decem gradibus. quod nature videtur adversum. cum umbra procedere soleat. non verum misit barodach baladam filius baladam rex babiloniorum litteras. et munera ad ezechiam ¶ Audierat enim quod egrotasset ezechias. letatus est autem in adventu eorum ezechias et ostendit eis domum aromatum et aurum et argentum. et pigmentaria varia unguenta quoque. et domum vasorum suorum. et omnia que habere poterat in thezauris suis. Non fuit quicquam. quod non monstraret eis ezechias in domo sua et in omni potestate sua. Venit autem ysaias propheta ad regem et dixit ei. Quid dixerunt viri isti aut unde venerunt ad te Cui ait rex De terra longinqua venerunt // ad te Cui ait rex // de babilone

At ille dixit Quid viderunt in domo tua Ait ezechias Omnia que
sunt in domo mea viderunt Nichil est quod non monstraverim eis
in thezauris meis ¶ Dixit itaque ysaias ezechie Audi sermonem domini
Ecce dies venient . et auferentur omnia in domo tua . et que condi
derunt patres tui usque in diem hanc in babilonem Non remanebit quic
quam ait dominus Sed de filiis tuis qui egredientur de te quos generabis tol
lentur . et erunt eunuchi . in palacio regis babilonis Sunt superficie
quidem hystorie secundum hebreos auctore ieronimo . initas liquet . cum ana
nias azarias misael cum daniele captivati sunt in babilone ibique
castrati ut in pallacio regis . secundum morem gencium ministrarent Nec
forte repugnet . quod pueri sine macula a rege iubentur introduci . ut
linguam discerent caldeorum . et constet quod non modo thezauri regis
inde in babiloniam translati sunt sed magna pars vasorum templi domini
in iherusalem apportata legatur et prophanata ¶ Elegantur tamen cu
dam regi invitatum indulsisse babiloniorum dirimentur nuncii cum muni
bus accessisse . quia tunc pro parte quibus palliatur amicicijs confusionis
quando per admirabilem clemenciam dei . ictus eius clarius innotescat
Sed tunc imprudencius est exultare quia hii non modo suspecti habe
di sunt . sed quasi hostes perniciosissimi studiosius devitandi . quia ti
mendi sunt . etiam cum dona ferunt ¶ Dum ergo aromata bonorum
operum . virtutis aurum argentum eloquencie cogitacionum pigmenta
unguenta sue . et utensilium suorum aptitudine ostentat . et decore
et si qua in thezauris bone consciencie . carnalis et utilius reponit
audiat illum dominum sciat quod pro certo quia omnia que nulitate vide
bantur ad gloriam confusionis stipendium . et mortis accepturi sunt
Ipsa quod etiam filiorum successio babiloniorum castratur principi . quia
ea . que aliis meritum virtutis habent . et fructum . dum inanis
glorie causa fiunt inutilia sunt actori Iustus enim remunerator
ypocritas affundatur et solius veritatis . in bono cultu acceptat cuius
oculi nullo fuco nulla malicia prestringi possunt . quia videt in
abditis et cordium profunda scrutatur species discernit . a rebus . ne
qua subcirato mendosum tinniat auro . Unde et ypocrisis nomen
accepit que quidem cyniarorum indubitata species *Ex cartusien
ses dum moderniis nix habemus avariciam cohibent et mag
ni montis nova religio . dum omnia mundana contempnentes . et de
crastino non cogitantes omnia repellit avariciam excludit . ab y
pocritarum nota . et nomine longius absunt . et qui sunt seculares
aut religiosi . et que regula actionum . et que occasionum carorum*
I ypocritarum aut nomen . *Et quis sit finis ypocriseos Capitulum*
et nomen cautissime . et fidelissime declinant carthusienses 23
et magni montis nova professio in antique virtutis culmine sal

natore primo solidata. Siquidem Cartusienses cupiditati sue primo ne-
cessitatis limites prefixerunt. et moderationis habenis omnem avariti-
am cohibent. et insuper ipsi necessitati aliquid subtrahunt. ne sub ob-
tentu illius quempiam avaritia violatur. Magnum procul dubio dici et
vit propter ipsos mirandi. cum non modo professiones. sed etiam senescente
mundo in tanta multitudine laborantium solorum pauci processerunt homines
qui satietatis sibi aliquos terminos prescripserunt. sed timuos. necesse est semper de-
esse aliquid cuncte rei. et ipse hyatus desiderii aliquid ulterius ingerit
affectantis imperfectionis signum est. Siquidem dico defectum potius depre-
vim. conscientie manifestum. Quando igitur modo eo quo glosso. perfectus
est. qui providet unde valeat satiari. quid et si nemini vel admodum
paucis gentilium affectantes credam. Hunc tamen non nullos institis
se appositos. certum habeo. cum et ethnicus dicit. certum voto pete finem
sine quo in infinitum animum humanum conatus pretenditur. et id quod omnino
nequeat apprehendi. Porro magni montis incole. iter tam arduam e-
legerunt et non modo avaritie sed ipsius nature quodammodo domi-
tores. omnia necessitatis impia concluserunt. abiecerunt sollicitudinem
cunctum omnia mundi oblectamenta contempnentes patrum pater est apud
eas quatinus ad portas eorum pulset ymagine concluditur. et confu-
sus abscedit in eas. Quippe solus Christus ingreditur. tamen unitur
gratie iactantes cogitatum suum in eum. qui pullos corvi nutrit. et dat
iumentis escam pullisque corvorum lilia vestit agri et omnibus spera-
tibus in se. aut consolationibus sue. obtemperantibus legi necessaria
prestat ut nichil desit hiis qui se eius non subtraxerit volunta-
ti. Totam ergo sollicitudinem suam. et omnem in eum protu pro-
iciunt. cui de fidelibus cura est adeo quod providencie deditant an-
gustias. ut vita eorum tota non nullis temptatio videatur. Sed
siquidem patres genus temptationis diffiniunt cum quis agendorum
habenas divino duntaxat. committit iudicio. humano non dum
auxilio destitutus. Certum ego iustitiam placentem deo arbitror. cupidi-
tatis ignaviam insistente nimorecie. et principem in ope caritatis. Sed
ergo in hiis aut in illis sibi palliata ypocrisis vendicabit. cupiditate
deducta. Regula namque verissima est. quod de radice caritatis non ori-
untur mala. et de cupiditate planta nequaquam bona provenit. Nec
est quod displiceat deo ubi sincere voluntatis. victima immolatur aut
quod eum non offendat. si in quolibet pingui oblatione propriam eis quibus
subtraxerit voluntatem. Sacre dispensant irritat dominum et qui sua post-
posita. illius se subiciat voluntati altissimum placat. Preco siquidem solo

ne iusticie summa consistit unde illud in ewangelio Judicium meum inquit
dominus iustum est quia non facio voluntatem meam, sed voluntatem eius
qui misit me. Moyses quoque in levitico Omnis oblacio que offertur domino
absque fermento fiet Nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur in sa
crificio domini. Superbie namque fermentum offertur et mellis. Cum quis
neglecta humilitate et amaritudine mandatorum quippiam offert adinventio
ne proprie voluntatis. Cum vero mandatis legittimis contrariam subicit volunta
tem quantumcumque offerat timore fermenti et mellis a sacrificio prohibetur
sed contundit dulcedine. Isti itaque patrie voluntatis immemores queren
tes iugiter quomodo placeant ei cui se probaverunt. laudem que ab hominibus
est contempnentes nec habentes nec volentes sive divicias. qui dicendi
sunt sive cum ypocritis porcione. Vere tamen mirabilis iam ad cartusi
enses dimisisse ductus est aliquis ut a sociorum consorcio evocatus as
cenderet. et postea remissus retrorsum. quod quesierit opus testimonio
declarasse. At ille indice sinu habens. nec tamen unquam committere potuit
ut summe professionis gloriam denigraret. De magno monte ne
minem adhuc assumptum audivi. sed utinam aut nunquam assumat
aut talis qui nullo decoloret actu hominum singularis eminencie ve
nustate. Alii basilium alii benedictum. hii augustinum. at isti singularem
magistrum habent dominum ihesum xpistum. Licet autem duas istas professiones
minus tamen qui meruerunt commendaverim nichil deo teste in su
gillationem aliorum in professionibus suis recte incedencium protuli
Sancti sunt utique cistercienses. cartusienses sancti. sancti monachi et
canonici regulares et alii sicut stella a stella differt in claritate
sunt alii aliis sanctiores. et quarumvis professionem professio antece
dat. in qua minus carorum forte reperiuntur qui possint sanctis superioribus
adequari. Plane virginum primus gradus et singularis glorie ti
tulus est incontinentibus tamen et coniugatis. forte sunt aliqui in
tis virginibus preferendi. Confessoribus martires preferendos catho
lica confitetur ecclesia. et tamen non nullos confessores aliquibus mar
tiribus. forte quis ad aliquid non verebitur coequare. Nec est
quod se aliquis sciarum mei sit similem iam dictis professionibus confe
rat. quia raro est ut quispiam talis. vel ignavo resolute possit co
ri. Si quis enim in nobis a septembris idibus. usque ad pascha ieiunet
omni die nocturnis assit vigiliis iugiter abstineat. ab esu carnium omnem
veneris in nundinas nesciat horis competentibus nunquam desit aut ra
ro. et hic comista causa sobrietatis limites non excedat tantam ponat

silentii custodiam ori suo. et diurnos excessus deleat satisfactione cotti
diana. et quod precipitur. iniunctum et sine mora compleat. et non modo ma
iorum. sed et liberorum admonitionem sufferat patienter ut tonsum tondente se ob
mutescit. ¶ Quis eum non eum. quam virtutis egregie et singularis me
riti. hominem admiretur. et cum reverentia prosequetur. tamquam vere reli
gionis apicem veri et expressissimum xpi imitatorem. Hoc autem etiam in eam
communitate tamen faciunt dissolute. Nam in eo a studiosis differunt. quod
illi ex dilectione exercent ea. atque isti. stimulo necessitatis urgentur et sepe in
viti. Sunt tamen in habitu communi. quos seculares non audeo nominare. cum
nichil seculare sit dicendum in talibus. nisi quod solo nexu amoris federati
affectu. Dicit enim preputium nichil est et circumcisio nichil sed observatio man
datorum dei. sic ut religiosorum pace dicam monachatus nichil est canoni
catus nichil mandatorum observatione deducta. Hec igitur tandem pro
sunt. si quis legem observet. Quod si non sine hiis quispiam observat legem
eum nequaquam dixerim secularem. ¶ Quippe tamen gerimus morem reli
giosis. sunt seculares interim. quos vestis pulla. ab aliis non distinguit.
Nulla enim iactura nominis. nisi secularis sit et vita. Indignantur aliqui. quod
de religiosis ego habitu secularis. et conversatione peior. ista perinnuo. et dum
querendo cenobitas me aliis detrahere criminantur. Adversus hos. non testem
sed benedictum appello qui sicut girovagos. et sarabaitas arguit sic
manifeste commendat cenobitas. Auctor michi ieronimus est licet eum
non nulli monachorum minus benigne audiant. eo quod clericos quos ad a
liquid nimius est pertulisse. ¶ Auctor est inquam quod vestis nequaquam
religionis differentiam faciat sed in omni habitu qui timet deum. et operatur
iusticiam acceptus est illi. Idem quoque ait vestes pullas. eque vita ut
candidas. Ornatus ut sordes pari modo fugienda quia alterum deli
cias alterum gloriam redolet. Non absque lineo amictu incede. sed precium
linearum vestium non habere laudabile est. Et manifeste videtur compri
mere. sectam temporis nostri. hominum salitz qui irregularem quandam re
gulam profitentur. quos cum oculis eius possis agnoscere audi quid
incontinenti subiungat. Aliqui inquit ridiculum est et plenum dedeco
ris est refertis marsupiis quod sudarium. et orarium non habeas gloriari ¶ Et
qui pauperibus parvum tribuunt. ut amplius accipiant. et sub pretextu
elemosine querunt divitias. que magis venatio appellanda est quam
elemosina Sic bestie sic aves sic capiuntur et pisces modica esca in ha
mo ponitur. ut in eo matronarum sacculi protrahantur. Est utique melius
non habere quod tribuas quam ut tribuas petere impudenter ¶ Non habent

fratres hospitalis vel alii quid hic dicere querantur. quia cum hic loquitur
doctor ecclesie est. et forte ad eos iniurium non respexit. Ipsi licet
non viderim. noverint regulam veritatis quia michi constat. quia
religio munda et immaculata apud deum et patrem hec est visitare pupil
los et viduas in tribulacione eorum. et immaculatum se custodire ab hoc
seculo. hec autem politicorum omnium est. et bene cum istis agitur si eam
fideliter servant. Porro in sacro ordine dei degencium regulam ipse propheta
conscripsit dicens. Providebam dominum in conspectu meo semper q. a. d. m. n.
p. h. d. c. meum et Maria contempta ceteris. et in ewangelio sedens secus
pedes domini ut audiret verbum eius. Sed ut de ypocritis sermo claudatur
quid beatus Job de hiis sentiat proferatur in medium. Hoc inquit scio a prin
cipio ex quo positus est homo super terram quod laus impiorum brevis sit
gaudium ypocrite ad instar puncti. Si ascenderit usque in celum superbia eius
et caput eius nubes tetigerit quasi sterquilinium in fine perdetur
et qui viderant dicent ubi est. **De invidis. et de detractoribus Capitulum** 28

Hypocritarum quia sacro testante eloquio perdentur ut sterquilinium
quo nichil immundius est frustra ergo affectaverunt umbram bonorum
operum. nam si bona essent vere. nequaquam perirent ut desideria car
nis implerent que adversus spiritum concupiscunt. multa sustinuerunt in
fame et siti in frigore et nuditate. et sitibus quibus sunt ypocrite precio sin
cerum potant margaritum. Non enim in sola invidia vel gula con
sistunt opera carnis. cum apostolus ad galathas loquens ea in multis
magis manifesta esse commendat. ut sunt fornicacio inmundicia avari
cia pro impudicicia luxuria ydolorum servitus veneficia inimicicie con
tenciones emulaciones ire rixe dissensiones hereses secte invidie ho
micidia ebrietates comessaciones et similia. que qui committunt regnum
dei non possidebunt. Sive ergo ad finem invidie vel luxurie
sive ad inanis glorie vel avaricie conditum opera referuntur quia primum
sine suo mortem incurrunt. unde ipse idem apostolus. Non efficiamur
inquit inanis glorie cupidi invicem provocantes. invicem invidentes
Sane invidia. quibus falsa iusticia innotescit prudenter et eleganter
compressit cum arrogancie tumor sua le provocet. unde sibi preeminere vic
toriam optinatur. et livor illis invideat quos superiores putat esse
vel pares. Una quidem nichil crediderim esse iniquius et licet nulla in
festa nimis moveat invidiam. et hoc recte quoniam calamitas eorum qui
sponte beatitudine abiecerunt. Tamen enim comparatur eis qui a fel
le malicie malunt esse miseri. quoniam beatis patribus siquidem pro inde placuit
beatitudinem consistere in virtute. et nullam sine caritate posse esse virtutem

posse. ¶ Cuius utique fructus iocundissimus est apostolo testante qui opilitarius [?] hec opera spiritus que ad vitam proficiunt evidenter apponit. que sunt pax paciencia longanimitas benignitas gaudium mansuetudo continencia castitas. Hii ergo hos virtutis ramos a terra cordis sui succidunt et radicem caritatis de qua oriuntur contaminant. qua nam ira ad altitudinem pergunt [?]. ¶ Plane nichil est quod magis caritati repugnet quam venenum invidie. Est autem invidia ut philosophis placuit tristicia sumpta ex apparenti prosperitate alicuius innata. Si enim detrimentum vel prisci [?] cuius apparet [?] ti quis prosperitate tristatur. nequaquam detrimentum patitur invidie macula. Nam et bonus displicet. cum impunitatem multorum succedunt hiis qui ad mala currunt prosperiores. Si ergo livor bonus affligitur alienis planum est quod a caritate plurimum distat. que sua non querit sed que proximorum. ¶ Caritas in bonis nichil suum in malis nichil reputat alienum. Qualis compatitur alienis. bona sua diffundit in proximos. Nam et animas unit ut idem velint idemque nolint. Ait magnus pater Augustinus. Tolle invidiam meum tuum est et tuum meum. Et forte non erit aliquid meum vel tuum sed omnia nostra erunt. Ipsa enim est. que quod sibi vult adesse idem proximo abesse desiderat. Et si non assit vel absit infeliciter cruciatur. Et sepe in eo quod non desiderat dum illud proximo videt adesse torquetur. ¶ Recte quidem tamen et ethicus dicit quia in iustius invidia nichil est que primus ipsum auctorem rodit. contriciatus animum. Nec leve tormentum credas quo nullum gravius potuerunt Siculi excogitare tyranni. Pestem hanc licet poetica nube figmenti Naso depingit eleganter quidem et vere. Pallor in ore sedet. macies in corpore toto nusquam recta acies livent rubigine dentes pectora felle virent lingua suffusa est veneno. Risus abest nisi quem fecere dolores. Vix que tenet lacrimas. quia nil lacrimabile cernit. Nec fruitur somno vigilantibus excita curis. Sed videt ingratos. intabescitque videndo successus hominum carpitque et carpitur una. Suppliciumque suum est. ¶ Non est autem huius vera descripcio. licet rei incorporali corporis compositionem auctor ascribat. cum in eo figure que prosopopeia vel prosopographia dicitur ius consistit quod rebus incorporalibus corporis lineamenta largiter attribuunt. Hoc quidem pocius attendendum. quod nulla [illegible] fas aut nature federa destruxit invidie. Nam et palladis viribus et forma motam describit invidiam et sororis felices thalamos soror stimulata ferre non potuit et ut promissum minimum vel germane fidem servaret. nullo precio potuit inclinari. Sepe mori voluit ne quicquam tale videret. ¶ Ad parvitatem fratrum in fratrem pa

patriarchas concitavit invidia ut vel in primo revelare liceret quod
quod ipsius innocentiam monstrabat in somniis Ergo servituti damnatur
innocens fit pater orbitate. ut et dispensationem gratie dei evacuet
ipse famem servitutis ingerit. calamitate corporis calumpnias egipci-
orum servicia pharaonis. dimisso iudice iniquitas impetravit. Thanus
ioseph in laboribus senuerunt. et successio eorum in luto et latere
ipsis quoque paleis reputatur indigna Videas multos eisdem livoris
ingerere stimulis ut quos possunt. alienos opponant gracie et dis-
posicioni altissimi nituntur impedire Si forte quasi sompnia
do gerunt alicuius profectum. obstant reluctantur. et quasi fra-
trem ysmahelitis opponunt si non occidunt. intrustant ipsam
simplicitatem. et ut proprium protegant scelus innocentis tunicam as-
tendunt cruentatam ¶ Hanc enim in multis video desperati-
onem. qui ad omnia felicioris anime momenta utuntur Quibus nec tel-
lianas tedas. videbis qui sibi oculum alterum eruj gaudeat. dum
uterque privetur proximus Hec est qua iure declinetur invidiam
nisi in miseriam fias Celebre namque est ab antiquo proverbio
quia sola miseria nescit invidiam. Fortunaque hominis miseri
ma est tamen non invidetur Refertur plato cum ei condiscipuli
sui dixerunt socratem interrogasse qua ratione posset homo in-
declinare invidiam Tu factus es tersites inquit ut tersites Quia
ergo torquentur invidi. alios in fere sic nolunt esse prospere
Vndique querentes ut noceant. et propriam innocentiam quandam pu-
tant esse mortis ymaginem Vnde marco ut abimo dictus omnis
notans mundum ait. et si non aliqua notasses mortuus esses
Quis nichil unquam decet et plurimum aut virum auctoritate vel mo-
ribus gravem Vnde socrates. non ille antiquus sed qui auctori-
tatem gestorum cassiodorus in tripertita laudat hystoria cum inquit
Julianus tonsores et cocos de palacio expulit non modo im-
peratoris sed et philosophi opus egit Vt autem detraheret atque dilaceraret
neque philosophi neque principis fuit. tum cum quacumque causa cessant opera
detruntur ad maliciam trahendi ¶ Hec est utique indubitata proles in-
vidie. et caritate abesse manifesto indicio protestatur Et nunc quidem bo-
na aliena pervertit. nunc minuit mala aut fingit que non sunt aut magni-
ficat et extollit si qua sunt caritas non agit perperam At hec sola per-
versitate letatur Cum apostolus mala genera multa enumeret. novissime
et quasi monumentum malorum sive profundo vicious depiciam posuit detra-

tores. cuiusque tamquam singularem notam divine bonitatis hostes se comprimunt
quasi solos deo adibiles esse presumant. Verumptamen illos deo odibi
liores inter ceteros esse crediderim qui latenti odio ut magis noceant
eisque credatur fidelius laudes predicant alienas. amicitiamque simulant
subicientes tamen mentalem sermonibus. vel modicum quod precedentibus tytu
lis adiciatur: felix et nato felix et coniuge prosper. et tamen si demas
iugulati cuncta prospera omnia contigerant. Unquam tanti paravit labes
animes non modo fortune dotes. sed quamvis magnifice virtutis. titu
los grandes non abluat. Tale est illud oratoris: Iulium fortunatum fate
or virum fortem. et quem constat strenue egisse qui plurima. quos tamen
pacto iudicium repetundarum apud iudices eruasset. miratur quidem. si ius
eloquii eius iudicii esset magnitudo. Hoc nomine venenum est et quoddam
modo spericum boni operis. et ut ita dicam. virtutis vitium contingunt.
Et quidem de gnatonicis id est de adulatoribus. multa superius dicta. sed
nos deteriores dixerim gnatonicos. an detractores non satis liquet.
Utrumque tamen vitium apud antiquos invenio morte multatum.
Nam et athenienses thimagoram inter officia salutationis dario regi
more gentis illius adulantem capitali supplicio affecerunt. et lace
demoniorum senatus caristolum exilium iussit. eo quod magnorum virorum
turpe factum malunt. quam palam constantia nichil arguere. Hoc enim
apud bene compositos semper licuit ut quisque suo iudicio utetur. pa
lamque reprehenderet quod nequaquam recte factum videtur. Si quidem hanc
reprehendendi licentiamque caritate submixtam libertas apponebat. et cari
tate duntaxat rabies prohonesta et impedit. Ceterum detractores
et mendaces. sic est cura videlicet hundare. ac si iram quam totius
orbis sententiam confluxerint. Non est ceteris quiniens. nisi religio
sissimus sit. quem livoris stimulus non attingat. Ubique tamen
qui illustrioribus clarescunt meritis atrius invidie toxicato dete
runduntur. Urit enim fulgore suo qui pregravat artes. infra se positas
natu extinctus amabit idem. In preterito serum duos platus subditi inse
runt. Nam sicut furorum ita et suditorum genus plerosque que videri
est. et aut se iuniste perimi. aut indigne remunerari. studia aut of
ficia male administrari causant. Rarusque invenies. qui in aliquo non
detrahat presidenti. et si nichilominus omnia recte gerant. Comicus vel e
ge venuslue tragitos familiam fere semper patri familias videbis in
gratum. At non modo in curia sed in ecclesia sed in claustro. sed in magistra
lis morem huius. si tamen domestica vicia sunt moribus aggreganda

in urbe Verolamiensi obtinuit. Venerabilis pater Gilebertus Herefordensis episcopus
michi referre consueuit claustralium morem quem ipse in se fatebatur
expertum. Cum enim monasterium ingressus esset feruens adhuc iuuenis
quod decanos contemperat magistratum priorum ignauiam arguebat. Nec
mora promotus in modico in perceptione temporalium mutatus est. Nondum
tamen perceperat maioribus. Paulo post ad priores ascendit prioribus quia
compatiens carpere non cessauit abbates. Factus est et ipse abbas et pri-
mus inter abbates episcoporum inertiam cepit intueri. Tandem et ipse episcopus effectus
... nec tamen ipsum inuidie uicio arbitror laborasse sed vir prudens quod
hominibus quodammodo ingenitum, eleganter expressit. Et forte sibi hoc
prefatus pater imposuit ut sit laboratum tunc sponte confessus be-
nignius audiretur. Hanc Iulius Cesar audita Catonis morte. cum ei-
dem compassus est laboribus et virtutibus extincti. et egregium ciuem
velut Romanis defleuit ereptum. Publice tamen confessus est. quod et
tanto virtuti eius inuideret. et quod ipse Catoni sue glorie inuidebat. Tunc
uero ad gratiam sine inuidia uia expeditissima est sicut Terentius docet in
Andria. dum filium omnibus obsequi nemini ledere refert. Aut quoque
sanctissima humilitas uel retundet (?) solidissima virtus. Alia si quis vir-
tute nemo detractionis declinat aculeos. libere tamen reprehensionis ne-
delam fama mens minime assignatur. Licet iure comicia puniantur
famosi quoque libelli. Nam mala condiderit in quem quis carmina ius est
iudiciumque. et aduersus criminatores proditam lex est accepta. Horum quoque de
mepta licencia presumentium. et abutentium turpiter obtinuit sublato
iure nocendi. De libertatis amore et fauore. et de hiis que libere dic-
ta patienti animo maiores tulerunt et differentia ledorie et scomatis

Libertas ergo de singulis pro arbitrio iudicat. et que sanis
uidet moribus obuiare reprehendere non veretur. Nichil autem 21
est gloriosius libertate preter virtutem si tamen libertas recte a virtute
se disiungitur. Omnibus enim recte sapientibus liquet. quia libertas
vera aliunde non prouenit. Unde quia summum bonum in vita constat
esse virtutem. et que sola grauem et odiosum seruitutis excutit iugum
pro virtute que singularis viuendi causa est moriendum. si necessi-
tas ingruit. philosophi censuerunt. Sed hec perfecte sine libertate non prouenit.
libertatis quoque dispendium perfectam eo uincit non adesse virtutem. Ergo
et in virtutem virtutum habitu. quilibet liber est. et quatenus est liber
eatenus virtutibus pollet. Econtrario vitia sola seruitute inducunt
hominesque personis et rebus indebito famulatu subiciunt. et licet ser-

vitiis persone quamvis in terribilior appareat viciorum servitus longe semper
inferior est. Quid est itaque amabilius libertate quid favorabilius
ei qui virtutis aliquam reverentiam habet. Eam promovisse omnes egregi-
os principes legimus. nec umquam calcasse libertatem nisi manifestos
virtutis hostes. Que favore libertatis sunt introducta noverunt
iurisperiti et que ob illius amorem magnifice gesta sunt hystoriarum
testimonio percelebre est. Cato venenum bibit. asciuit gladium. et
ne qua mora pretenderet vitam ignobilem in recta manum dilatavit
vulnus. sanguinem quem sinu effudit ne regnantem videret cesarem.
Brutus arma movit civilia ut urbem eximeret servituti. Ipsa quoque sedes
imperii miserabili maluit bello semper affligi. quam domini licet mitissi-
mi sustinere. Transeo ad infirmiorem sexum. coniuges theutonorum ob
amorem pudicitie rogantes victorem marium. ut dono mitterentur
veste virginibus se quoque promittentes continentibus futuras com-
pares cum minime audirentur. proxima nocte laqueis sibi spiritum ex-
puerunt. eliso gutture ne servirent apud pudicitie dispendium pa-
tentur. Si singula huiusmodi referre voluero. tempus ante quam exempla
deficient. libertatis itaque usus communis est ei qui soli displicet qui
moribus servilibus vivit. Que libere dicuntur aut fiunt aut timori-
ditati et temeritatis opposita sunt. et dum recta media incedit laude
merentur et gratiam. Sed cum sub ymagine libertatis temeritas spiri-
tus sui profundit vehementiam reprehensionem meruit. vulgi quidem auri-
bus gratior quam sapientissimi cuiusque animis probabilior ut pote
frequentius tuta venia aliena quam providentia sua. Viri tamen
optimi et sapientissimi est habenas laxare libertati. et quelibet dicen-
tis patienter contipe. Sed nec operibus se opponit. dum virtutis iacturam
non meruit. Cum enim per se ipsam virtus quoque resplendeat pa-
tientie titulus gloriosiori fulgore clarescit. Privatum quidam
tum intrigavit qualem patrem habituri essent captivi primates
sibi impunitate donata. Ludit consuli romanorum si bona deditis
pretiam si malam non diuturnam. Una note libertatis non modo ne-
mam rebellionis obtinuerunt privates. sed etiam lucificam civitatis
romane. quia sic conservatu loqui pueritias ausus est. Philippus
quod adversus ordinem senatorum libertate contendit sequaces que pro ros-
tris comprobans. alio sibi senatu opus esse dixit. nec tamen se-
natoria gravitas promoveri potuit. Sicut nec prudentia Philip-
pi consulis cum ei a reo diceretur cur lictoris increpat inimicum
non es inquit in Philippe michi consul. quia nec ego tibi senator

sum Magni pompeii inter ceteros in hac parte virtus emicuit. Cum
enim gneus piso mallium crispum reum ageret cumque eundem
nocentem pompeii gratia eripi videret iuvenili impetu ac studio ad
accusationem provectus multa et gravia crimina praepotenti defensori obie
cit. Interrogatus deinde ab eo cur se predes quoque non accusaret. Da in
quit et tu predes rei publice. te si postulatus fueris civile bellum non con
citaturum et ego etiam de tuo prius quam de mallii capite in consilium iudices
mittam. Ita eodem iudicio duos sustinuit reos accusatione mallium
libertate pompeium. et eorum alterum lege peregit. alterum professione
qua solum poterat. Gneus lentulus marcellinus consul. cum conc
ione de magni pompeii nimia potentia quereretur. assensusque ei cla
ra voce populus esset. acclamate inquit in quirites acclamate dum
licet. Iam enim vobis intumescente pompeio id facere non licebit.
Imprime tamen tunc cominus pulsata potentia est. Hinc invi
diosa quela hinc lamentatione miserabili. Eidem candida fascia
crus alligatum habenti favonius non refert inquit qua in parte cor
poris sit dyadema. Res eius regias comprobrans cavillatione pan
ni exigui. sed neutra in parte mutato vultu. utrumque cavit. ne aut hyla
ri fronte libenter agnoscere potentiam. aut tristi iram profiteri videretur.
Idem cum helvius helvio formiano libertino filio insupplicans quod se
diceret ab inferis ut inimicum libonem amicum pompeii accusaret. ab in
feris inquit helvius in libone nemo accusator. sed dum illic moratus
sum vidi quam plurimos in dignitate etate et honore innocentes dudum dete
rrimissime conquerentes. quod nos per hanc importabilem bonis potentiam
tuam requirit condempnavit. et omnia pompeii perpessa et responden
da audientibus tuentes quo possint. Itaque eodem tempore et fortissimum
erat pompeio maledicere et tutissimum. Unde et dyphilus tragedus
inter agendum praefato directa in pompeium manu miseria inquit nostra mag
nus est. Item cum gneo carbone consule iubente sibi obsides dari a
placentinis marcus et castricius libertate inflammatus nec imperiis
nec viribus cessit. Summo consuli dicenti se habere gladios respondit
et ego annos. Servius galba pro pompeio gneo quondam tunc tercio
eius consulatu. pecuniam spopondi quo nomine tunc appellor. Unde agam
an dependam. Palam atque aperte ei bonorum pompeii venditionem ex
probrando ut a tribunali submoveretur meruerat. sed illud ipsa mansue
tudine mitius pectus ex alieno pompeii ex suo fisco salvi iussit. Pi
sistratus athemensium tyrannus. cum eum uxor hortaretur ut capita
le supplicium sumeret de adolescente. qui filie eius amore succensus eam
in via publica obviam fuerat osculatus respondit. Si eos qui nos amant

interficiamus quid faciemus hiis quibus odio sumus. Vox quidem tiran
digniorque quam tyranno que et sine laudabiliter tulit iniuriam. et laudabilius
suam. Idem a Trasippo amico temulentus inter cenam sine fine laceratus et animum
et vocem a bile cohibuit. et licet cum Trasippus impetu temulentie spu-
to in os eius eiecto respersisset. filios et familiam ab ulcione retraxit. Pos-
teroque die supplicem et voluntariam de se mortem exigentem data fide
in pristinum gradum amicicie recepit. ¶ Nobilissimus civibus fortune
tamen dissipans. a senatu hyspania provincia delegatis audiente simo
Sulpicio. humilis fortune tamen dissipans a senatu hyspania provincia
delegatis audiente simo·· nunc sed liberi spiritus. Cum ergo senatui etiam
ipsius prestitisset assensum. neutrum michi placet inquit Sulpicius quia
alter nichil habet. alteri nichil est satis eque malam licentie imperii
magistratum inducit inopiam atque avariciam. ¶ Romanum quoque con-
sulem Brutum. lusitanie imperatorem legatus Cymbrorum adiens roma-
nis impium arma tractaturum. ubi gravitate moveri potuerit inficio
cum Cymbri ad redempcionem libertatis invitarentur. legatus ferrum
sibi a maioribus. quo urbem tuerentur relictum esse dixit non au-
rum quo ab imperatore avaro emerent libertatem. ¶ Ea scheseus iunius
comminus vir summa libertate multaque sciencia. et domi foris quam clarus
ß in palo philandi studio interrogatus quid sibi tantam daret que
vellet dicendi licenciam quo vidit que homines horrent. senectute
et orbitate. Quid cum timebit senex orbus. Pirrus per dictatus est
eos qui inter cenam tarentinorum parum honoratum sermone de se habu-
erant an que audierit vera essent. Tum quidam unus nisi inquit in
nos nobis defecisset ista que tibi relata sunt prelusa que dicuntur cir-
cuius ludus ac iocus fuissent. Tam urbana crapule excusacio. tam-
que simplex confessio veritatis iram tyranni convertit in risum ¶ Ipse
vit se iuris liberi spiritus mulier barbari sanguinis que a philippo rege
temulento innocens dampnata. provocarem inquit ad philippum sed sobri-
um. Sic ergo excussit crapulam oscitanti. et presentis animi ebrium
resipiscere causa que diligencius inspecta coegit iustiorem ferre sentenciam.
Syracusana quedam sola cotidie tempore matutino votis expetentibus
ad hys salutem gravissimi gravissimi et importabilis tyranni dyonisy de-
votissime exorabat. Quod ut ille cognovit non debitam sibi admiratus
benivolenciam ad se notitiam eius deducit quo non suo merito hoc faceret
interrogavit. Tum illa. Certa est racio inquit propositi mei. Puella cum tri-

gravem tyrannum haberemus carere eo cupiebam Quo interfecto aliquan
to tetrior arcem occupavit eius quoque finiri dominationem magni estima
bam Tertium te superioribus importuniorem coepimus habere rectorem Timeo
itaque ne si et tu absumptus sis etiam tibi succedat deterior caput meum
pro tua salute devoveo Tam facetam audaciam dyonisius. et si veter
vitiis puniri tamen erubuit ¶ Quid enim securius erit. si etiam virtutes
inter quas praecipuum sibi locum libertas obtinet puniantur Romani ergo sic
aliis praestantiores. ita et reprehensionis patientiores extiterunt. adeo qui
dem. ut dum modo ingenuis. et locis minus sobriis caveatur. quisquis
eam iustam tamen horret. ac refugit sobrietatis videatur ignavus Re
et si contumeliam habeat evidentem vel absconditam. patientia repre
hensionis apud sapientes. longe gloriosior est quam poena ¶ Inde ledoriarum
et scommatum etiam adversus viros summa potestate praeditos exercitam licentiam
usum magis. quam licitum esse Est autem ut in libro saturnaliorum eustachi
us docet ledoria quae comprobrationem. et directam contumeliam conti
net Scomma quidem morsus est figuratus quia saepe vel fraude vel urban
itate tegitur ut aliud sonet aliud intelligas. nec tamen semper ad amari
tudinem pergit. sed nonnumquam his in quos iacitur et dulce est Quod genus ma
xime vel sapiens vel alias urbanus exercet praecipue inter mensas et pocula
ubi facilis est ad iracundiam provocatio Nam sicut in praecipiti stante. vel
levis tactus impellit ita vino infusum vel aspersum. parvus quoque dolor
incitat in furorem Ergo cautius in convivio abstinendum scommate quod tec
tam intra se habet iniuriam Tanto enim pressius haerent talia dicta quam
ledoriae ut hami angulosi. quam directi mucrones tenacius infiguntur ma
xime quia dicta huiusmodi. risum praesentibus movent. quo velut assensus
genere confirmat iniuriam Est autem ledoria huiusmodi Oblitus ne es quia sal
samenta vendebas Scomma autem quod dictum est contumeliam esse celatam
tale est Meminimus. quando brachio te emungebas Nam cum res ea
dem utrobique dicta sit illud tamen ledoria est quod aperte obiectum. compro
batum quod est hoc scomma quod figurate Sunt scommata minus aspera quae quasi
edentatae beluae sunt morsus ut tullius in consulem qui uno tantum die
consulatu peregit Solent inquit esse flamines diales. modo consules
diales habemus Et in eundem ¶ Vigilantissimus est consul noster caninius
qui in consulatu suo somnum non vidit Eidemque comprobranti sibi quod ad
eum consulem. non venisset. veniebam inquit sed nox me comprehendit
Et de usu ledoriae et scommatis et cavillatione dicetur in sequentibus nunc autem
dixisse sufficiat quia arguere licitum est quod equum est esse correctio. Quod tam

natu

de stromatibus allexander quam mollis libelli huius superioribus aduec
tam. Cum ei rex darius uno et altero prelio virtute eius compertus
partem regni taurus montetenus et filiam in matrimonium cum decies centum
milibus talentis polliceretur et quod parmenion vir magnus inter allexandri
nos dixisset se si allexander esset usurum hac condicione respondit. et
ego si parmenion essem eadem uterer tacite quidem consiliarii timiditatem
arguens. notem duabus victoriis respondente dignamque cui tercia sic
euenit tribueretur libertas ergo fruitur. et semper licitum libertati parcendo personis
dicere de vicijs qui et ius est. quo licet veras comprimere voces. et quod oc
cum servus ad usque domus dum vera loquitur decembrem indulget libertate
Tunc ergo non impetrata venia que ipso iure competit linguas acuunt
et quicquid eos toto anno urit impune redarguunt palam detegentes
et suum crimina. dum tamen completis saturnalibus. citra veniam nequa
tate decembris. et iussis tuis obtemperans quod me et te urit beneficiis
his que publice serviunt utilitati et tue sunt placita voluntati. Ex
1 Quod explicit liber septimus incipiunt capitula octavi libri. et c.
quatonica subest tirannice. et de septem principalibus vicijs et
sequela eorum secundum beatum gregorium et quod inanis gloria nobilem habet
2 titulum. Quod varius est contemptor glorie et de tribus locis. a quibus
laudis materia trahitur. et que sit laus vera que perfecta. que ventila
3 et de moratione largicionum. Quod omnis professio suas traciones ha
bet et de personis qui ad similitudinem ornithi terenciane sunt apud
mauit gloriantes. et quod vana gloria meretricis more loculos sequitur
4 Quod nullum vicium peius avaricia. nec amari posse qui suspectus
5 est avarice. et de duplici fonte liberalitatis et uter sit potior et de co
sidio et gillia. De duobus naturalibus affectibus scilicet amore insiti et
amore comodi et de sequela eorum amore. scilicet liberalitatis et amore do
nandi et de comparacione cesaris et cathonis de allexandro aristotile
6 augusto et platone. et his qui via devia adgloriam pergunt. De luxu
ria. et libidine et Cuiusque per illo mortis introitu et quorum sensuum sit
voluptas perniciosior. et triplici genere conviviorum. secundum portunianum
7 et pernicie gule et de convivio didonis. et cuandi apud virgilium. De
cibarijs et sumptuarijs legibus veterum ad intemperanciam cohercen
dam. et differencia earum secundum portunianum. et de intemperancia antonij
et frugalitate iulij cesaris de augusto et nerone et. G. caligula et
8 vitellio et metello. De quinino philosopho. et quod ei simile contigerit

et de sumptuariis legibus eius. Quod etiam in sacra scriptura sunt op- 9
time tuenda civilitatis regule et quod nichil virtute civilius et que sunt
regule civilitatis in conviviis observande et de verecundia. Regula co- 10
mmandi sensu et fere illius macrobii sumpta de libro saturnaliorum.
De emolestiis et honeribus uxoriorum secundum ieronimum. et alios philosophos 11
et de pruritu libidinis. et de muliere ephesina et similium fide. Quod 12
brutis et insensibilibus quidam appetitum conformant et quanta humanita-
te cum prius vincendum sit. et de cetera reliquorum sensuum voluptate. De 13
frugalitatis commendatione et nota quintiliani insectatum et quomodo fruga-
litas possit avaritie suspicionem devitare. Quod nichil ad gloriam fructuosius 14
est laude et favore bonorum et maxime scriptorum. et quod turpissima famulia-
ritatis non tam prodest quam obest. et quod unus bene facto vel dicto gloria
propagatur. Honestate aut palam aut secretis esse petendam. et in ea tota 15
liberalitatis locum esse precipuum. et econtra avaritiam glorie plurimum adver-
sari. De quatuor fluminibus. que de fonte libidinis oriuntur de epicureis 16
faciunt quasi diluvium. quo fere mundus mergatur et de aquis contrariis
et vestibus esau. In quo tyrannus a principe differat. et de tyrannide sacer- 17
dotum. et in quo pastor fur et mercenarius mercenarius ab invicem
differunt. Ministros dei esse tyrannos. et quid tyrannus. et de morte 18
gaii caligule. et neronis nepotis eius et exitu utriusque. De morte iulii 19
cesaris et aliorum gentilium tyrannorum. Quod auctoritate divine pagine 20
licitum sit et gloriosum et publicos tyrannos occidere si tamen fidelitate
non sit tyranno obnoxius interfector aut alias iustitiam aut honestatem
amittat. Omnium tyrannorum finem esse miseram. et quod in eos deus
vindictam exercet. si manus cesset humana. et hoc in iuliano apostata. 21
et in multis aliis sacre scripture patet exemplis. De gedeone qui forma- 22
sus eos qui pro summo pontificatu non modo certant sed usurpative dubi-
tant convincunt. et quod tyrannus nichil quietum. Epicureos nunquam assequi 23
finem suum. Que via fidelissima sit ad sequendum quod epicurei appetunt 24
vel pollicent. Incipit prologus octavi libri secundum istum mo- 25
dum qui sic incipit.

Solent qui mare navigant
illis habere gratiam. et referre quorum beneficio pericu-
la evaserint attendunt ignes clamores excitant
exurgunt et signa quibus aliqua vorago turbo cari-
dis saxa latentia. tractus et tenacitas sirtium. a
navigantibus queant salubriter declinari. hic et
hiis qui ea munere demonstrant. quibus salus pro-

dicatur humana verissime gratia debetur commisso. et qui eam incredulis non rependit ingratus beneficii dignus est salutis dispendium sustinere. ¶ Nemo autem est qui salutem civis nesciat impediri. ea que communi commodo nata sunt ad singulorum publice ut esse. Vita siquidem humana quo in seculo procellosior est nec possunt vitari discrimina nisi suis detineantur iudiciis. Ad hanc nos operam publice utilitatis. et tue iussionis stimulis in(stiga)tor licet in me nichil agnoscam. quod attentionem provocet auditorum. ¶ Quoniam undique in nuntiis cui nec vita ad consciam nec ad doctrinam scientia nec opera suppetunt ad exemplum. Unde in me aptius conclamat ut taceam docentibus quam nec etiam virtutis preciosa laus est in ore peccatoris. ¶ Hoc hii soli faciunt quibus vicia placent invenientes in morte nemine venustante aut qui saluantur inuiti. Nam quibus bona placent. non a quo. sed quid dicatur attendunt. et contrariis dicenda dicta se pensantes gratum habent quicquid undecumque elicitum proficiat ad virtutem. ¶ Non ergo quis sed quid quia ne de causa scribam. diligens lector attendat et ubi maledicta invenerit sinceriis iudex. et nec iniurie nec odii nec alterius affectionis motu concussus testimonium de malo perhibeat. et ubi benedictio. non me cedat quod ibi promissum est si nimo ... mee gratis detrahitur. quamvis sis quas emendari vellem. si me tamen benignitatis tue favor correxerit. Cunctis autem capitulis parciar spe ro auctore deo. et caritate qua urgeor ad scribendum michi prestante fiduciam. quod labori meo gratia non decrit posterorum. Odio si quidem vel amore in partem alterutram presencium plerique indicia prolabuntur. ¶ Nichil equidem puto operi composito inseretur. quod non sit ratione vel precedentium scriptorum auctoritate fulcimentum in quibus tamen quid sequendum sit lectoris relinquetur arbitrio. ut procul a nomine meo faciam vicium. et notam mendacii. Sed hec hactenus. Sunt tamen in epicureorum castra. et quod ibi precepto sint comploratum in medium proferatur. Nam ad eorum sectam indubitanter pertinere noscuntur qui in omnibus proprie serviunt voluntati.

Quod gnatonica subest thrasonica. ne et despectum principalibus viris et sequela eorum secundum beatum Gregorium et quanta gloria nobilem habet ortum. Cap.

1 Ista ergo epicureorum familia insignis est thraso. et licet non continerit primus. aut omnium principuus habendus est. aut non in minimis inter primos. Ei namque licet ineptus sit. tota gnatonicorum factio famulatur. Et forte terentius ideo gnatonem introduxit. servum militis gloriosi ut eleganter innueret quod et inepta horum. et assertione morum subest gnatonica thrasonicae. Alterum tamen pendet ex altero. adeo quidem. ut invicem sine se non

possint. Nam et gnatonis opera inutilis est si non sit miles gloriosus
et forte tirsonis arrogancia conquiescit. si non eam fallacia gnatonis
exceperit. Comica forte contempnis eunuchum scilicet in eunucho fere omnem
vitam expressit. Et eo quidem elegancius omnibus arguit quos tantus
ficticias argumento sine lesione personarum macula denudavit. Si nobili-
orem queris auctorem multi precedent cenodoxie repressores. · Cenodoxia
Est autem cenodoxia ut patribus placuit gloria inanis. que mentem
inflat et auribus. et nichil aliud emolumenti de soliditate virtutis
mortalibus affert. Cum autem superbia sit tocius peccati inicium. hanc
de se primam sobolem gignit. Ab hac enim virulenta radice superbie · nota
septem principalia vicia oriuntur. que quidem principalia dicuntur. respectu
minorum que ex hiis velud ex capitibus multiplicata pullulant. Et quo
ut nomina figure fidelius teneantur qualiter hanc pestiferam arborem
beatissimus papa gregorius depingit in moralibus si vacat pau-
lisper attende. Primos ergo ramos huius plante sic distinguit ut
sit primus inanis gloria secundus invidia tercius ira tristicia quartus
avaricia quintus sextus ventris ingluvies luxuria septimus. Un-
de et salvator qui nos hiis superbie viciis captos doluit ad spiritualem
liberacionis prelium septiformis gracie spiritu plenus venit. Cum
vero viciorum v spiritualia sint duo carnalia. Unumquodque eorum tanta silva
cogitacionum intexitur ut non nisi de altero generetur. Habent quoque ramu-
sculos singuli de se procedentes tanta quidem amplitudine dila-
tatos. ut mundum fere totum in maligna partium suarum opacitate operiant.
Nam de inani gloria inobediencia iactancia ypocrisis contenciones · inanis gloria
pertinacie discordie et novitatum presumpciones oriuntur. De invidia · invidia
odium susurracio detraccio exultacio in adversis proximi afflictio
autem in prosperis nascitur. De ira rixe tumor mentis contumelie cla- · ira
mor indignacio blasphemie proferuntur. De tristicia malicia rancor · tristicia
pusillanimitas desperacio torpor circa precepta vagacio mentis erga
illicita producuntur. De avaricia prodicio fraus fallacia periuria in- · avaricia
quietudo violencie et contra misericordiam obduraciones cordis egrediuntur.
De ventris ingluvie inepta leticia scurrilitas inmundicia multilo- · ventris inglu
quium hebetudo sensus circa intelligenciam propagantur. De luxuria · luxuria
cecitas mentis inconsideracio inconstancia precipitacio amor sui
odium dei affectus presentis seculi horror autem vel desperacio futuri
generatur. Sed quomodo ab invicem principalia procedant idem doctor ex-
ponit. Prima namque superbie soboles dum oppressam mentem corruperit · superbia
mox invidiam gignit. quia nimirum dum [illegible] vani nominis pote-
ciam appetit ne quis alius hanc adipisci valeat intabescit. Invidia · invidia

quoque uicium generat quia quanto intus motus uiolentior animum sauciat
tanto etiam mansuetudo tranquillitatis amittitur. Et quia quando dolor
membra tangit, ideo etiam apposite actionis manus uelut grauius pres-
sa sentitur. Ex ira quoque tristicia oritur quia turbata mens quo inor-
dinate se concutit eo se addicendo mala confundit. Et cum dulcedine
tranquillitatis amiserit, nichil hanc nisi conturbatione subsequens me-
ror pascit. Tristicia quoque ad auariciam deriuatur quia dum confusum
cor bonum leticie in semet ipso intus amiserit unde consolari debeat
foris querit. Et tanto magis exteriora bona adipisci desiderat, quanto gau-
dium non habet ad quod ad intrinsecus recurrit. Et quidem singula eorum
sue pernicie afferunt fructum. Cum inanis gloria diu, inuidia proxi-
mum ira auferat et se ipsum. Tristicia solacium sit ignaua, auaricia dum per
exteriora uagatur. Edacitatis sue materiatur ieiunio. Ut uero inaciei
sue indigencia compleat prolabitur addens carnis uicia que seruiunt
singulis liquet. Quod de uentris ingluuie luxuria nascitur. Dum in ipsa
distributione membrorum uentri genitalia uideantur esse subnixa. Un-
de dum unum inordinate reficitur, aliud procul dubio ad contumelias co-
citatur. Et hoc quidem Gregorius, unus per gregorium spiritus sanctus. Ex quo co-
stat ei qui ad salutem tendit primam superbie sobolem extinguendam que
dum paululum subcreuerit cum uiciorum fruticibus de se ut predictum est
gignit. Nam et si sit apud aliquem quoque superbie nequaquam possibile est
ut sit sola. Si enim quempiam inanis gloria stimulat, necesse est
ut per abrupta uiciorum preceps uadat. Hoc est autem quod notabile censetur
uicium adeoque humane fragilitatis demulcet ingenium ut uix sit uel a
claris mentibus alienum. Nam et ortum nobilem habet, singulis descen-
dens processum nescit antequam a fastigio corruat quod optauit. Nam et de
se inuicem uicia oriuntur, at inanis gloria etiam in uirtute originis sue
figit radicem. Cuius enim quisque preterea pollet in eo nisi assit mode-
ratricis gracia facilius intumescit. Quod rarus est contemptor glorie

Uix tamen est et de tribus locis a quibus laudis materia trahi-
tur qui uane glorie et que sit laus uera que perfecta que ueniri et
non insistat et eam que ab hominibus est de moderatione largitionum.
non concupiscat laudem. Ad hanc alii uirtute alii uirtutis ymagine
alii nature aut fortune beneficio perficiuntur. Ex hiis enim tribus locis
placuit oratoribus laudis esse materiam. Nam ab animo aut corpore aut
extrinsecis peti debet. Porro animi bona aut corporis aut naturaliter insita sunt
aut studio comparata, aut temporalium et casualium accesserit. Et in hiis certi sunt
gradus pro dignitate eorum in quibus consistunt et a quibus petuntur. Ma-

minus si quid commendationis gratius est qui ab animi dote pervenit
Sedulus et medicus qui corporis valitudine approbat et venustate laus
idem quoque novissimus qui ex Boecium continet laudem Ut et apuleium
docuisse putamus vetuli Et laus quidem animi vera est. sepe quoque perfecta si
tamen ei tenacit ei tenacius bona que in ipso commendant inheserint
Adeo quod ut sint inseparabilia Certum est enim quia invito auferri
non possunt Alias quidem vera fortasse. sed perfecta esse non potest ¶ Corporis
autem veri similis est commendatio. sed perfecta nunquam Nam bona eius que
mit semper auferri invito Natura enim eius et debilitari potest ungit et
corrumpi. Adventiciorum vero perfunctoria gratia est. et nec veram nec perfectam
habet laudem ymo nec veri similem Sufficiat eis si vel probabilem inveniunt
Si quidem in utramque partem flectitur facile Et nisi possidentium inveniunt usu
non ad laudem sunt. quin adiutorium pro mora Nam divicie et potencia et gra
tia. cum plurimum virium dent in utramque partem certissimum faciunt experimentum
morum fit quod possessor alicuius. quidem melior mediumn pecior Ceterorum
opera ipsa mentis aut corporis et si simpliciter bona vel absolute mala sunt
Vituperationem medium aut laudem contrahunt pro arbitrio iudicantis Ver
et inter esse plurimum putat aristotiles ubi quisque laudet aut vituperet
Nam plurimum refert. qui sint audiencium mores que publice recepta
persuasio docet quod in rethoricis ut illa maxime que probant esse in eo quod
laudabitur. publice credant aut in eo contra quem dicitur ea. que omnes
aderunt erit quoque quotiens fieri potest singulorum docenda utilitas ¶ Id enim
competit omnes approbant. et si honestum aliud aliis videatur Studia lit
terarum. minus honoris merentur lacedomonie quam athenis forte plus
paciencia fortitudo Hiis rapto vivere honestum aliis cura cum legum
Frugalitas apud Sibaritas fortassis odio foret Ueteribus romanis sic
mmo luxuria tamen Eius quoque qui laudatur habenda est ratio. Ita
opibus necesse gratuita recte facta. laudem percipiant et pro ratione
personarum rebus plerorumque habeatur vel honesta vel turpis ¶ Si ergo vera
via .i. virtute aliquis laudem tenaliat sue laudis innititur fundamento
Si vero aliunde gloriam querit plane despicit. nec ad eam quam videtur
affectare pertinget At inter ipsa censentur gratie amplioris. que de liberali
tatis aut magnanimitatis fonte proveniunt Ea enim favore populari
clariori efferuntur. et videntur esse precipua que magis ardua sunt vel
que pluribus prosunt Illis tamen longe liberalitas antecellit. que et
animi indignationem mitigat. detrahencium linguas obtundit cohibet
etiam manus hostiles. et a facie hominum operit multitudinem peccatorum Ex
ergo linguas hominum aut captant aut metuunt. effundunt patrimonia
sua. mittunt in vulgus missilia que inania extruunt pusillis et maioribus

adulantur et plerumque porcorum potius agentes. qui homines in comessacio-
nibus et ebrietatibus instituunt mimos. et hystriones fovent nequis-
simas artes venerantur admittunt nebulones et maledicorum comparant
linguas ad implendam prodigalitatis sue maliciam. dum silencium eorum
aut virulenta dicacitas male vito donatur primo. Sunt qui in hiis ma-
xime et fere solum diviciarum imputant usum. si multiplicent ollas
tarium. comessaciones exerceant cottidianas. si nec modum ciborum nec
numerum noverint ginnaciorum nec aliquam habeant regende familie
racionem. ¶ Quam si forte videris tamen esse. forum commeatum credes
non prandentem aut cenantem turbam. Hoc tamen apud ditissimos. licet
et manus inferior nisus pro modulo suo sepatenus vestigia imitetur.
Unusquisque enim fame petitor est vires suas extendit et non quid possit
sed quid aliis placeat attendit. et illud festinat implere. Tu esto. ut ad
famam potius quam ad conscienciam quis liberalitatem exerceat. quia nulli vir-
tuti precludenda est via. mimos tamen et professiones obscenas fo-
vere beneficiis illicitum est. et infame. ¶ Refert Valerius quod civitas Mas-
siliensis tante gravitatis custos extitit. ut nullum aditum mimis
daret in scena quorum argumenta maiore ex parte stuprorum continet ac-
tus ne talia spectandi consuetudo etiam imitandi licenciam faceret. Nu-
quid ergo honestum est illos exspectans vino et cibis audiri scena qu-
nec agentibus audiebant in scena. Lacedemonii libros Archilochi e
civitate sua exportari iusserunt. quod eorum parum verecundam ac
pudicam lectionem arbitrabantur. Noluerunt enim ea liberorum suorum
animos imbui. ne plus moribus noceret. quam ingeniis prodesset.
Itaque maximum poetam aut certe summo proximum. quia domum sibi
invisam obscenis maledictis laceraverat carminum. exilio multaverunt
¶ Simili fere sentencia condempnata est lascivia carminum in nacione
Quicquid lascivium audiri impudicus. quod iemna sobrietas non audiebat
audire. Eadem civitas omnibus qui per aliquam religionis simulacionem
alimenta inhercie querebant. clausas habebant portas mendacem et
fucosam superstitionem submovendam esse existimans. Hii tamen qui super-
sticionis sibi conscii sunt precipuam partem venditant apud eos. qui
laudis amore mercantur. ¶ Porro sicut avarum a largo ita et prodigum
quadam contrarietate differre censuerunt. Unde duo minus estimati
sunt. esse contraria. quantitate alterum. alterum qualitate. Et quidem ma-
gnanimitati timiditas adversatur. qualitate mali dum audenda metuit
et audacia quantitate. dum plusquam audenda presumit. Prodigalitas ita con-

gunda profundit in eas res que nulla sunt omnino aut breuem habitu
re memoriam. Hanc aut effusionem auctore tercio quendam esse dic
tus est theofrastus in libro quem de diuitiis scripsit in quo multa precla
re illud absurde. quod multus in laudanda magnificencia et apparatione po
pularium munerum taliumque sumptuum facultatem fructum diuiciarum putat. Quan
to aristotiles grauius et uerius. hanc pecuniarum reprehendit effusiones
presertim. cum nec necessitati subueniant. nec augeant dignitatem. ipsa
que illa delectatio. delinite multitudinis ad breue exiguumque tempus
sit. eaque aleuissimo quoque in quo tamen quoque moritur voluptatis
Bene etiam colligit hoc pueris et mulierculis et seruis et seruorum simi
limis liberis gratum esse grauium uero hominum. et ea que fiunt. certo iudicio
ponderancium. nullo modo posse probari Valerius maximus. sed et tercio
refert. quod in allexandro. qui largicione beniuolenciam macedonum sectaba
hanc profusionem pecunie philippus arguerit. et epistola quidem uerba sunt
hec Quod te malum racionis in istam spem induxit. ut eos tibi fide
les putes quos pecunia corrupisses An tu ideo agis ut macedones
non te regem suum sed ministrum et prebitorem putent Munda Cum quidem
regi sordidum esse. non ambigitur et corruptelam. quia largicionem potius
dicit ffit enim deterior qui accipit ad idem semper expectandum paracior
Quid aut est stulcius quam quod facias libenter curare. ut id diutius facere
non possis largiciones inmoderatas rapine sequentur Cum enim da
do egere ceperis bonis alienis manus cogeris inferre Itaque cum beniuo
lencie comparande causa sis prodigus utique tanta studia assequeris. eorum
quibus dederis quanta eorum studia odia quibus ademeris Quare obseruan
nec ita claudenda est res familiaris ut eam benignitas aperire non pos
sit nec ita reseranda ut omnibus pateat. sed utrumque modus adhibeatur
isque referatur ad facultates Et quidem eleganter siue philippus. siue alius
popularis huius profusionis inmoderanciam cohibuit. quo quidem glo
riam uidetur afferre. sed more meretricio cum res defecerit euanescit
Nam gratie quam non uirtus sed fortuna conciliat amor meretricius uetustissi
me comparatur Quod omnis professio suos histriones habet. et de per
sonis. qui ad similitudinem eunuchi terenciani sunt apud maiores glo
riantes et quod uana gloria meretricis more loculos sequitur Capitulum

Est ut diximus in qualibet professione inuenire militem gloriosum qui 3
ab exquisitis et muneribus suam thaidem .i. nomen celebre et quasi
fame graciam captat Sed ei nec gnato. ut decipiat. nec phedria. qui
laudem suppleat. nec qui dona corrupiat adolescens. aut seruus parmeno
qui desipientem rideat. deest apud eunuchum comici. audi gnathonem

et ante ipsum in familia gnathonem videas diligenter attende ¶ Est inquit
genus hominum qui esse primos se omnium rerum volunt nec sunt. hos con
sector hisce ergo ego non conparo me ut rideant. sed hiis ultro arrideo. et
eorum ingenia admiror simul siquid dicunt laudo id rursum si negant lau
do id quoque negat quis nego ait aio postremo imperavi ego met michi
omnia assentari is questus nunc est multo uberrimus Talem ne vidisti a
liubi Immo nec quempiam illorum qui felices esse videntur sine huius modi
maniaphio agnovisti. addo quod strenuum hominem ubique reperies. qui homines ex
stultis ut ait parmeno prorsus insanos facit Unde et quod sequitur de se traso
Istud inquit est datum profecto. ut grata michi sint que facio omnia Vel
rex semper maximas michi agebat gratias quicquid fecerram Aliis non ita
Ahe semper habebat in oculis omnium credebat consilia. et ubi eum
satietas fori hominum. aut negotii si quando odium ceperat. requiescere
ubi volebat ut illam exspueret miseriam ex animo. tamen me conviva
solum adducebat sibi Invidere omnes michi mordere clanculum ego flo
pendam Illi invidere misere ego alias palam reprehendebam alios mor
daciter videbam ut risu emorerentur. omnes qui aderant Denique metue
bant omnes iam me Profecto magnus est hic in oculis suis. et non est
ei similis in tota comedia Dignus est ergo qui intromittatur ad thaide
exclusso phedria. qui nec non minus insanit Dolet exclusus a sua. dici
tabiro ut recedat amoretrice. bonoque sic animo quia sic ad ignem accesse
rit. calesceret plus satis nec patiatur contumelias meretricum. que una
falsa lacrimula. quam oculos invite terendo vix vi expresserint restin
guent amantis bilem. et ultro accusantes id agent ut ultimum supplicium
prestet ¶ Nam sapienter amare nemo facilius potest quam ratione in
sanire Hic ergo phedrie. et thaidis. ea condicione mihi est ubi hoc. ut quod
non audierit taceat. et contineat optime Si falsum aut vanum aut fictum
continuo palam effundit rimarum est. hac atque illac efflunt Utrum arguit
videtur utrorumque quod alterum fallere alterum videt irrevocabiliter insanire At
ergo exclusus et gemens pre dolore O thais utinam michi esset pars equa
amoris tecum. at pariter fieret ut aut hoc tibi doleret. aut ego istuc abs te factum
nihil penderem nichil penderem Thais ad hec Ne crucia te obsecro anime mi
phedria non pol quo quemquam plus amem. aut plus diligam eo feci. sed ita
erat res faciendum fuit Plane credo inquit parmeno misera pre amore exclu
sit hunc foras Quid multa Id agit fallacia meretricis ut unus amanti
um alteri priores partes cedat per aliquot dies. dum deterius rebus avus
sis emungatur ad usus eius chaos est eum gerendus thaidi. que profusiores

et prodigiores admittit intuitum quid donare queant aut mittere competenti
deliberent ¶ Nam potissimus est apud eam qui novissima mittit. Ubi
vero priorem cum reperit. rediit alter compendio quod priore delegat ei. mestam
doloris sui provinciam. Insanit ergo miles. et in impetu doloris potius vel
moriendum esse decrevit. quam ipse contumeliam. tam insignem acceptat
familiam annotat. disponit bellum. et prostibulum collectis viribus oppug-
nare decrevit progreditur mente. et ore involvit minas. loquitur grandia
minus virtus fervet. Sed cum ad conflictum accedit memor amoris pristini
preceptum recolit militare. quo comici contulit sapientis liquet. quia omnia pri-
us experiri quam armis sapientem decet ¶ Thaidem ergo suam compacto sic
convenit more non viribus agens. Primum thais hoc michi responde. cum
tibi do istam virginem dixti hos dies michi soli dare te. Thais quid tum
postea. Concede. videtur quod non negat. Thraso. At michi ante oculos coram
amatorem adduxti tuum. Et illa quid cum eo litigas. Et re quia amice pa
tronus. vel illa vivere cum rivali licitum est. Cum eo inquit te michi
clam subduxisti. et illa libuit inquit libuit inquit. Pamphilam ergo red-
de huc nisi mavis eripi. Equum et iustum videtur petere cum repeti possit
quod ob causam datum est si ea secuta non fuit ¶ Quid multa. Ad clamo-
rem meretricis cantitrices. conmicanesque conveniunt turba fit. conciatur
miles petenti viribus et mire resistitur. denuntiatur quod furcifero omni in copiis
simo ut linguam manus continuat. quia si quippiam turbe fecerit aut
moliminis sibi loci dici certius quod memoria in irrisione signorum promittitur
iniuriam pretendenda. interrogante se thais iubet qui videat sibi miles. opera
et re perdita cogitur redire inglorius. et hunc fructum reportat miseri ama-
tores. eo tamen addito quod aliis rebus quas illi perdiderunt abutitur et quo
magis doleant qui eas meretrici subripuit. sibi successisse non putat
nisi stultiam et infortunia amancium precaventur. et publicet ¶ Audi Che-
ream adultum date pamphile corruptorem quid meretrice decepta loquatur
egrediens. Numquid hic est. Nemo est. Numquid hic me sequitur. Nemo ho-
mo est. Iam ne erumpere hoc licet michi gaudium. Iupiter nunc est. Profecto inter-
fici cum me possum pati. Ne hoc gaudium contaminet vita egritudine aliqua.
Sed neminem hic curiosum intervenire nunc michi qui me sequatur quoque in
rogitando obtundat enicet. quid gestiam aut quid letus sim quo
pergam. Unde emergam. ubi siem vestitum hunc nactus quid michi queream.
sanus sim an insaniam. Interrogatus hec omnia nimio ego inquit te obse-
cro Antipho. ut audias omnia. Audias diem festum. Iocundum eventum
fraude fortunam. in cunctis omnibus hystoriarum memorandam. et sui quoque
furoris subtexuit dolos ¶ In summa totius argumenti. eo ad ...

sua licet arbitror posse referri. ut constet pro certo quia amicicie prostitute
fides haberi non debet. Nam que venit a sinceritate animi fidelis certa
et fixa est que aborta vel lucelli fluida incerta erronea et deficiente mate-
ria evanescit. Cum fortuna manet vultum servatis amici. cum cecidit tur-
pi vertitis ora fuga. Venus enim res. que in commercium venit. ab uno tran-
sit ad alium. et ditiore et audaciore conductum emptorem. In foro isto
nichil iniquius est. quo rem semel emisse non proderit nisi semper ematur
et ubicumque rem ab alio venditam et vendicat nisi et ipsi de precio satisfi-
at. Talis enim popularem favorem vendidit. Si publice habendus est
ematur ab omnibus. Singulis enim non licet publica distrahere. Singulis
quoque consuetudinem venit. quia in tanta largicio non habet fundum. Si
certa quem popularis favor ad summum extulit. si forte largicionis merce
emptam celebritatem corrigit continuo eius affectum honore spoliatum et
alterna fama. et quamvis fraude minus fida. a contempto honoris gradu dicit
despuit et repellit. Insultat venalis fabricus conceptor exultat grato mox
subiciunt dum tamen spes est aut silet animo. si desperat et ad alios
transit quia et consilium est semper felicioribus adherere. Quod nullum munere

Hec tamen penitus avaricia nec avarum posse qui suspectus est ava-
et si pro ricie et de duplici fonte liberalitatis et ut sit pavor et de consilio
dignitatis videatur in culpa locum arbitror avaricie relinquendum. Nullum et
detestabilius prestigium in hiis qui principatum aut magistratum aliquem gallia
in re publica gerunt. Non enim res ipsa. sed etiam opinio eius vitanda
est et omnino impossibile est ut fidelis videatur alicui aut amore dig-
nus qui commune apud graves et circumspectos viros avaricie suspici-
onem incurrit. Cum vero laus et favor humanus quasi a duplici fonte
proveniant ope scilicet et pecunie facilior est hec prestitum locupleti. Sed
illa clarior et splendidior et dignior viro forti et claro. Nam qui vir-
tutis opera et industria liberales erunt quo pluribus profuerint. eo
plures ad benefaciendum habebunt adiutores. Deinde benefaciendi consue-
tudine paratiores erunt. et tamquam exercitatiores. ad bene de multis pro-
merendum. Si tamen archa suppetet nichil gloriosius est ea liberalitate
que consistit in donis. maxime cum et Socrates ut dicitur interroga-
tus quenam esset substancia beatitudinis dignius donare respondit.
Ego quidem Socraticam diffinitionem sic interpretandam arbitror ut dig-
nitas in accipiente dignitate vicitate credatur esse vel meritis. Illis
enim qui promeruerunt donare iustum est. et eis qui indigent. sub-
venire pium. ita tamen ut id respiciat in singulis quam sapiencie sancte
sapientis. sine rubore et nota valeat denudari. Sed siquidem imitari

debemus eum qui solum solem suum facit oriri super bonos et malos
et pluit super iustos et iniustos. Si cum paupere hystrione videamus
aut mimum non debemus utique fovere maliciam sed correpta et si fieri potest
emendata fraterne caritatis more oportet sustentari naturam. ¶ Expedit
quandoque omnipotentie tribuere vel effectum mentis vel solacium caritatis. Inter
dum tamen meretrice peiorem pigriorem meretricem vel hystrionem confundere
salubrius est quam quod exigunt elargiri. Quid moror. Quicquid caritas
exigit remuneratur a domino. Quod dispensat caritas cui nec sit iniquito
consilio saluberrimum exemplum nec sine parvo ipsius fructu liberalitas re
ferente valerio adnotata est. quia catheline furore ita consternata re
publica ut ne a locupletibus quidem debite pecunie propter tumultum precia
possessionum diminuta solvi creditoribus possent, cum centies atque
quinquagies sestertii summam in fenore haberet neque de sorte quemquam de
bitorum suorum neque de usura a suis passus est conveniri quantumque in ipso
fuit amaritudinem publice confusionis privata tranquillitate mitigavit
oportune munifice quod testatus se nummorum suorum non civilis san
guinis esse feneratorem. ¶ Nam qui nunc precipue negociatione delec
tantur cum pecuniam domum cruentatam retulerunt quam improbando
exultant gaudio cognoscant si diligenter senatus consultum quo Con
sidio gratie acte sunt legere non fastidierint. Subnectit hunc agrigen
tinum Gilliam quem propemodum ipsius liberalitatis precordia constat habuis
se. Erat opibus excellens sed multo etiam animo quam divitiis locuple
tior. Semper quod in erogando potius quam in corripienda pecunia occupatus
Adeo ut domus eius quasi quedam munificentie officina crederetur.
Illic enim publicis usibus apta monumenta construebantur illinc grata
publicis oculis spectacula edebantur illinc epularum magnificis apparatibus
labentique annone subsidia orebantur Et cum hec universis privatim
alimenta inopia laborantibus dotes virginibus paupertate pressis sub
sidia detrimentorum incursu quassatis solacia erogabant. Hospites quoque
cum urbanis penatibus tum etiam rusticis tectis benignissime excep
ti variis muneribus ornati dimittebantur. ¶ Quodam vero tempore quin
gentos simul Gelensium equites vi tempestatis in possessiones su
as compulsos aluit ac vestivit. Quid multa. Non mortalem aliquem
sed propicie fortune benignum esse diceres sinum. Ergo quod Gillias possidebat
omnium quasi quoddam commune patrimonium erat. pro cuius salute et incrementis
tum Agrigentina civitas tum etiam vicine regiones votis excubabant.
Collocato ex contraria parte archas in exorabilibus claustris observa
tas nummorum prestanciorem aliquanto constitues illam impensam. quam hanc

custodiam Denique quicquid sapientia disponit approbat quod temeritas
presumit vero laudis fructum nequaquam assequitur De duobus naturalibus
affectibus scilicet amore sui et amore commodi. et de sequela eorum. amo
re filie libertatis. et amore dominandi et de temptatione Cesaris et Ca
tonis de Alexandro Aristotile Augusto. et Platone et hys qui via de
7 Duos quidem affectus in homine ꝯtitis via ad gloriam pergunt Capitulum
se sacre scripture designat auctoritas appetitum scilicet sui. et co
modi appetitum Quorum alter in voluntate. alter in necessitate consistit
et quanto appetitus sui. qui in voluntate est amplius crescit. tanto
melior est. et dignus beatitudine ampliore Nam minus velle quam iustum
est nemo potest nisi forte quis querat esse iustus minus aut levius Por
ro si appetitus commodi in censuram necessitatis excedat. vergit ad culpam et
cupiditatis constitutus sibi viciorum parit originem Alter ergo istorum qui
militat caritati querit que dei sunt alter in propria utilitate versatur post
ponens que dei sunt. aut proximorum Ab hoc duplici fonte mores oriuntur
Recti quidem. si faciat quis alii quod sibi vult fieri. et ab eo abstineat alii in
ferendo. quod nollet ab alio irrogari Distorti vero. si quis alium ledat vel non
prosit. cum possit que quidem utrumque multiplicatur simul. a primordio quidem
amor libertatis amore patrie et tandem contrariorum amor Nam libertatem
non amare non potest qui se ipsum et patriam amat. et in gradu suo con
civem quemque sincera caritate diligit proximum Et quidem in eo consistit
caritas ordinata Ab altero vero cupiditas dominationis procedit et laudis et glorie
inanis et adeo invaluit ut in opinione multorum rebus tamen parum considerate quam
maximis virtutibus connumeretur Nam qui rectum sapiunt hoc viciis maiori
bus aggregant licet ei ambiciosi qui tamen sapientum consentiunt nomine
virtutes subesse videantur Unde et veteres sub esse videantur Primumque Ro
manum prout eorum dicit et emendat hystoria laudis avidi pecunie liberi
les erant Ingentem gloriam appetebant divitiis spretis et honestatem u
tilitati quamlibet preferebat. hanc quidem gloriam ardentissime dilexerunt
eo totam referentes vitam. et mortem Ceteras cupiditates huius unius in
gente cupiditate presserunt ipsam denique patriam suam. quia servire
videbatur inglorium dominari vero atque imperare gloriosum. prius omni stu
dio liberam deinde dominam esse concupiverunt Prius cum pro liberalitate de
inde pro dominio certatum est Fuerunt tamen quibus iusticia quantum gen
tili dabatur sufficiebat cupiditate deducta Aliis nichil satis erat. sed sub
ymagine magnanimitatis vel impossibilia presumentes laudem maxima
consequebantur et gloriam Longe igitur virtus Cathonis veritati videtur pro
pinquior fuisse quam Cesaris Quod ex ipsa sententia eius facillime liquet

Decimus liber.

Nolite inquit existimare maiores nostros armis rem publicam ex par-
va magnam fecisse. Si ita esset multo pulcherrimam eam nos haberemus.
Nunc quippe sociorum atque civium, preterea armorum et equorum maior copia
nobis quam illis est. Sed alia fuere que illos magnos fecerunt, que
nobis nulla sunt. Domi industria, foris iustum imperium, animus in
consulendo liber neque delicto neque libidini obnoxius. Pro hiis nos habe-
mus luxuriam atque avariciam, rei publice egestatem, privatim opulenciam.
Laudamus divicias, sequimur inerciam. Inter bonos et malos discri-
men nullum. Omnia virtutis premia ambicio possidet. Neque mirum ubi
vos separatim sibi quisque consilia capitis, ubi domi voluptatibus, hic pe-
cunie aut gracie servitis. Eo fit ut impetus fiat in vacuam rem publi-
cam. Paucorum igitur virtus ad gloriam honorem imperium vera via, id est ipsa
virtute nitencium, etiam a Catone laudata est. Hinc erat domi industria
quam commemorat Cato, ut erarium esset opulentum, tenues res private.
Unde corruptis moribus vicium e contrario posuit, publice egestatem,
privatim opulenciam. Ipse Tullius hoc dissimulare non potuit in eis-
dem libris quos de re publica scripsit, ubi loquitur de instituendo prin-
cipe civitatis, quem dicit alendum esse gloria. Et consequenter commemorat
maiores suos multa mira atque preclara glorie cupiditate fecisse. Huic
ergo vicio non solum non resistebant, verum etiam id excitandum et ac-
cendendum esse censebant, putantes hoc rei publice expedire. In
libris quoque philosophie idem Tullius hanc intulit universalem generalemque sen-
tenciam: honos alit artes, et gloria accenduntur omnes ad studia, iacent-
que ea semper que apud quosque improbantur. Huic igitur cupiditati melius
est resistere sine dubitacione quam cedere. Ut enim ait beatus Augustinus
in libro De civitate dei: tanto quisque est deo similior quanto et ab hac
inmundicia mundior. Que in hac vita et si non funditus eradicatur, quoniam
de animis bene et proficientibus animos temptare non cessat, saltem
cupiditas glorie superetur dileccione iusticie. Nam satis videt qui et
amorem laudis vicium esse cognoscit. Nec solus id Augustinus, sed etiam gen-
tilium sentencia est gloriam haud nichil aliud esse quam ventosi quodam-
modo spiritus tumorem fumo simillimum. Non et fumus oculorum obtundit
aciem, et quo magis extollitur amplius solvitur. Cum enim ad excelsa
pervenerit, evanescit. Certe quid est quod a primario totius vanitatis tra-
xit originem. Nimis sunt decepti amore qui dum nubes et inania
captant. Et nescio quid nam solidum apprehendere moliuntur, oblivis-
cuntur sui, cum tamen nichil aliud quam se oculis contueantur iniquis. No-
lunt enim apprehendere quod sunt et illud ad emendacionem veri iudicio

intueri sed fantasticis dumtaxat inanes opinionis sectantur umbras
Si quid alios superant pre se et aspirant ad impossibilia decepti verum
presumentes ymaginem Sicut narcissus in fabulis dum vanam sui ymaginem
capitur abiit in florem. et dum seipsum imprudenter appetit flos sine
fructu puelli evanescit ¶ Philosophorum quoque sunt opinio et eorum qui in
veteri philosophia pre ceteris floruerunt alexandrum aristotile a numinibus esse
progenitos eo quod in omnibus superiorem querebant gloriam Platonem quoque
propter divinam quodammodo qua eminuit sapientiam et Augustum propter po
tentiam fortunamque et tranquillitatem a diis traxisse originem tradiderunt
Et quidem in contrarium veteres collegissent eos aut divini non esse gene
ris aut deorum filios esse degeneres quia nisi dii gentium demonia sint
et incubi demones vanitatis et malicie sue certa indicia. si que tamen
gignunt relinquunt in sobolem ¶ Nam et verus dei filius deus
homo superiorem non querit gloriam in omnibus que gloriose fiunt ab eo sed
patris eoque illustratur gloria ampliori. quod ad eum ex quo sunt omnia bo
norum operum gloriam refert. sic et vere sapiens omnis vere potens
et vere bonus ad unicum bonorum omnium fontem sua omnia laudabilia
refert summam scilicet creatricem et individuam trinitatem Alexandri
pectus laudis insatiabile. qui anaxarcho comiti suo ex auctoritate
democriti preceptoris. in innumerabiles mundos esse referenti Heu me
inquit miserum quod nec uno quidem adhuc potitus sum Plane miser
dignus quod miseria. cuius virtutes omnes absorbuerat laudis insacia
ta et insatiabilis fames ¶ Insultant ei tragedie antiquorum. eo quod
augusta homini possessio fuit. que deorum cuique domiciliis suffecit Sed in
licet appetitus glorie. semper videatur in culpa. enormior eorum prima fiore
vel qui sceleribus in dedecore magni dixerunt Pausanias cum hermo
clea percunctatus esset. quo nam modo subito clarus posset evadere
atque is respondisset si occidisset aliquem virum illustrem futurum ut glo
riam eius ipsi redundaret. continuo philippum interemit et quidem
quod petierat assecutus est Nam et se parricidio notum posteris red
didit et celebri supplicio patibulo cum affixus est corona aurea qui
mortalis que et olimpias dicta capiti eius pendentis imposuit. vel
lum dante solacium in vindictam tori pudicitie per iniuriam prostitute
Philippo non puniente sed deridente iniuriam. potest auctore trogo
aliquatenus crimen sacrilegii comparari Inventus est qui diane ephe
sine templum vellet incendere. ut pulcherrimo opere consumpto. nomen eius.
per totum terrarum orbem diffunderetur furoreque suum detexit impositus

cultos. et nisi Theopompi magne facundie ingenium cum suis comprehe-
hendisset hystoriis bene consuluerit Ephesii decreto communi statuentes
ut tetterimi hominis memoria aboleretur silencio. Cumulo quidem videntur
gloriam affectasse. Unus maiori infamia qui non Ephesine Diane templum
vel gloriosis moribus concidendum sed templum spiritus sancti homines totos
animas scilicet et corpora ut per hoc hominibus innotescant luxurie vastant in-
cendiis. Nam ab eo laudem appetunt et plerique affectant honorem unde
equius fuerit ignominiam sustinere et penam. De luxuria et libidine et
quinque portis mortis introitu. et quorum sensuum sit voluptas pernicio-
sior et triplici genere conviviorum secundum Portunianum. et pernicie gule
et de convivio Didonis et Evandri apud Virgilium. Capitulum vi. Sequitur
Eo autem iam sermo processit ut aut virtutem aut publicam fere 6
opinionem oporteat impugnari. Imminet enim iam colluctatio ad-
versus carnem et sanguinem et fortes videmur liberalitati precludere. et io-
cunditate auferre dementia cum gemine vias luxurie epicureis reclaman-
tibus coarctamus. Est enim blandum ut ait Valerius luxuria malum quod
accusare aliquanto facilius est quam vitare. Nam et volumen quod Ezechiel
vorare precipitur scriptum in ore quidem dulce fit ut mel. sed amaritat
ventrem cum ipsa dulcedo librorum digerenda est in usum operum est autem
libido cognata. et comitatur luxurie. cuius sequela in miseriam finis in-
dubitatus confusio est. Precedat ergo simone que origine. et tempore prior
est licet autem per quinque sensuum portas lenocinia luporum eque introeant
voluptas animum ad immunditiam magis videtur attrahere. et que ex gestu
vel tactu provenit sordidior est. et olfaciendi. et videndi delectatio me-
dium locum tenet. Nam nec satis interdum habet munditie nec ad sor-
des precipitatissimas usque proslabitur. Si quidem mors per oculorum fenestras
ingreditur. cum quispiam delectatur circensium certamine athletarum
hystrionum mobilitate mulierum formis splendore gemmarum vestium me-
tallorum aliorumque quibus libertas anime captivatur. Rursus si audi-
tus variis organorum cantu vocumque flexionibus mulcetur ad carmi-
na poetarum comediarum. et tragediorum actus mimorum urbanitatis et stro-
phas et quecumque huiusmodi per aurem incedit virilitate mentis effemi-
nat. Odoris autem suavitas. et diversa thimiamata. et amomum mus-
tus peregrini muris pellicula. que dissolutis moribus faciant. nemo nisi
dissolutus negat. Nam peregrinos odores non nisi dissolutis et ama-
toribus convenire comicus et satiricus docent. Porro ciborum aviditas
avaritie mater est. et animum quasi quibusdam compedibus degrava-
tum tenet intricatum. Ergo propter hirene gule voluptatem terre lustrantur
et maria. et ut mulsum vinum preciosius quam albus fauces perturbat. toti-
us vite opere desudatur. Ipsi quoque nunc vestium et si indolent impetrata saledati

ruunt et complanauerunt equata solo nabuzardan cocorum principe impellen
te. Tactus autem aliorum corporum et feminarum ardentior appetitus uitium
insanie est. Quid quod sensus quilibet molliatur ludus ac iocus. Phillis
que affert ut illos conuiui utar. Phillis que affert hymnis ut uolucres licet
cum capimus nostrum gestum emulari. solliciti sumus. et completa uo
luptate. perpendam penitudine uiuimus attendimus quoniam quod fecit cum
fecerimus neruum penitentiam. Ergo cum philosophus portas quas quidam cu
nei prouulgatorum ad artem nostre mentis intrauerint ut ait beatus Ieronimus
ubi erat libertas. ubi fortitudo eius ubi de deo cogitatio maxime cum
recordatio tactus depingat sibi etiam preteritas uoluptates. et reme
moratione uiciorum cogat animam compati et quoddam committere quod non agit
Forte hinc est quod cum apostolus uiciis omnibus censuerit reluctandum aduersus
fornicationem non agressionem. sed fugam indicens. Fugite inquit fornicatio
nem. hanc fere dum committitur deus in memor est. et preterita dum ad memo
riam redit pestiferas excitat uoluptates. Ut decretis tradam quos
simplicitas egit inculpam. philosophus acutissimus. et litteratissimus Christi
anus et feruentissimus in fide Origenes. sicut ecclesiastica refert hystoria
se ipsum castrauit fornicationem efficacissime fugiens. ymo et omnem que
fugi posset preteriens suspicionem. ut exinde sine nota cum virginibus
habitaret. Quod autem mirabilius est leguntur quidam philosophorum sibi et nota
oculos effodisse. ne decoris illecebris caperentur. Usque adeo amandi boni
et honesti feruebant zelo. et si recte forsan non fecerint. Notum est. et
satis dignum Aristotelis dictum. quo uoluptatum uicia obliuioni man
danda asserunt. et solos sepius recordandos confessas cum penitencie
quod plenas. quo minus eas inde repetant. Subicit animus. et quod in eis ro
tundum est. ne uideant iubet abscondi. Dicat apostolus quod uoluit quia
fornicationem fugere. et gule finire. aut omnino impossibile aut diffi
cillimum est. Nam et illa pars gule que corporis uires adiuuat nequaquam
methie expers est. Venerem bacchus plerosque plerumque expugnat et
tamen in patello uoluptatis. nemine reclamante conueniunt. Si bacchus
abstinuerit. uenerem non uoluptate contingunt. Aut nulla ebrietas si
qua est inter utramque noxie. Utrolibet adeo receditur sed qua magis al
liceretur non facile dixerim. Sed iam alterum cuiuis nomine non tempe
qua auaricie preuellit notam. et ingenue liberalitatis habere uidetur y
maginem. Cum enim liberalitatis effectus et nunc a loco. nunc a tempore
nunc a quantitate. nunc a personis nunc ab usu et assiduitate contendit laudem
illa precipue commendabilis creditur que in alimentis et hiis quibus
natura indiget. aut uita ciuilis ornatur clarius contestit. Ergo
qui omnes admittit ad mensam. exactissime liberalitatis est plane quidem
eo quod liberalior. quo plus plures admittit. Sed hoc calculo parcissimi

colliguntur. Proximum est qui et si non omnes admittat · eos quos intro-
ducit sic cibat sic potat sic in ferculis et locis distribuendo in
sedilibus ut nichil vel concupitari lanceis possit. Multa plicantur fercula
ciba alii aliis farciuntur condiuntur. Hec illis in iniuriam nature in natu-
velutque et alienum coguntur afferre saporem. Conficiuntur et salsamen-
ta. Parvulo nichil vilius est nisi complurium polliceatur effectus et indicia
specierum. Egregium tamen est hunc quam mimis et hystrionibus et vi-
lingeculi placet. Hec enim non ad utilitatem · sed ad opinionem omnia fiunt
Cocorum sollicitudo fervet arte multiplici eliciuntur unum quid quo die ge-
ri oporteat et cottidianus ministrari conviviis domesticus dictator · hoc
te dieque deliberat · Undecumque conquirit irritamenta gule et unde
palati morbus contritum hebetati · nichil arbitrans expeditum · nisi cum inte-
perancie fuit satisfactum. Sunt et qui poculis fercula subruant · eo quod
homerici auctoritate decepti · incentivum ingenii · et fomitem virtutis et
quedam hilaritatis fautorem opinantur · si sic animo inerte sicca ve plus
vinum · plus merum ergo more conspergunt · et qui in commiscendis pocul-
promptior est potior iudicatur. Dici solet · quia aleator · quanto in arte
doctior tanto nequior · et plane qui bibacior est · alios malicia · et in-
gurgitate transcendit. Immolant isti apostatantes a salutari suos filios et
filias suas demoniis · et isti dum ingurgitatione vini aut sicere spiritus
desinunt contingunt scintillam racionis · se tractos in iudicio prostituunt
et bacchancium spiritu devovent quod nam possint familiarius ymolare
Ceteros sunt qui ista contempnant. Dum hi vulgarium · et ut ita dicam
plebeiorum conviviorum · videtur esse professio · siquidem alia philosophica · alia
civilia. Alia dicuntur esse plebeia. Iulius laudi plerumque ducatur · si sit
tua prodigas semel ut tam constituto tanto expaciens convivia impudens
mensas turicas alienas. Hoc quidem sepe prodigalitatis interdum
et avaricie nota est. Nam ut dici solet avarus tunc incipit mori
concedit. Potes videre quam plurimos · qui fere anno toto parsimonie stu-
dent · et ad purgandam avaricie labem · epulones convocant · et pa-
rasitos et collegium ingratorum · qui aliene nitore culine rapiuntur · et
quos magis honorare voluerint maioribus honoratis maiores pocu-
lis ingurgitant et distendunt. Et donec rapidam orexim contriciant
aliquid amicicie aut festivitati credunt esse subtractum. At hec
ab omni urbanitate adeo procul est ut barbariei vicii familiarius
sit quam inter civilis. Sed quod conviviorum civilium racio media est ut circa
sobrietatem exhilaret et insacietate opulencia crapulam vitet. Nam et
habundancius cibus et potus habet · et quasi copie eorum dispensant omnia
sic parat ut effundat sic effundit ut parcat · et quam habet penes se ra-
cionem non negligit quod sed ut ait Portunianus fides racionem non

curat impense. Nichil enim molestius est quam debitum persolui in convivio scilicet
videatur ad calculum. Unde non satis michi videntur esse civiles qui-
dam deliberalitate inepta gloriantur qui singulis noctibus cum servis
suis calculum ponunt. et quod effuderunt usu vel abusu diurno quasi noct-
urnis lacrimis deflent. ¶ Oboriuntur lites accedunt minae arguuntur aut
furti aut insipientiae servi. et quia res male administrata dicitur et tor-
quentur interdum. quaeque quod effundere iussi sunt refundere compelluntur et cito
fit turbantur omnes. dum dominus pecuniam quae elapsa sit suspiriis et dolo-
re prosequitur. Saepe etiam evenit ut qui ad requisita naturae ingressus
est ibidem quo verecundia humanum fugit aspectum. cum ministris gravissi-
mam simultatem habeat. ¶ Rectissime quidem. quia nullus locus
tractandis sordibus eis magis videtur accommodus. Hanc non quod sordi-
dum arguerim. si diligens pater familias id agit. ut ei ratio constet im-
pensae. si tamen hoc gradus. aut dignitas personae. non admittit. sed mo-
deratam rerum et bona mente usum. et sic quidem ut alius sit et alius
videatur nequaquam arbitror a sordibus alienum. Et quidem conviviorum
civilium teste Postumiano regula est ut hiis plurimum pro amore conde-
gentium liceat pro varietate hylari non polluta. ¶ Nam quinientibus sit
indicem gerit oportet ut licentia levior nequaquam in turpitudine luxuriae
prorumpat. Illa siquidem quasi omnium generum hostis teterrima et atrocissima
vitanda est. Dyogenes tyrannos et subversiones urbium bellaque vel hos-
tilia vel civilia non pro simplici victu olerum pomorumque. sed pro carnibus
et epularum deliciis asserit contingere. Rectius quidem bellorum hostilium vel
civilium matrem et altricem luxuriam quae non in sola gula placan-
da consistit posuisset. Sed totum intellexit in parte dum illam quae in cibo
et poti et venere et cultu splendido constat ad gulae speciem coartavit.
¶ Nam in hiis praecipue luxuria eminet et primos suos vocet quorum medi-
tatio et usque exercitium est ut epulentur cottidie splendide. Haec enim
intemperantia bonos mores subvertit et totius hominis saluti praeiudicat
et non cohercetur prius quam corporis fabricam solvit. ¶ Auctor est Ypo-
cras crassa et obesa corpora. cum crescendi modum impleverint necessariam
esse sanguinis demptionem. ut habeant unde rursus crescere possint.
Alioquin plenitudinis distente sacietatis in paralisim et pessima genera
morborum erumpit. Impossibile enim est in uno statu corporum manere
naturam sed motu suo crescere vel decrescere necesse est. et nisi crescendi ca-
pax sit animal omnino subsistere nequit. Ferunt et Galienum decime se-
dici abstinentiam loco efficacissime et saluberrime medicinalis curae in-
duxisse nec facile posse nisi corruptione naturae fieri morbus grav
ioribus subiacere. qui decima quaque die ab omni cibo abstinet aut simplicissi-
ma dieta tum sibi vitam. ¶ Sunt adhuc qui sextam feriam in ieiunio sine

cibo tum sic fugiat ut eo utatur minimus quam quod et religioni et incolumitati
sicut compositi loquuntur certissime serviunt. Refert Pompeius Trogus quod teterrimus
Sicilie tyrannus Dyonisius dum gule et ebrietati deditus esset oculorum
lumen amiserit. Nichil enim est quod terrore inducat caliginem magis ingluvie. quam
ut ait Portunianus ebrietas cibos terit sed oculos vorat. Galienus auctore
Ieronimo doctissimus in sequacibus Ypocratis. dicit in exhortatione medicine. Athletas
quorum vita et ars sagina est nec vivere posse nec diu esse sanos animasque
eorum ita nimio sanguine et adipibus quasi luto involutas. nichil tenue
nichil celeste. sed semper de carnibus et ructu cogitare et ventris ingluvie.
Legimus etiam quosdam morbo articulari et podagre humoribus laborantes
proscriptione bonorum ad simplicem mensam et pauperes cibos redactos convaluisse.
Caruerunt enim sollicitudine dispensande domus. et epularum largitate
que et corpus frangunt et animam. Contradictorationis appetitu ciborum. qui
consumpti. relinquunt penitenciam. Sperne voluptates. nocet empta dolore volup
tas. Et cum in amenissimo agro in morsum voluptuosorum hominem se crassissimum
pinguemque describeret. inspexit hys illius agrum pinguem et invidiam bene cultura
cute vestrum porcum. Sed et consultissimis vitanda sacietas est. Nichil enim ita
obruit animum ut plenus venter et conestuans et huc illucque se vertens
et vinctus vel instrepitus ventorum efflacione respirans. Quale illud ieiu
nium aut qualis refectio post ieiunium. cum pridianis epulis distendimur et
guttur nostrum mediatorium efficitur latrinarum. Dumque volumus prepropius in
edie fame. querere tantum voramus. quantum vix alterius diei nox digerat.
Itaque non tam ieiunium appellandum est quam crapula aut fetens et mo
lesta digestio. Et hec quidem Ieronimus. Et licet ieiunii faciat mentionem
etiam religione deducta frugalitatis maximas et saluberrimas commendat
utilitates. hoc autem eleganter et vere ait Portunianus. neminem tranqui
quimmari nisi quem sibi in cibo et potu frugalitatis et modestie prescribit
forma. In moderatio cibi et potus dispensatrice omnium afficiorum temperantia
abigit. Ea impellente fit homo ad audiendum tardus velox ad loquendum
et velox ad iram efficit ad libidinem pronus et ad queque flagicia preceps. Et
modestiam deserit ad plebeiam comminandi consuetudinem facillime prolabitur
atunile. Innuit hoc maxime Homerice professionis fidelissimus imitator
qui dum a rege Phenicum Ulixem exceptum recolit oceani naufragio
in cuiuuius didonis introduxit et Phenicum et afficiorum luxuriam in eo
tomninio eleganter expressit. Postquam prima quies epulis mensseque remo
te crateras magnos statuunt et vina coronant. fit strepitus tectis. voces
que per ampla volutant. atria dependent lichni laquearibus aureis incensi
et nocte flammis funalia vincunt. Hic regina gravem gemmis auroque po

poscit. impleuitque mero pateram. quam belus et omnes a belo soliti. tunc
facta silentia tectis. Iupiter hospitibus nam te dare iura loquuntur. hunc le
tum. tyriisque diem troiaque profectis esse velis. nostrosque huius meminisse
minores. Adsit letitie bachus dator et bona iuno. Et vos o cetum tyrii
celebrate faventes. Dixit et in mensam laticum libavit honorem. Primaque
libato. summo tenus attigit ore. Tum bitie dedit increpitans. ille impi
ger hausit spumantem pateram et pleno se proluit auro. post alii proceres
cithara crinitus iopas personat aurata. docuitque maximus athlas. un
hominum genus et pecudes. unde ymber et ignes. arcturum pliadas
que hyadas. geminosque triones. Quid tantum oceano properent se tinguere soles
hiberni. vel que tardis mora noctibus obstet. Ingeminant plausu tyrii
troesque sequuntur. vario et vario noctem sermone trahebat. Infelix dido
longumque bibebat amorem. Vides ne delicati instituta quivis processu
et ordinem superflua siquidem precessisse et luxuriam epularum gravem fuisse
indicat quod premissum sit. Postquam prima quies epulis que alibi prioris
mense sobrietate notans et que solis nitiis gaudet ait postquam exem
pta fames epulis. Dum quia talibus homines efficiat tacitos potus loqua
ces strepitum et cetera luxus insignia que dehonestia bibendi proveniunt
prudenter adiunxit. In ipsa quoque agapetarum consuetudine planum est
insinuare superstitionem. qua nimium palliatatur gravitas. et quasi religiosis
parabolis imitatur quam luxoriam. et in iudicia perys montibus inimica pro
cul abigitur. Ei quidem ut deus sobrius non est aut ei ebrietas displi
cet. Sine mensura bibitur ad mensuram. Et is ceteris prevalet. qui aut gula
aut dolo strauit aut vicit compotatores. Iuvenes illic. qui nestoris ebi
bat annos. quamvis sit pertalares facta sibilla senex. Potus quidem animi acrius
redimunt soluat mentes quare tam letitiam dissimulare non potest. Prorumpit
in canticum. et ab eis ad libidinem urget. Cithara crinitus iopas. non stultici
nam vel bucolicam personat amatorum. Sed ea que consiliis convenientis venustate
decerat et philosophie maiestate. Utinam in christianorum cenabus rememorentur
illa que in luxurioso Dydonis convivio crinitus et incompositus iopas
personuit. Utinam bucolica vel stulticinia amatorum conquiescant in domo sa
pientis. et ea in auditu omnium resonent que aut prosint aut sine turpi
tudine et corruptione demulceant. Et quidem eleganter imminuit in cantico
cythariedi poeta doctus. veterum gravitate. qui more consili. nichil ad
mittebant. nisi quod nature. aut morum instructione polleret. plausum
geminum varium sermo prosequitur eo quod venus nimia prevalente mens ebria
longum insolubilem. et pestiferum bibit amorem quem diffinit philosophus ce
gritudinem amentis. Campanam luxuriam urbi fuisse pestilentem. hystori
corum testimonio celebre est. Invictum enim armis hannibalem illecebris

sius complexa romano militi vincendum tradidit ¶ Illa vigilantissimum ducem
illa exercitum acerrimum dapibus largis · habundanti vino · unguentorum fra
grantia · veneris usu lasciviore ad sompnum · et delicias evocavit · ac tunc de
mum fracta et contusa · punica feritas est · cum seplasia et albana castra
esse ceperunt ¶ Quid hiis ergo viciis fedius · et dampnosius · quibus virtus
atteritur · victorie relanguescunt · sopita gloria · in infamiam vertitur · ani
mique pariter et corporis vires adeo expugnant · ut nescias ab hostibus ne an
ab illis capi · perniciosius habendum sit Urbs nostra immensum opulenta diviciis
ornata moribus et legibus ordinata caput etiam orbis habebatur ¶ Sed post
quam luxuria prolapsa est in profundum viciorum et turpitudinis decidit
ut suorum se insolentissime dicatam sulucrēt · qui prius admodum pauci
senatorium ordinem intrare ausi mox universam rem publicam occupaverant
vat testamenta ad arbitrium suum scribi iubebant quinimmo cetus que inge
nuorum fieri vetabant ducebant filias dominorum ¶ Postremo lege sanxerunt
ut stupra sua in viduis pariter atque in nuptiis impunita essent · Et ne
qua virgo ingenua nuberet cuius castitatem non ante aliquis ex eorum numero
ipsorum delibasset ¶ Esopus tragedus furiose luxurie depingit imaginem
quem constat aceto liquefactos grandis summe uniones potionibus as
pergere solitum · ut amplissimum patrimonium posset una sorbitiuncula
deglutire ¶ Metellus pius ab hiis qui res memorabiles scribunt argu
itur quod se aris et thure patiebat ab hospitalibus excipi letoque intuebatur ani
mo · attalicis aureis in adventu suo contectos parietes · et in maximis
epulis ludos apparatissimos fiebat in hyspania et in veste palmata convi
via celebrabat · demissas quoque laquearibus velut celesti capite recipiebat
coronas ¶ Et ubi ista non ingrata neque in asia · quarum luxuria · vel ip
sam severitatem corrumpere solet · sed in horrida · et bellicosa provincia et que
romanorum exercituum oculos lusitanus telis prestigie consueverat · Xer
xes opum regiarum ostentatione exuvia · eo usque luxuria gaudebat
ut edicto premium ei proponeret qui novum voluptatis genus repperisset ¶ Dum
et deliciis dum nimis capitur · tum amplissimi victus imperii apud
salaminam · vix una nave evasit ¶ Sed quia luxuriosum mulieribus vite
sauire quinimmo apud Marone accepisti · Frugalioris mense sobrietatem
et continenciam ceterum · circa apud eundem officiis humanitatis excep
to invenies ¶ Si quidem considebantur viri verso pariter dexteram dat hu
manitatis verba officiosissimus hospes prelogitur hec ubi dicta dapes iubet et
sublata reponi pocula gramineoque viros locat ipse sedili precipuumque tho
ro et villosi pelle leonis · accipit eneam solioque invitat acerno ¶ Tum lecti iu
venes certatim araeque sacerdos viscera tosta ferunt canistrisque onerant que labo
ris dona laborate cereris bachumque ministrant · Vescitur eneas simul

et troiana iuventus perpetui tergo bovis et lustralibus extis. Ibi auc-
ta sunt aurea et vinum sua suo auctore refulgent. Hic sedile gramine-
um cetum solum et que virum forte decorat spoliati leonis pellis
villosa. Hic lecti iuvenes necessaria, ibi famule superflua et precio-
sa ministrant. Ibi nox tandem ab epulis quies indulgetur, hic comprimi-
tur fames et edendi epulis frugalibus consumitur ardor. Ibi tumultus ya-
pas luxuriantium letificat tectum, hic arc sacerdos refectionem sobriam
consecrat religioni, hic pii mensarum sacra tractantur. Et ad erigendam
rem publicam erigitur virile robur, ibi ut luxurie faveant sensus
palmis mutantur et numina illata sunt. Ergo sic in saturnaliorum li-
brorum legitur ad luxuriam reprimendam lege plurime quarum perfunctoriam
mencionem inealoe titulis quam ponere nec tediosum erit nec omnino
inutile. De cibariis et sumptuariis legibus veterum ad intemperantiam
cohercendas et differentia earum secundum Portinianum et de intemperan-
tia Antonii et frugalitate Iulii Cesaris, de Augusto et Nerone et

Prima ergo cum ad populum B. Caligula et Vitellio et Metello
lex Orchia pervenit prescribens summam et numerum convivarum
Nuptiis immoderationem sumptuum nequaquam cohibuit quia unicuique li-
ceret pro arbitrio bona sua inter paucos consumere. Secuta est ergo lex
Fannia que etiam sumptibus modum fecit scripta quia est in omnes in-
tus solum cives urbanos sed homines ulliusque Ytalie lege sumptuaria tene-
rent. ¶ Nam in eo didicie legis ius consistit. Et istis adiecta est
et Licinia que numerum convivarum et quantitati sumptuum et cautioni locorum
dierum et temporum prescripsit regulam, ne cottidianus liceret exultare
quinquies. Dies certos profinens quibus permissum est convivari. Ergo
etiam sobrie etatis sola prescripto legum cohibetur compensa cenarum
et quod ab initio cepit radix luxurie pullulare. Unde et vetus
illud est: leges bone ex malis moribus procreantur. Lex quoque Corne-
lia sumptuaria est adiecta prioribus. In qua non conviviorum magnifice-
tia prohibita est nec gule modus factus sed minora precia rebus im-
posita. Sed quibus rebus quam exquisitis et pene incognitis generibus
deliciarum, quos illic pisces quasque offulas nominat. Et tamen precia
illis minora constituit. Ausim dicere ut vilitas edulium animos homi-
num ad parandas obsoniorum copias incitaret et gule servire etiam qui par-
vis essent facultatibus possent. Ergo adhuc luxuriosus et pro-
digus videri potest cum hec tanta in epulis vel gratuita ponantur.
Postea Marcus Silla Lepidus consul annus vestio leges tradunt
tulisse cibarias, sic enim sumptuarias leges Cato appellat. ¶ Differunt

tamen quam liberare gulam ingulant sumptuarie accommodatum ut ait Por-
tunianus luxuriam cohibent. Hoc autem magne libertatis laudibus
effert. quod cum multe leges de cenis et sumptibus ferentur ad ipsius casti-
gantissime illius rigor diu obtinuit. que uel ob pretium habet quam uel
probat occultum. Precepit enim ut patentibus ianuis pransitarent
et cenitarent ut sic oculis ciuium testibus factis luxurie modus fieret.
Hoc autem ideo tuto probat Portunianus quia apud ipsius castigatum
et posteriores respectu. aurum laude erat singularitas et parsimonia non pote-
rat esse contemptui uel rubori. Nec verendum erat ut ad cenam alienam
quispiam inuitatus impudenter irrueret. Siquidem enim fabulis non cre-
datus. haut equidem turpe existimat qui sponte ruere in qui inui-
alys spatium nec homero siue nata uel in satira memoratum est. Ce-
terum leges ille ualuptate seu ualm fragi. licet Portuniani iudicio
optime fuerint ob simulatione tamen luxurie et morum inuicta concor-
dia. nullo abrogante irrite facte sunt. Antonius et si nulle sumptu-
arie legi paruerit. legem tamen de cohibendis sumptibus tulit. Homo qui-
dem temerarius. sed manu in ualidus et luxurie deditus. unde quamquam
sumptuum quasi merito magno Pompeio successit codecreto gay cesaris de
quo triumphatore orbis urbis adulator. et horum uicys sordidus triumpha-
uit. Captus est tamen cesar uirtutis ymagine. eo quod profusione pe-
cunie. et quam meretricibus et latrocinio. et hystrionum stipatu magnifice
uulgaris uidebatur. Ergo bene agitur cum principibus popularibus
qui consuetudine coguntur ad custodiam fame uilissimis uelud obnoxius a-
dulari. Nam in re publica nemo tyrannorum cesare magis accessit
ad principem licet enim rem publicam oppressisset. ipsius tamen romanus
omnia que ipse decreuerat. approbauit forte forte ueritus sedicionem
et ciuilis belli recidiuam passionem. optimo tamen preualuit ut quia
summa uirtute .i. clementiam preditus fuerat statuta eius. quam pro
maxima parte benignior a populus applauderet unde in laude eius Cicero
dicit Nulla de uirtutibus tuis nec admirabilior nec gratior misericor-
dia est. Prius ergo animum egregie uirtutis ymagine fallit supplantauit
antonius. Hic enim cum quicquid mari aut terre. aut etiam celo gig-
neretur ad satiandam ingluuiem suam natum existimans faucibus ac
dentibus suis subderet. cuique re cupitus de romano imperio facere uellet
egipciorum reginam cleopatram uxor que uinci a romanis nec luxuria dig-
naretur sponsione prouocauit in sumere se posse in unam cenam sexter-
tium centies. Mirum antonio uisum. Nec moratus sponsione condicit
Dignus tubia munatius plancus. qui tam honesti certaminis arbiter
electus est. Altera die cleopatra contentans antonium pollutibiles sane
parauit cenam. sed quam non miratus antonius. Cumque qui omnia sua appo-

uehebantur cotidianis opibus agro sitet. Tunc regina ardens phi-
alam poposcit. cui non nichil aceti acris infundet dimisit quam festinabun-
da illuc unionem ex altera aure demptam. et eum de natura dissolutio-
ni natura est eius lapidis absorbuit. Et quamuis eo facto sponsione uicis-
set quippe cum ipsa margarita centies sestertium sine contencione eualuis-
set. manum tamen ad alterius auris unionem similiter admouit. ni munatius
plancus iudex seuerissimus superatum antonium mature pronunciasset. Ipse
autem unio cuius fuit magnitudinis inde colligi poterat quod qui superfuit
postea uicta regina. et capta egipto roma delatus. dissectus quam est
et facta gemina margarite due imposite quam simulachro ueneris
ut monstruose magnitudinis in templo quod pantheon appellatur. Sed
hijs et similibus deuenerunt intemperantissimus et flagiciosissimus non populi
romani sed uirtutum publicus hostis. ne edictum quod cum uiratus tempore
de sumptibus posuit legis nomen habeat aut rigorem. Ilorum autem
unius et ueritatem legibus fuisse cibarijs uel coci constat. quod cibariorum
diligendorum regulam luxuria adinuenit. Testatur hoc marcus uarro
qui enumeratis que in quibus ytalie partibus optima ad uictum gig-
nantur. piscem tyberinum hijs ullus tribuit palmam in libro xi. rerum
humanarum. Ad uictum optima fert ager campanus frumentum. falernus
uinum. Cassianus oleum. tusculanus ficum. mel tarentinus. piscem
tiberis hec uarro. Sed inter eos precipuum locum lupus tenuit. et quidem
is qui inter duos pontes captus esset. Id ostendunt cum multi alij
cum etiam gaius titius. uir etatis lucilianae in oratione qua legem
phanniam suasit. cuius uerba ideo ponenda sunt quia non solum de
lupo inter duos pontes capto erunt testimonio sed etiam mores quibus
tunc plerique uiuebant facile publicabunt. Describens enim homines
prodigos in forum ad iudicandum ebrios commeantes queque solleant inter
se fabulari sic ait. Ludunt alea studiose delibuti unguentis
scortis stipati. Ubi hore decem sunt iubent puerum uocari. ut comitium
eat percontatum quid in foro gestum sit qui suaserint qui dissuaserint
quot tribus iusserint quot uetuerint. Inde ad comitium uadunt ne li-
tem suam faciant. Dum eunt nulla est in angiporto amphora quam
non impleant. quippe qui uesicam plenam uini habent. Veniunt in
comitium tristes. iubent dicere quorum negotium est. Ipsus it minctum. ubi
redit ait se omnia audiuisse tabulas poscit. litteras inspicit uix pre
uino sustinet palpebras. Eunti in consilium. Ibi hec oracio. Quid michi
negocij est cum istis nugatoribus potius quam potemus mulsum
mixtum uino greco. Edimus turdum pinguem bonumque piscem
lupum germanum qui inter pontes captus fuit. hec titius. Sed et plinius
sui temporis eleganter tetigit gulam. Cum tantum scribit de pisce au-

acipensem qui licet rarus esset piscatum eius uiluerat post promissa sub
iecit. nullo in honore nunc est quod equidem miror cum sit rarus inuentu
Sed non diu stetit hec parsimonia Nam temporibus Seueri principis Samo
nicus Serenus uir seculo suo doctus subiciens uerba plinij Non est du
bium ait piscem hunc nullo in honore tertiam temporibus extitisse Verum
ab eo dici apud antiquos fuisse in pretio Ego autem testimonium palam
facio uel eo magis. quod gratiam eius uideo ad epulas quasi postliminio re
disse Quippe qui dignatione uestra cum intersim conuiuio sacro animad
uerti hunc piscem a coronatis ministris cum tybicine introferri. longum
erit. si omnia que leges urbanas induxerunt uel antiquis legibus nata
sunt uoluero enarrare cum nec luxus morum sermone valeat comprehendi
et sint plurima seculo nostro incognita que illi uerbis comprimere uel compescere
moribus potuerunt Sicut enim grecia capta ferum uictorem cepit. et ar
tes intulit agresti latio. sic omnium gentium mores boni et mali romanam
uictorem prosecuti sunt Et quid mirum. Unius de moenia gentium supersti
tiosius quam religiosius aduocabant magnamque sibi uisi sunt assequi
religionem quia nullam respuerant falsitatem ¶ Deos tutelares con
tam pio quam impio cultu ciuibus subtrahebant ut omnes in una ur
be collecti in illius custodia iugiter uigilarent Sic et que illorum locorum
placuisse se audierant in urbem traxerunt unde posset gratiam eius mere
et gloriam procurare Simile aliquid fecisse uisus Rex anglorum Willelmus
primus. cuius uirtuti normannia cenomannis. et tandem maior britannia
cessit ¶ Assumpto namque regni dyademate et pace composita legatos
misit ad exteras nationes ut acciperent omnium dominus quicquid
eis magnificum aut mirificum uidetur afferrent Defluxit ergo in insu
lam opulentam. et que fere fabularius sius est in orbe contenta quid
quid magnificentie uero luxurie potuit inuenire laudabile quidem fuit
magni uiri propositum qui uirtutes omnium orbi suo volebat infundere Sed
in eo arbitratu laudabilius extitisset. si ingentem quam armis uicerat. et quam
luxurie preuenerat magnitudo legem temperantie promulgasset ¶ Hanc siue
tiosius est eam roborare uerbo et opere quam lasciuiendi ab auctoritate mul
torum magnorum quam propagare audaciam. Recte egisse gaium cesarem pace
urbis reformata. refert fortunatianus. qui sumptuarie legis insistens
uestigiis omnium ciuilem sacris. qui imperitoria in mensa primus. ter bis
sollempnibus pulmentis. siue ferculis statuit esse contentum. et tam
bellaria parentelica pro necessitate aut dignitate personarum. aut ostenda libe
ralitate aut sollempnitate diei primis mensis licuerit in ingerere ¶ Sol
lempnia quidem pulmenta sunt. que in omnibus presentantur et agrestis cato
lica. hic est vniuersalia romanorum. parentelica uero que ostensa ueteta
tis aut urbanitatis inspectam aliqua ratione ueniunt partem sicut

eo quod fastidientibus uel nauseantibus prouideant solent interponi. Nec enim
pulmenta in olere aut legumine dumtaxat constare certum est, cum compul-
tis cum ex eo quod patriarcha Ysaac de uenatione filii sibi pulmentum fieri
imperauit. ¶ Significat autem bellaria omne genus mense secunde, quod ibi so-
lent apponi que pulcriora sunt et delicatiora. Vnde auctor hoc nomine Mar-
cus Varro bellaria inquit ea maxime mellita sunt que mellita non
sunt. Quod forte eo referri potest quod rariora gratiora sunt ea que necessitas
appetit quam que irritatio gule inuenit. Si forte pusilli uidetur animi
quod ad hunc modum secunde mense luxuriam cohibet aut quod facit inter
libros legum sumptuarie mentionem, nec tamen Cesare maior est aut magni-
ficentior quisquam eorum qui morum ruinam iactura contemnunt gulam luxu-
rie obsequentes seruiunt uanitati et nequitiam et nequitiam aut negligen-
tiam sua induunt liberalitatis ymagine compallant. ¶ Quis Cesare Augu-
sto frugalior qui in summo fastigii culmine sedens pane et pisciculis
quos uulgo sumaticos uel nipiliones uocant contentus erat, et non
nisi necessitate urgente comedebat uel amicis. Quis Nerone gulosior aut
sumptuosior. Et tamen hic numquam magnus aut laudatus erit alicui sa-
pienti non magis quam G. Caligula aut Vitellius, sed etiam minus. Ita
et hic prandia et cenas et tamen comessationes in medium frequentabat. ffa-
mosissima inter ceteras fuit cena in qua inuitatus a fratre fuit. Quo
duo milia lectissimorum piscium et septem milia auium. ¶ Hanc quoque
exsuperauit ipse in dedicatione patine quam et ob immensam magnitudinem
clipeum Minerue appellant. In hac fasianorum et pauonum cerebella linguas
phenicopterorum murenarum lactes coniectis maris partibus petitarum commis-
cuit. Numquid Iulio uel Augusto maior est Metellus Pontifex luxuriosissi-
mus cenam facilius est referre quam intelligere. ¶ Nam et ipse famosissi-
mus infamem fecit cenam et antitenium uel ut ait Portunianus pa-
latinum tanta instruxit luxuria ut non modo splendore cene Tullius
sed etiam Egyptium. Nam et ipsa eduliorum genera uel dictu turpia sunt
et nostratibus, licet minus in luxus splendore glorientur, pro parte inau-
dita. Si quis ea nosse desiderit reuersat Saturnalia percurrat Portu-
nianum tumulta instituta. Ne tamen ueterum longe petantur exempla maio-
rum erroribus nostra etas adicit. Memini me apud in Apulia diui-
tis cuiusdam interfuisse cene que ab hora diei nona fere usque ad duodecimam
noctis et si quando tempore equinoctiali protracta. In hac itaque tamquam sumus
hospes Constantinopolitanas ab ab Babiloniticas Alexandrinas pas Pales-
tinas Tripolitanas Barbaros Syrias Pheniciasque tangere sunt delicias ac Si-
cilia Calabria Apulia Campania quasi non sufficiant communium mistorie delica-

tum. Copiam vero ministerii disciplinam sedulitatem obsequii urban-
itatem hospitis plenius et melius referet vir singularis eloquii et qui
similibus quos viderim trium linguarum gratia prestat, is quidem est Io-
hannes thezaurarius eboracensis. Nam et ipse interfuit. Sed quod sine rubore fidelium
dici vel audiri non potest infidelibus teste Macrobio plura turpia et luxu-
riosa videbantur, que sub specie nunc placent et obtinente luxu magnifica
appellantur. Nam Titius in suasione legis Fannie obicit seculo suo quod por-
cum troianum mensis inferrent, quem illi ideo sic vocabant quasi aliis in-
clusis animalibus gravidum sicut ille troianus equus gravidus armatis
fuit. Cenam Trimalchionis apud Petronium si potes ingredere et porcum sic
gravidari posse miraberis nisi forte admiratione nisi forte ad incentivum
multiplos ignota tollat. Et quidem multa que nos usu vel abusu edocti
non miramur, ipsa sunt admiranda immo et stupenda maioribus. Nam
et porcum iam non troianum sed domesticum dicimus et inhiant modum
farciendo quem plura faciamus esse troianum. Unde Marcus Varro in libro
tercio de agricultura: Hoc quoque nuper institutum est saginari et lepores
cum conceptos e leporario quandoque in caveis et loco clauso faciant pin-
gues. Sed et cedeas lepus efficit saginatus. Sed Varro. Nichil autem istorum
leporum iam habet notam, sed est civilitatis insigne quantumcumque incentivum
gule. De convivio philosophorum et quod ei civile convivium est et de spi-
rituariis legibus eius. Capitulum 8

A civili ad philosophicum transeamus
licet hiis qui rerum substantiam perspicacius intuentur philosophis civilia vi-
deatur esse coniuncta. Sed quid philosophia rerum omnium moderatrix actionibus non
potest abesse civilibus, cum nichil omnino officiosum sit aut civile quod
non ita pertractet. Ipsa est que universis prescribit modum et dum dispo-
nit officia coram plebeis et vulgaribus interesse dignatur. Alioquin ni-
chil alicubi recte procedit nisi et ipsa rebus asserat quod verbis docet. Quid
enim prodest verbis manibus ventilare nisi talis virtutis officia si non
actibus et vita solidentur. Dicuntur tamen esse plebeia que ad modestiam
minus accedunt et quasi philosophie soluta legibus ab indisciplinatione aut
esuriem inclinant a parcitate aut aliorum et aviditate furore. Sic a-
pud Nasidienum convive commemorant sordidus displicet apparatus domus
incomposita suspiriis intrustatur. Avaricia illius qui tirchinis pre ce-
terarum ... pronotat gulam ut cum aliphanis vinacia tota
inveterarunt ... illud oracii nos nisi dampnose bibimus
moriemur multi. Hoc enim modis vel omnibus agitur ut pater familias
cum impensa perit et opera dampnificet. Sicut ante apud ... distur-
batur opulentia et defectus omnis ad inopiam vergit et facillime fit a

bacho conversus ad matrem? Hoc enim in fabulis opponunt illa convivia
centaurorum ubi bachi non cessant munera donec eliciant sanguinem. Hec
quidem sunt vulgarium conviviorum commercia. et que philosophia non temperavit arbi-
trio. Quos si videris citra modestiam convenire non fabulosos cen-
tauros crede. sed veros. Semiferi enim sunt. et anima spiritus sui aut ipse
bachi manu intumescunt. Nam que a plebeis et temulentis celebrantur
interdum convivia interdum philosophica sunt. nisi forte socratis. alcibiadis epi-
teti aliorum quam philosophorum convivia inconsulta opineris. ¶ Convivia tamen sunt
ut morem sequamur eorum qui pinguiori minerva utuntur non quidem dis-
soluta sed liberioris licentie et opulenta magis. et que ad quamdam leticiam
salva tamen modestia magis quam ad philosophicum rigorem accedunt. Absit
ergo nasidyani cena arceatur. et quevis supercilii gravitate. et in ameno
vultu ad missorum hylaritatem offendit. Quod si enim in olla ferveat aut
in culina paretur. aut congestum sit in promptuario aut in mensa res-
plendeat insipidum est et insipidum et insulsum. si non vultus hylaris
indicio saporem ingerat caritatis. ¶ Nam et inopes ut in fabulis est
pauperis hospicium acceptant celum numinum et magnas reputant delici-
as quas devota philemonis angustia ministrant. Et quidem de illo dictum
est quod obtinet apud omnes. quia super omnia vultus accessere boni. Nec
iners pauperque voluntas. Est ergo civiliter convivari. hylari vultu. lar-
ga manu diligenti officio. amenare convivium et in usum suppetit. hy-
laritate habita ratione personarum loci et temporis singulis dispensa-
re non quidem contristicia vel contrarietate. cum hylarem datorem et deus
diligat. ¶ In usus istorum licet et ratio. ponere signa. novis preceptis
qualia limitant alias mutant pitagoram anticipique reum doctumque pla-
tona. Porro convivia philosophica omnino castigata. et suis regulis limitata sunt
ut qui versantur in hys possint nulla cibi aut potus impediente mo-
lestia suis officiis inservire. Sobria enim sunt. et omni luxuria casti-
gata non impediunt socialitatem. nec positivam iusticiam concquat ani-
lis inquisicione platone non renovant memoriam rerum gestarum
non continent. tristicie. thymeus non prohibet. causas rerum omni appe-
re nec aliquis a quocumque virtutis officio retardatur. ¶ Hic nec tristi-
ciam nec vultum nubilum. contingit in bonis duce nec crassum illud
quem cicero auctore lucilio semel in vita risisse scribit. magno opere
admirari. Assunt utique voluptates. sed que lasciviam caveant. Adest gra-
vitas sed que leticiam non excludat habent aut. et hec convivia suas supitua
vias ut alias leges non tamen ut velimus sed ut personis parcant. Res enim

culina i. coquina. Oratius in sermonibus Nam vaga per veterem dilapso flamma culinam Vulcano summum properabat lambere tectum

Civiliter convivari

Philosophica convivia

quatenus utilitas aut honestas exposcit effunde. uos neuerunt ¶ Si quidem
habeis nichil sapienti carum est preter usum. Videtur autem beatus rex ad custo hieronimus
diam sobrietatis cuius iocundissima et utilissima voluptas est egregiam
statuisse cibariam legem. Sit ergo. Adesse debet modus ut tales et tantas su
mamus escas. quibus non oneretur corpus nec libertas anime pregra
uetur. quia et comedendum est et deambulandum et dormiendum et digerendum
et postea inflatis uenis incentiua libidinis sustinenda. Luxuriosa res vinum
et contumeliosa ebrietas. Omnis autem qui cum hijs miscetur non erit
sapiens. Nec tales accipiamus cibos quos aut difficulter digerere aut co
mestos magno partos et perditos labore doleamus ¶ Olerum et pomorum
ac leguminum et facilior apparatus est et arte impendijsque cocorum non in
diget. et sine cura sustentat humanum genus moderateque sumptus. quia
nec auide deuoratur quod incitamenta gule non habet leuiori digestio con
coquitur. Nemo enim vno et duobus cibis hijsque uilibus usque ad inflaci
onem ventris oneratur. Que diuersitate carnium et saporis delectacione
concipitur cum variis nidoribus fumat patine. et ad esum sui completa
esurie quasi captiuos trahunt unde et morbi ex saturitate nimia concitan
tur. multique impacienciam gule uomitu remediantur et quod turpiter ingesse
runt turpius egere egerunt ¶ Sed forte nimis austerus uidetur esse rex
et cuius edicto difficillimum sit parere. Esto liceat contempni rex Stoicorum
vilescat auctoritas. Sordeant aut peripatetici. Dum uel Epicurus voluptatis
assertor audiatur. Testantur enim ut de meis taceam Seneca. et multi alij Sententia epicuri de victu
clari inter philosophos. quod ille omnes libros suos repleuerit oleribus. et pomis dicens
eis esse uiuendum. quia carnes et exquisite epule ingenti cura ac mise
ria preparentur. maioremque penam habeant inquirendo quam uoluptatem in abu
tendo. quam voluptate ¶ Corpora autem nostra cibo tantum et potu indigere
Vbi aqua et panis sit et cetera hijs similia ibi nature satisfactum. Quic
quid supra fuerit non ad vite necessitatem spectare sed ad uicium voluptatis. Bibere
et comedere non deliciarum ardorem. sed sitim famemque restringere. Qui carni
bus uescuntur indigere etiam hijs que non sunt carnium. Qui autem simplici
victu utantur eos carnes non requirere. Sapientie quoque operam dare non
possumus. si mense habundanciam cogitemus. que labore nimio et cura
indiget. Cito completur nature necessitas frigus et fames simplici uestitu et
cibo expelli potest. Hec quidem Epicurus licet a turpi sequacium grege con
traxerit infamie notam ¶ Porro Aristoteles docet. a quibus sit volupta
tibus precipue abstinendum. Cum enim de quinque proprio sensuum fonte voluptas
oriatur. illam que est gustus et tactus id est cibi et venereis palam hominibus
communem dicat esse cum beluis. et idcirco in pecudum ferarumque animalium numero
habetur quisquis hac voluptate ferarum occupatur. Ceteris quinque sensibus

alys sensibus pro sinistris homini homini tantum propriae sunt. Cuius
igitur habens aliquid humani pudoris voluptatibus istis duabus co
eundi atque comedendi que homini cum sue atque asino communes sunt
gratuletur. Hec aristotiles. Socrates autem dicebat multos homines
propterea vel viuere ut ederent et biberent se bibere atque esse ut viuet unde sati
rarum summum crede nephas animam preferre pudori. et propter vitam viuen
di perdere causas. Refert valerius uini usum. olim romanis feminis
fuisse ignotum. ne scilicet in aliquod dedecus prolaberentur quia proximus
a libero patre intemperantie gradus. ad inconcessum venerem esse consueuit
Conuiuium etiam sollempne maiores constituerunt idque caristia appellatum
est. cui preter cognatos et affines nemo interponebatur. ut si qua
inter necessarias personas querela esset orta apud sacra mense. et inter
hilaritatem animorum et fautoribus concordie adhibitis tolleretur. Senectu
ti iuuentus ita cumulatum et circumspectum honorem reddebat tanquam
maiores natu adolescentium communes patres essent. Quos circa iuuenes
ita senectuti deferebant honorem ut senatus die aliquem conpatribus con
scriptis aut propinquum aut paternum amicum ad curiam deducebant af
fixi que valuis conspectabant. donec reducendi officio fungerentur. Qua
quidem voluntaria statione corpora. et animos ad publica officia. impi
gre sustinenda roborabant breuique processu in lucem virtutum suarum
verecunda laboris meditatione ipsi doctores erant. Conuiuantes adeo
diligenter querebant. quis nam eis cum iis inter essent ne senioris ad ueu
tum discubitum peruenirent. sublata que mensa priores consurgere et abire
patiebantur. Ex quibus apparet cene quoque tempore quam parco. et quam
modesto sermone. hys partibus soliti sint uti maiores natu mecum inius
Ad tibias egregia superiorum opera carmine comprehensa pangebat quo ad
ea imitanda virtutem alacriorem redderent. Quid hoc splendidius quid
etiam utilius certamine. Pubertas sum canis decus reddebat. defecta
vir cursu etas ingredientes actuosam vitam fauoris nutrimentis
prosequebatur. Quas athenas quam scolam que alienigena studia huic
domestice discipline pretulerim inde oriebantur camille sapiones fab
ry faby et marcelle. At ne singula romani imperii lumina percurrendo
sim longior inde celi superioris clarissima pars diui cesares effulsere.
Hec valerius. Sed et ipse plato cum esset diues pro tempore tamen et con
dicione et thoros eius diogenes lutatis pedibus conculcaret ut
posset vacare philosophie. Elegit achademiam villam ab urbe procul non
solum desertam. sed etiam pestilentem ut cura et assiduitate morborum
libidinis impetus frangerentur. Discipuli que sui nullam aliam sentiret
voluptatem nisi carpere rerum quas discerent. Est autem via omnibus pre-

clusa disciplinis. si tamen sapientiae sobrietatis admonetur. Quam ratione re
tenere non possunt. qui clamitant apud insulsos animal sitis durum
esse posita. Ego quidem non habeo longe inferiorem Platone. nisi quia
christianus est. nec licitum arbitror christiano preferri vel Platone. nam
inique habent egrotantium morborum incursu assiduo. dum tamen non
conterescant super id quod ferre potest gaudente ut carnis lascivia conteratur
et spiritus erigatur et roboretur in agnitione dei contemptum mundi quo
tidie virtutis et ad solum desiderantem. dum sensus anime et corporis
serventur incolumes. et ipse violencia egritudinis agerendis non re
vocetur. aliquod flagellum leve tamen. et infirmo tollerabile de manu domini
expectantem et amplectentem. Platonici ergo et stoici in templorum
lucis et porticibus versabantur ut admoniti angustiores habitaculi pa
tate nichil aliud quam de virtutibus cogitarent. Hanc autem meditati
onem non habent illi quorum deus venter est et expectatio in confusionem
quorum gloria stercus ignis et vinus. Videt et apostolus hiis quos adhuc
tam erudit philosophiam sumptuariam prescribere legem dicens habentes victum
et vestitum hiis contenti simus. Ceterum ut cum meis similibus pinguiori
minerva utens minus agam. aliqua que usus necessitatis aut vere
honestatis alicuius in se aut in suis adhibita ratione et deducta ab
utendi licencia exigit in alimentorum et indumentorum ratione vadant
Nam et hoc philosophia clientibus suis indulget et solus in moderatione
cohibet intemperanciam. Quod etiam in sacra scriptura sit optime civi
Dictum litatis regule. et quod nichil virtute civilius et que
est philosophiam sunt regule civilitatis in communibus observande et
totius civilitatis et animum agendorum esse et de verecundia. Capitulum 9
magistram et eorum que in communibus extenda sunt officia dispensatrice
Cum sint ergo plura civilitatis precepta illius qui omnibus philosophis
et sapientibus antecellit. et qui cronis philosophia civilior est
civilibus regulis videtur uno ante ponenda possidentibus. Ait ergo
Cum invitatus fueris ad nuptias noli locum preoccupare primum ne
forte honoratior te sit invitatus. et dicat tibi qui te invitavit da
huic locum et tunc incipias cum rubore novissimum locum tenere Sed
recumbe in novissimo loco ut cum te viderit qui te invitavit di
cat tibi Amice ascende superius et erit tibi gloria coram simul dis
cumbentibus. Deinde hunc hunc articulum quasi generali loco con
firmans ait Omnis enim qui se exaltat humiliabitur et qui se humiliat
exaltabitur. Et licet religionis potius quam civilitatis videatur edictum
ego religionis formam a civilitate non divido. cum nichil civilius
sit quam cultum virtutis insistere. Ceterum nec naufragium admittit

legem nec leticiam excludit nec lautiorem refugit apparatum gule tamen irritamenta non querit. Aut enim Tauri mei et altilia occisi sunt et ubi redemit prodigum pater pius iocunditatem instruxit convivii ad consolandam leticiam simphoniam adhibuit et chorum. Occisus est vitulus saginatus et ne vestis abiecta convivium decoloraret anulus et stola ministrorum officiis in usum induti et ornatum iuvenis decorandi. Sicut autem dignis liberalitatis hostia patent ita sunt turpibus precludenda. Nam et et fatue virgines licet pulsent ad ianuam ob stulticie notam repulsam paciuntur ne forte creantur admisse. Constat enim quia turpius eicitur quam non admittitur hospes et tamen sine nota erat si sua turpitudine deformet convivium. Siquidem et ille eiectus est qui vestem non habuit nupcialem. Hec autem licet misticum habeant intellectum in ipsa superficie civilitatis preferunt rudimenta. Nam et illud quod fidelibus sonat ad litteram quod apostolus precipit. Si quis frater nominatur fornicator aut avarus aut ydolis serviens cum eiusmodi nec cibum sumere. Ad hoc ergo est liberalis domini ianua ut lascivos cinedos et infames excludat.

Ad hoc ianitorem habet aut hostiarium ne quis insulsus irruat et ut sit qui dignos et admittendos reverenter excipiat honeste alloquatur solacietur ignotos instruat novitatis ignaros et cum oportunitas fuerit ad dominum introducat. Est et rerum copia sine luxu iocunditas sine lascivia et usus vini hilarior sed virtute moderacior.

Nam convivium herodis aut pharaonis dum in moderatam adiecit saltatricis aut ad fervorem vini leticiam concepit sine turpitudine perit et homicidio maculatur. Hoc nec eciam gentilium gravitas approbat. Valerius auctor est quod porcius cato lucium flaminium subduxit amicis senatorum. quia aliquem dampnatum inpie securi percusserit tempore tamen supplicii sed ad arbitrium et spectaculum commentis muliercule. cuius amore tenebatur electo. Sed et lucius flaccus et collega eius censores duronium senatu moverunt quod legem de cohercendis conviviorum sumptibus latam tribunus plebis abrogaverat mirifica voce clausa cause. Dum impudenter duronius rostra conscendit. Illa dicturus frenum sunt iniecti vobis quirites nullomodo paciende. Alligati et constricti estis amaro vinculo servitutis. lex enim data est que vos frugi esse iubet. Abrogemus igitur illud horride vetustatis rubigine obsitum imperium. Et enim quid opus est libertate si volentibus luxu perire non licet. Est et alia in sacris libris civilitatis nota. ut ab inicio gracias precedant acciones. Nam et illud constat quod liberalissimus et civilissimus aut facetissimus pater familias qui de quinque panibus saciavit quinque milia conviviarum panem antequam frangeret benedicere consuevit. Sed et illud

celebre est sapientum quod philosophia que vivendi magistra est decorum et disciplina dis-
ciplinarum honoranda est ante loquium. Simile quoque est et sacris litteris
consentaneum aut omnino silere in mensa ut audias ad profectum aut
unde proficiant alii aut sine culpa letentur. Doctum profert sermonem Ec-
clesiasticus et inter comedendum duas parabolas aut verba vite frequenter auditoribus
ingerit. Sunt autem nimis tristia et fere civilitatis ignara ubi citra vo-
luptatem audiendi solus venter impletur aut nisi clamore anserino et
ineptis fabulis convivio perstrepunt. Nec est qui musica exerceat cum
ars invitans sit adeo quidem ut eam socrates discere in senectute cura-
vit. Cantabunt michi dametas et lictus egon. Simile est. Saltantes
satiros imitabitur alphesibeus ad plebeia cum sit. Illa ergo que austeriora
sunt et viris magis adversa profunda sunt verba et que luxuriam ingu-
lant. amata tamen vel tenui suspitione avaricie licet enim intemperan-
tibus sit sopita vena ingenii non omnino extinctam esse convictus
polemo testis est. Hic autem perdite luxurie adolescens athenis fuit
neque illecebris eius tantummodo sed etiam ipsa infamia gaudens. Cum ex con-
vivio non post occasum solis sed post ortum surrexisset. domumque redi-
ens xenocratis philosophi patentem ianuam vidisset. vino gravis unguentis
delibutus sertis capite redimito pellucida veste amictus referta tur-
ba doctorum hominum scolam eius intravit. nec contentus tam deformi in-
troitu. consedit etiam ut clarissimum eloquium et prudentissima precepta
temulentie lasciviis elideret. Orta deinde ut par erat omnium indigna-
tione. xenocrates vultum in eodem habitu continuit omissaque re. qua
disserebat de modestia ac temperantia loqui cepit. Cuius gravitate
sermonis resipiscere coactus polemo primum coronam capiti detractam pro-
iecit paulo post brachium intra pallium reduxit. Procedente tempore
oris convivalis hylaritatem deposuit ad ultimum totam luxuriam exuit
uniusque orationis saluberrima medicina sanatus ex infami ganeone ma-
ximus philosophus evasit. Peregrinatus est itaque hic animus in nequi-
tia nec habitavit divertit paululum. sed nequaquam domicilium fixit. Postremo
unum est. ad quod totius philosophie cetus tendit intentio scilicet finis honestus letus
exitus. et iocundus qui plane evenire non potest. nisi philosophia omnibus offi-
ciis. et cum ministris officiorum custodem adhibeat verecundiam que parens
est et ut ait valerius omnis honesti consilii sollempnium officiorum tutela
magistra innocentie cara proximis accepta alienis privatis negligens fa-
cultates ut quamvis amplificet. cum loco omni tempore prese favorabi-
lem gerens vultum. adeo quidem ut etiam in verecundia feratur accepta Athe-
nis quidem ultime senectutis cum spectatum ludos uthicarum venisset cumque
nemo etiam civibus sessum reciperet ad latedemoniorum legatos forte pervenit

qui hanc aetatem canos eius et annos assurgendi officio venerati
sunt · sedem quoque ei inter ipsos honoratissimo loco dederunt · Quod ubi fieri
populus aspexit maximo plausu alienae urbis verecundiam comprobavit
Ferunt tunc unum e Lacedemoniis dixisse · Ergo Athenienses quid sit rec-
tum sciunt sed id facere negligunt · Regula comitandi sensu et fere ver-

10 Videntur forte parum civilia · bis Macrobii sumpta de libro Satur-
et superstitio sapere minus de Satiris aliquibus proferuntur · naliorum · Capitulum.

Ceterum ut amicius agamus nobiscum gentilium magnorum quidem philosophorum
comitandi regula in medium proferatur · Et quidem plures in hanc partem
officiorum precepta dederunt · sed ad plenius pauci sufficiunt · Inter alios
Saturnaliorum liber primus occurrit talis si recte inspiciatur et tantus · ut
nihil aliunde oporteat mutuari · Eum ergo in multis capitulis · non tam ves-
tigiis quam passibus decrevimus imitari · et ex opulentia sumptuarii sui
tenuitatis nostrae supplere angustias · Si quid conspicitur esse in convivio tuo
nimis floridius et tanta morum venustate redundans ut in institutione
convivii et dispensatione sobrietatis indicat dulcedinem humanitatis · Aut ergo
sermo philosophiam quae rerum animi moderatrix est hoc primum absignaturam
ut ... estimet presentium ingenia conviviarum · et si plures philosophos vel
saltem amatores sui in convivii societate reperit sinens de se pati et
agitari quia veluti panace sue virtute dixisse inter multas vocales in
societate vocis facile manifestiunt ita mirores imperiti gaudentes con-
sortio philosophorum aut consona consonant si qua possunt aut verborum talium
capiuntur auditu · Si vero plures ab institutione disciplinae eius alie-
ni fuerint prudentibus si pauciores interfuerint sanciet dissimulationem
sui · et patietur loquacitate maiori parti aptiores · ponatur ne ea
a nobilitas a plebe tumultuosiore turbetur · Et haec una est de philosophiae
virtutibus · Namque tunc orator non aliter nisi orando probetur · philosophus
non minus tacendo pro tempore quam loquendo philosophatur · Sic ergo pauci
qui aderunt doctiores in consensum rudis consortii salva · et intra
se quaestione migrabunt ut omnis discordia suspicionis facessat · Nec
mirum si doctus faciet quod fecit quondam Pisistratus Atheniensium tyrannus
Qui cum filiis suis verum dando consilium non obtinuisset asperius
et ideo esset in simultate cum liberis ubi hoc aemulis causam fuisse gravi
gaudii comperit quod illa discordia speraverunt in domo regnantis
nasci posse novitatem unius statim cum commotione aut fructus fuisse
quod de filiis non adquiescentibus patris voluntati · sed hic postea
sibi visum esse paterne aptius pietati · ut in sententiam liberorum
ipse concederet · Scivit igitur civitas sobolem regis cum patre concordem
hoc commento · spem detraxit insidiantibus regnantium quieti · Ita in omni
genere vitae sapiencie velletia convivali anne quod videtur ab omni in vitam

concordiam soli salua uerecundia redigendum est. Sic agathonis con-
uiuium quia socrates phedrus pausanias et hisimacus habuit ullum
nullum nisi philosophum sensit. At nos alcinoi uel didonis mensa quaerat solis
apta deliciis. Sicut haec iopam illam polyphemum cithara canentes ha-
de erant apud alcinoum saltatores uiri et apud didonem bitias sic
hauriens merum ut se totum superflua eius infusione proluerit. Nonne
si quis aut inter pheacas aut apud penos sermones de sapientia eru-
tos conuiuiis fabulis inseruisset et gratiam illis temporibus arrica per-
deret et ipse risum plane iustum moueret. Ergo prima eius obseruatio
erit estimare conuiuas. Deinde nisi in patere parte locum uiderit
non de ipsis profunditatis sue inter pocula secretis loquetur nec nodo-
sas et anxias sed utiles quidem faciles tamen mouebit questiones. Na(m)
sicut inter illos qui hoc exercitii genus habent in medijs saltare con-
uiuijs si quis ut se amplius exerceat sodales uel ad cursum uel ad
pugillatum lacessunt quasi ineptus relegabitur ab alacritate con-
uiuij sic apud mensam quaestio a philozophandum est ut tristi liquorum
ad letitiam laci adhibeatur non modo nympharum sed musarum quoque
ad mixtione temperies. Nam si ut fatis fite est in omni conuentu ac-
tacendum est aut loquendum queramus silencium ne quamuis an oppor-
tunus sermo conueniat. Si cumque ut apud athenas athicas ariopa-
gite tacentes iudicant ita inter epulas oportet sileri non est ultra
querendum inter mensas philozophandum sit nec ne. Si uero non erunt
muta conuiuia cur ubi sermo permittitur honestus sermo prohibetur maxi-
me cum uideamus quantum dulcedo uini hilarent ubera quamuis. Cuius hec
inquis ad philosophiam. Immo nihil tam tugnatum sapientie quam locis et
temporibus aptare sermones personarum que adsunt estimacione in medium
uarietate. Alios enim relata incitauerunt exempla uirtutum alios bene-
ficiorum nonnullos modestie ut et qui aliter agebant sepe auditis ta-
libus ad emendationem uenirent. Sic autem uicijs irretitos si et hoc co-
niuiuijs exegerit loquendo ordo feriet philosophia non sencientes ut liber
pater tirso ferit per obliquationem circumfuse hedere latente mucrone
quia non ita profitebitur in conuiuio censorem ut palam uitia castiget.
Ceterorum hijs obuiantium repugnabunt et tales erunt quomodo tumultus
ut sub hominis modo mutari uideantur edicto. Ad super est leti bene
gestis tempora rebus priuate uiri et pugna superate parant. Ergo si
opportunitas uitare reprehensionis emerserit. sic a philosopho perficiatur
ut et uera efficax sit. Tunc inter si feriat sapiens ut dico non sen-
cientes tamen inde sic reprehendat ut reprehensus hilarescat. Nec tantum
fabulis sed interrogationibus quoque uim philosophie inhibet ineptum loque-

ostendet. Hanc ergo nullus honestus actus locus nec tempus nullus excu-
dat que ita se aptat ut ubique sic appareat necessaria tamquam abesse illa
nephas fuit. Et post pauca ledorie et scommatis difficilem facit que
sic in medium proferuntur a sapiente ut non modo amaritudine careant
sed afferant tempestiua dulcedine. Deinde interrogandi ciuilitatem vel fa-
cetiam docet. Qui vult ergo amenus esse consultor ea interrogat que
sunt interrogato facilia responsu. et que scit illum sedula cogitatione
didicisse. Gaudet enim quisque prouocatus ad doctrinam suam in medium
proferendam quia non vult latere quod didicit maxime si sciencia quam
labore quesiuit cum paucis illi familiaris et pluribus sit incognita
ut de astronomia vel dyaletica ceterisque similibus. Tunc enim videntur
consequi fructum laboris cum adipiscuntur occasionem publicandi que di-
dicerant sine ostentationis nota qua caret qui non ingerit sed inuitatus
ut proferat. Contra magne amaritudinis est si coram multis aliquem
interroges quod non optima sciencia quesiuit. Coguntur enim aut negare
se scire quod grauissimum verecundie dampnum putant aut videre temere se
euentum in falsi nec giunte. Vnde sepe nascitur inscicie proditio et
omne hoc infortunium pudoris sui imputat consulenti. Nec non et
qui obierunt maria et terras. gaudent cum de ignotis multis vel terra-
rum situ vel sinubus maris interrogantur. libenterque vident et loca describunt
modo verbis modo radio gloriosum putantes que ipsi videant aliorum
oculis obicere. Quid duces vel milites qui fortiter a se facta semper dic-
turiunt et tamen tacent arrogantie metu nonne hii si ut hec refe-
rant inuitentur mercedem sibi laboris estimant persolutam remuneratori
putantes cum volentes narrare que fecerant. Adeo autem id genus nar-
rationes habet quendam glorie saporem. ut si inuidi vel emuli forte pre-
sentes sint. tales interrogaciones obstrependo discuciant et alias inse-
rendo fabulas prohibeant illa narrari. que solent laudem creare narranti.
Pericula quoque preterita vel erumpnas penitus absolutas. qui euasit ut
referat gratissime prouocatur. Nam qui adhuc in ipsis. vel paululum
detinetur horret admonicionem. et formidat relatum. Vt virgilius forsan
et hoc olim meminisse iuuabit. Iuuat si quem dicere iusseris amici sui recep-
tam felicitatem. qui sponte non audebat vel dicere vel tacere modo iactancie
modo malicie metu. Qui venatibus gaudet interrogatus de silue ambitu
de ambage lustrorum de venationis euentu. Religiosus si adest da illi re-
ferendi copiam quibus obseruacionibus meruerit auxilia deorum. quan-
tus ille ceremoniarum fructus. quia et hoc genus religiosis ostentationis
manifestum numinum beneficia non tacere. Adde quia volunt se amicos nu-
minibus estimari. Si vero et senex presens est habes occasionem qua plurimum
illi contulisse videaris si eum interroges vel que ad illum omnino non pertinet

nota

est enim huic etati loquacitas familiaris. ¶ Ut nunc ad scommata veniamus
illa que plus urbanitatis et minus amaritudinis habent sunt iniacienda
conviviis. Ut sunt illa de non nullis corporum viciis aut parvum aut nichil
generantia doloris. ut si in calvicium cuiusquam dicas aut nasum vel curvam
erectionem seu socraticam depressionem. Hec enim quanto minoris infortunii
sunt tanto facilius ledunt. ¶ Contra oculorum orbitas non sine contumelie
iniuria obicitur. Quippe Antigonus rex Theocritum Chium de quo iuraverat
quod ei parciturus esset occidit propter scomma ab eodem de se dictum. Cum enim
quasi puniendus ad Antigonum raperetur solantibus eum amicis ac spem
pollicentibus quod omnimodo clemenciam regis experturus esset cum ad oculos
eius venisset. inquit Ergo impossibilem michi dicitis spem salutis. Erat
autem Antigonus uno orbatus oculo et importuna urbanitas male di-
catem luce privavit. ¶ Nec negaverim philosophos quoque meruisse indig-
nacionem hoc genus scommatis. Nam cum regis libertus ad novas di-
vicias nuper erectus philosophos ad convivium congregasset et irridendo eorum
minutulas questiones scire se velle dixisset cur ex nigra et alba fa-
ba pulmentum unius coloris edatur. Aridices philosophus indigne ferens tu no-
bis inquit absolve cur et de albis et de nigris loris similes macule gig-
nantur. ¶ Commendat scomma et condicio dicentis si in eadem causa sit. ut
si alium de paupertate pauper irrideat si obscure natum natus obscure.
¶ Nam Tharseus Amphias cum ex ortulano dives esset et in quendam
quasi degenerem non nulla dixisset mox subiecit. Sed nos de eisdem semi-
nibus sumus. et omnes pariter letos fecit. Illa vero scommata directa
leticia cum inque dicuntur infundunt ut si virum fortem vituperes
quasi salutis sue prodigum et pro aliis mori volentem. Aut si obicias
liberali quod res suas profundat minus sibi quam aliis consulendo. ¶ Sic
et Diogenes Antistenem cinicum magistrum suum solebat velut vituperan-
do laudare. Ipse me aiebat mendicum fecit ex divite et pro domo ampla
fecit habitare in dolio. Melius autem ista dicebat quam si diceret Gratus
illi sum. quia me philosophum et consummate virtutis virum fecit. Ergo cum unum
nomen scommatis sit in eo diversi continentur effectus. Ideo apud Lacedemo-
nios inter certa exercitia vite sicut instituta hoc quoque exerciti genus a Li-
curgo institutum est. ut adolescentes et scommata sine morsu dicerent
et ab aliis in se dicta perferre discerent. ¶ At si quis eorum in indignacionem
ob tale dictum prolapsus fuisset. ulterius ei in alterum dicere non licebat.
Cum igitur leticie in conviviis frequenter insidiatur ira. ab huius modi dic-
tis temperandum est. questiones quales in convivio proponende sunt aut solve-
re. Quod genus ita ludicrum non putarunt ut et Aristoteles de ipsis aliqua conscrip-
serit. et Plutarchus et Apuleius cum Frontone. Nec contempnendum sit quod tot

prohibitum meruit exitum. At in concionibus rethorum oratorum vel foro longe
temperatiorem sunt sortita locum. Cum ipse ubi motus adversarii sepe pro-
ficit ad triumphum unde et hoc Ciceroni per familiare fuisse tradit. Ipsis
quoque ludicris turbis incontencionibus fori locus est dum tamen ad probra
non prorumpant que et si nondum quiescant favore litigantis cessare tamen
debent ob reverenciam iudicis et auditorum. Offenditur enim quibus est cui
et pater et res si quis evidentissima racione ad probra prosiliat. Sed et
qui ea sustinet pacienter favore cum attemperancia visus est meruisse. Co-
minia ergo ludicras concludunt ne felle eorum tota convivalis dulcedo ama-
rescat. At id quod hilaritate conciliat modestie consorcium undique conquirendum.
Iocus enim comis et venustus convivancium usus omnibus parentetis
iocundior est. Sed quod eleganter licet in persona derisoris ethicus ait. Sed ca-
natoris uti duas ingenuas res adversus modare solent celare serende. Sed
et vini indulgencia licet dici soleat quia sitis deus omnia dura po-
suit. modum habet et si fuerunt qui Platonis auctoritate ea passim
crediderint hauriendam Claudius arguitur vini nimio sui convincitur com-
titisse. Certum est utrosque eorum vini laudasse usum quod et naturam
roborat. et ingenium acuit. et ad res gerendas animum remissius acuit
attendit. At Platonem inter ieiunia. et modesta pocula iocundiorem
liberaliorem quoque invitacionem probasse fideliter traditur que fieret sub quibus-
dam quasi arbitris sobriis scilicet magistris conviviorum. Et hoc est quod in primo
et secundo de legibus non inutile viris esse decrevit. Nam et modicis ho-
nestis quoque inter bibendum remissionibus refici integrarique animos. ad in-
stauranda sobrietatis officia constituant redditosque sensim leciores ad
intenciones rursus capescendas fieri habiliores. et simul si qui peni-
tus in hiis affectionum cupiditatum quoque errores inessent quos celaret a-
loquium pudor reverens ea omnia sine gravi periculo libertate per vinum data
detegi et ad corrigendum medendumque fieri oportuniora. Atque hoc Pla-
to idem dicit non diffugiendas esse huiusmodi exercitaciones adversum
vini violenciam propulsandam. Neque ullum umquam continentem prorsus aut
temperantem satis fideliter visum esse cui vita non inter ipsa errorum pericu-
la et in mediis voluptatum illecebris explorata sit. Nam cui licencia gra-
cie quoque omnes conviviorum incognite sit. si eum forte ad participanda huiusmodi
voluptates aut voluntas tulerit aut casus induxerit aut necessitas im-
pulerit mox deliniri et capi neque mente eius animum quoque consistere. Con-
grediendum igitur et tamquam in acie quadam cum voluptatibus rebus
cumque ista vini licencia quo minus addecernendum. ut adversus eos non
fuga nec absencia simus tuti. sed vigore animi et constanti presencia

moderato quoque usu temperantia continentiaque tueamur et calefacti simul
refotique animo si quid in eo vel frigide tristicie vel torpentis verecundie
fuit abluamus. Potest auctoritas platonis movere quam plures sed michi
minus arduus et temerarius infirmioribus animis videtur cum
bacho nimis et cum quavis voluptate congressus. Si loth vir iustus
et dignus qui de sodomorum eripitur incendio impellente vini stimu
lo corruit in incestum si noe femora denudavit fide et perseverancia
boni subtractus diluvio. Alter reparacionis generis pater et salutis opifex. quis
tuto congreditur nisi forte se ipsum tantis ducat patribus preferen
dum. Ut tamen platonis non reluctem edicto congredi cum volupta
te sit fortius dum tamen tucius sit fugere et illius declinare con
flictum. Nec michi quemquam meminisse de provocatoribus voluptatum
quem non legerim cecidisse. Eo forte spectant figmenta poetica que
virgines sine furore tu sacra non recolunt nec erubescunt sacra bachi
cruore parricidiis et multiplicibus flagiciis maculare. Est preterea non
minus observandum ut instruende familie et domus regende cura et
similis obsequii moderacio. uni alicui demandetur ne quid ineptum
et imparatum appareat ne quid stupendum aut erubescendum emergat
ne dum oportet ad se gerendorum renovare sollicitudine. et ut dici so
let quasi in humeris portare convivas. Nocet eciam convivia qui tenuis
esse voluerint consiliandi consuetudine. Ubique secreti faciendi moram
eo quod in conviviis id est in iocundo amicorum convenientium cetu debent omnia ce
rnida. et in amore et fide nichil debet esse absconditum. Sed si fieri pos
set oculos in pectora sua nunc mutuo transferre conspectu. Nullus
enim locus aptitandis consiliis. aut vix ullus ineptior est. Sicut qui
dem verba secreta solent assidentibus conclusis esse molesta. Nam ipsa
conclusio habet ymaginem diffidencie. Sed in hiis que palam dicuntur
fideliter concipiendum erit. quod in primo libro de analogia scripsit. gaius clau
dius cesar vir excellentis ingenii magneque prudencie. Tamquam scopu
lum navite fugiunt. sic fugiendum est infrequens atque insolens verbum.
Et quidem numerum caminarum expresserunt antiqui ut nec pauciores
essent quam gracie sue claudunt ternario. nec plures quam muse id est nove
dut in summa graciarum et musarum. compleverunt numerum a duo decenario as
cendentes. Obtinuit tamen apud eos qui veteres intuentur ut in hiis as
sciam patrifamilias latissime pateat.

Sicut ergo sobrietas
in conviviis necessaria est ita
rebus omnibus necesse est adesse

De molestiis et oneribus coniu
giorum secundum Ieronimum et alios philozo
phos et de pernicie libidinis. et de mulier
e ephesine et similium fide Capitulum 11

modestiam Si quid de saturitate libido de libidine in immundiciam et tal
tiplex pruriens generat at cum illis nichil nisi dolor penitudinis sequitur
et bene agitur cum ineuntibus si fructuosa sit penitudo Unde hebeta
ti cordis videtur qui sine completione libidinis diffinit perfectam non esse
voluptatem Tradunt hoc sensisse epicurum sed quod egregius gramaticus
suus tam in immundam et tam funestam vocem nullum philosophorum arbitror
placuisse ne dum epicurum qui tantus fuit ut inter philosophos propriam fecit
sectam Sunt eius auctore Seneca egregia multa que passim sunt
apud philosophos inveniuntur et pro parte compressa sunt et congesta in libro
quem de vestigiis sive de dogmate philosophorum inscribit Helluonum sensus nunc
cerati videtur amencia potius quam sentencia philosophi et est certe asello
cui insidebat brutior cum hoc nequiciam potuit suadere Idipsum forte in
nuunt figmenta gentilium que de lecto Veneris vino estuante aliis nature
obtemperantibus et quiete fessa recreantibus corpora lovide preceteris cap
tum referunt et tandem cum omni irrisione quem nec etas nec vere
cundia refrenabat asinum sui ruditu revocatum Primus ergo voluptas
libidinis turpis ea contempta que consistatur federe coniugali et indulte
licencia beneficio quamquam erubescentie potest in esse abscondit Unde et
nuptie a nubendo dici maiores tradiderunt quia pudenda humane infir
mitatis nubit id est abscondit ut ait nonius marcellus indulgencia legis
Insolevit etiam consuetudo ut quos matrimonii ecclesie iungit
auctoritas pallio velentur altaris aut alio ab ecclesia constituto ut thorum
quem ipso conciliante construit sit in fide castitatis fragilitatis sue ma
culas contegat ut totum sit probri aut confusionis ignarum Prefe
runtur faces lampades et luminaria accenduntur quia geminum thorum
cum palam et non sua urgente libidine sed honesta consenciente volunta
te sternuntur decus bonum coniugalis illustrat Nam et ymeneus lucem dat
et alare faleratus pharetratus puer cupido furtiva succendens flammam la
tebras et angulos querit Licet autem honesta sit et utilis copula ma
ritalis angustie quam fecundior est Parit enim cum dolore vel filios
vel aliquem producit fructum quem non amaritudo precedat aut sequatur
Unde referente valerio socrates humane sapientie quasi quoddam terrestre
oraculum ab adolescentulo quodam consultus utrum uxorem duceret an se
omni matrimonio abstineret Respondit eum utrum eorum fecisset acturum penitentiam
hic te inquit solitudo hic orbitas hic generis interitus hic heres alie
nus excipiet Illic perpetua sollicitudo contextus querelarum dotis exprobra
tio affinium grave supercilium garrula socrus lingua subsessor alieni

matrimonii metus liberorum eventus. Non passus est innecti nec textum
verum apparuit quasi lete matrone facie delectum ¶ Concinit in hunc modum
totus vetere philosophorum chorus, ut si qui christiane religionis abhorrent rigo
rem distant vel abstinentie castitatem. Non tamen quod coniugali detrahat cas
titati sed tricesimum aut sexagesimum fructum licet de radice tricesimi oriatur
unum ne arbitror tricesimus componendum. Zeno Epicurus Aristotiles Ari
stolaus et epicureorum quamplurimi tradiderunt posteris. Hanc publicasse sententiam
fertur auctore Ieronimo aureolus Theofrasti liber de nuptiis in quo que
rit an vir sapiens ducat uxorem. Et cum diffinisset si pulchra esset
si bene morigerata si honestis parentibus si ipse sanus et dives sit sapien
tem aliquando inire matrimonium statim intulit. Hec autem raro in nuptiis
universa concordant. Non est igitur uxor ducenda sapienti. Primum enim impe
diri studia philosophie nec posse quemquam libris et uxori pariter inservire ¶ Multa
esse matronarum usibus necessaria pretiose vestes aurum gemme sumptus
ancille supellex varia lectice et esseda deaurata. Deinde per totas noc
tes garrule questiones. Illa ornatior procedit in publicum. Hec honoratur
ab omnibus ego in conventu feminarum misella despicior. Cur aspiciebas vi
cinam. Quid cum ancillula loquebaris. De foro veniens quid attulisti. Non
amicum habere possumus non sodalem. Alterius amorem sui odium suspicatur.
Si doctissimus preceptor in qualibet urbium fuerit nec uxorem relinquere
nec cum sarcina ire possumus. Pauperem alere difficile est divitem fer
re tormentum. Adde quod nulla uxoris electio sed qualiscumque obvenerit haben
da. Si iracunda si fatua si deformis si superba si fetida quicquid vitii est
post nuptias discimus. Equus asinus bos canis et vilissima manci
pia vestes quoque et lebetes sedile ligneum calix et urceolus fictilis pro
bantur prius et sic emuntur. Sola uxor non ostenditur ne ante displi
ceat quam ducatur ¶ Attendenda est semper eius facies et pulchritudo eius
laudanda ne si alteram aspexeris se estimet displicere. Vocanda domina ce
lebrandus natalis eius iurandum per salutem illius ut sit superstes optandum
honoranda nutrix eius et gerula servus patrinus et alumpnus et for
mosus assecla et procurator calamistratus et in longam securamque libi
dinem exsectus spado sub quibus nominibus adulteri delitescunt. Quoscum
que illa dilexerit ingratis etiam amandi. Si totam ei domum regendam commise
ris serviendum est ¶ Si aliquid tuo arbitrio reservaveris fidem sibi haberi
non putabit et in odium vertetur ac iurgia et nisi cito consulueris para
bit venena. Anus et aurifices et ariolos et institores gemmarum sericarum
que vestium si intromiseris periculum pudicitie est. Si prohibueris suspicionis

nus iniuria. Verum quid prodest etiam diligens custodia cum uxor servari
impudica non possit pudica non debeat. Infida enim custos est castita
tis necessitas et illa vere pudica dicenda est cui licuit peccare si voluit. Pulchra
cito adamatur feda facillime concupiscit. Difficile custoditur quod plures amant.
Molestum est possidere quod nemo habere dignetur. Minore tamen miseria de
formis habetur quam formosa servatur. Nichil tutum est in quo totius populi
vota suspirant. alius forma alius facetiis alius laudabili ingenio alius
liberalitate sollicitat. Aliquo modo expugnatur quod undique incessitur. Quod si propter
dispensationem domus et languoris solacia et fugam solitudinis ducuntur
uxores. multo melius dispensat servus fidelis obediens auctoritati domini
et dispensationi eius obtemperans quam uxor que in eo se estimat dominam. si
adversus virum facit voluntatem id est quod placet non quod iubetur. Assidere autem
egrotanti magis possunt amici et vernule beneficiis obligati quam illa que
nobis imputet lacrimas suas et hereditatis spe vendat illuviem et sollicitu
dinem iactans. languentis animum desperatione conturbet. Quod si langueret
coegrotandum est. et numquam ab eius lectulo recedendum. Aut si bona fuerit
et suavis uxor. que tamen rara avis est cum parturiente gemimus cum
periclitante torquemur. Sapiens autem numquam solus esse potest. Habet secum
omnes qui sunt. quique umquam fuerunt boni et animum liberum quocumque vult
transfert. Quod corpore non potest cogitatione complectitur. Et si homi
num inopia fuerit loquitur cum deo. Numquam minus solus erit quam cum
solus fuerit. Porro liberorum causa uxorem ducere. ut vel nomen nostrum non
intereat vel habeamus presidia senectutis et certis utamur heredibus stolidissi
mum est. Quid enim ad nos pertinet recedentes e mundo si nomine nostro alius
non vocetur cum et filius non statim patris vocabulum referat et innumera
biles sint qui eodem nomine appellentur. Aut que senectutis auxilia
nutrire domi qui aut prior te forte moriatur aut perversissimis moribus
sit aut certe cum ad maturam etatem venerit tarde ei videaris mori. Here
des autem meliores et certiores sunt amici et propinqui quos iudicio eligas
eligas. quam quos velis nolis habere cogaris. licet certa hereditas sit dum ad
vivis bene uti substantia tua. quam tuo labore quesita in incertos usus
relinquere. Hec et huiusmodi theofrastus. que vel sola matrimoniorum angu
stias. et calamitates conquisite dulcedinis sufficiunt complanare. Grate
fertur dixisse clodius quia improbe vestium accusat. qui iterum nau
fragium facit. At non illud ineleganter dicetur quia impie venerem
causatur adversam qui pudicam ducit uxorem. Nec enim ei compatietur qui

semel solutus a vinculis revolat ad Athenas. Plane indignus est li-
bertatis honore et quiete qui ad potissimum servitutis revertitur ingenium. Unde
monstris simile est quod hi qui non modo philosophie sed et religionis sibi ven-
dicavit nomen arceri nequeunt ab amplexibus mulierum. Sepe etenim
qui antequam nomen profitetur alterutrum si tamen hec religio scilicet et philosophia
numerum faciunt cum sine religione nemo recte valeat philosophari continentis-
sime vixit cum in aliquem gradum promotus est nactusque quiete sive
et sive deliberationis acumen sed et in eligenda uxore vel ducenda aut
quod nequius est alienorum matrimonia sollicitare et corrumpere non veretur.
Erumpit etiam in verecunda intemperies mulierum quia ut scribit Hero-
dotus mulier cum veste deponit et verecundiam. Erumpit inquam impu-
dens et in facie erubescentium populorum genialis thori revelat et
denudat archana de mariti frigiditate conqueritur allegans hanc suf-
ficientem et evidentem repudii vel divorcii causam quod seminis est et
inutilis matrimonio qui non est promptus ad coitum. Eleganter qui-
dem Gaufridus de Heremi villa familiaris meus unius talium in
causa huiusmodi confudit audaciam. Cum enim ei patronus datus
esset a iudice celebrato ut putabatur divorcio et mulier generosa
audientibus amicis et suffragatoribus advocato ut sit diligencius
merita cause sue proponeret scrutatus est ab ea vir prudens an alium
virum quemquam sciret hinc. Quod cum illa negasset quesivit iterum an adhuc
virgo esset dicens hoc sibi inquisitu et scitu pernecessarium ne a distric-
to iudice aliqua occasione insinuatione caperetur. Illa vero hoc verecunde cir-
co quod sibi non bene credebatur asseruit. Et ille an sibi de nocte dormie-
ntes consueverint et se invicem osculari et amplexari maritus et ipsa
inquisivit. Que omnia cum illa fateretur. Unde ergo inquit patronus
noster virgo pudicissima prudentissima et pudoratissima quod efficaciter
tecum non impleverit virum et totius matrimonii iura persolverit. Quis
te docuit quid sit coitus ut cum tecum coisse neges inter tot oscula
tot amplexus qui te prohibuit quotiens voluit pertractavit licencia ma-
ritali. Nam et quedam animalia certum est semine osculando
inserere. Alia se tenuiter tangendo concipiunt. Sunt que suo gravidate
calore ab aere temperato impregnantur et pariunt. Hic illa tandem
erubuit. Hoc solum dicens se quid ad huius captiones responderet non
habere. Sed bene cum philosophantibus vel cum clericis agitur quod nemo eorum
frigidus aut in iudicio perfusus huius macula. Cicero rogatus ut post
repudium Terencie sororem Hircii duceret omnino facere supersedit dicens
non posse et uxori et philosophie pariter operam dare. Philippum regem Mace-

dom[ue] contra que demostenes philippica tonabat interueniente commore
lucubrationum uxor conclusit irata quam conclusus tacuit et iniuriam suam
usu tragico consolatus est. ¶ Gorgias rethor librum pulcherrimum de con
cordia grecis tunc inter se dissidentibus recitauit olimpie. ¶ Cui me
lanthius inimicus eius hic nobis inquit de concordia precipit qui se et uxo
rem et ancillulam tres in una domo concordare non potuit. ¶ Emula
batur quippe uxor eius ancille pulcritudini et castissimum virum cot
tidianis iurgiis cogitabat. Unde ut cesset inuidia et queres matrimo
niis reformetur dicioribus in consuetudinem versum est ne quam in domo
habeant pulcriorem. ¶ Socrates dum duarum uxorum iurgia vellet re
primere in eum nouissime verterunt impetum et male mulctatum
fugienteque diu persecute sunt et a palacio in quo morabatur post modi
cas prosiderunt. ¶ In muliebrem leuitatem ab auctoribus passim multa
scribuntur fortasse falso interdum finguntur plurima. nichil tamen impe
dit ridentem dicere verum et fabulosis narrationibus. quas philo
zophia non renuit comprimere quid obesse possit in moribus. ¶ Ephesi
enim liquet quam fatile aduent quanta acervit leuitate. quam tanti ablusi
tum affectum et nature inmemores medium infidos amant inter
dum in miseria sua. ¶ Sunt alique pudicissime licet satiricus dicat
quam rara auis in terris nigroque simillima cigno. mulier comparte ca
stitatis. et tragicus nullam esse feminam tam pudicam que non pereg
na libidine usque ad furorem incendatur. ¶ Matrona quedam referente pe
tronio effesi tam note erat pudicicie ut vicinarum quoque gentium femi
nas ad spectaculum sui euocaret. ¶ Hec ergo cum virum extulisset non
contenta vulgari more funus prosequi crinibus sparsis et turbatis
aut nudatum pectus in conspectu frequencie plangere in conditorium etiam
prosecuta est defunctum positumque in hypogeo greco more corpus
custodire ac flere noctes totis noctibus diebusque cepit. ¶ Sic affictan
tem se ac mortem inedia persequentem non parentes potuerunt abdu
cere non propinqui. ¶ Magistratus ultimo repulsi abierunt. ¶ Complora
ta que singularis exempli femina ab omnibus quintum iam diem sine alimen
to trahebat. ¶ Assidebat egre fidissima ancilla simulque et lacrimas commen
dabat lugenti et quotienscumque defecerat positum in monumento lumen
renouabat. Una igitur in tota ciuitate fabula erat solum illud affulsisse
verum pudicitie amorisque exemplum. omnis ordinis homines confitebantur.
¶ Cum interim imperator prouincie latrones crucibus iussit affigi secus illam
casulam in qua recens cadauer matrona deflebat. ¶ Proxima ergo nocte cu

de fidelitate uxoris

miles qui cruces servabat ne quis ad sepulturam corpus detraheret notas-
set sibi et lumen inter monumenta clarius fulgens et gemitum lugentis
audisset vicio gentis humane concupivit scire quis aut quid faceret Descendit
itaque in conditorium visaque pulcherrima muliere primo quasi quodam monstro infernis-
que imaginibus turbatus substitit Deinde ut et corpus iacentis aspexit
et lacrimas consideravit faciemque unguibus sectam ratus scilicet id quod erat desiderii
extincti feminam pati non posse attulit in monumentum cenulam suam cepitque
hortari lugentem ut perseveraret in dolore supervacuo ac nichil profuturo gemi-
tu pectus diduceret Omnium eundem esse exitum et idem domicilium et cetera quibus ex-
ulcerate mentes ad sanitatem revocantur At illa ignota consolatione percussa
laceravit vehementius pectus ruptosque crines super pectus iacentis impo-
suit Non recessit tamen miles sed eadem exhortatione temptavit dare
muliercule cibum donec ancilla vini odore corrupta primum
ipsa porrexit ad humanitatem invitantis victam manum Deinde refecta
potione et cibo expugnare domine pertinaciam cepit et quid proderit inquit hoc
tibi si soluta in inedia fueris si te vivam sepelieris si antequam fata poscant
indemnatum effuderis spiritum Id cinerem aut manes credis curare sepultos
Vis tu rerum facere volentibus fatis contradicere Vis discusso muliebri
errore quam diu licuerit lucis commodis frui Ipsum te iacentis corpus admo-
nere debet ut vivas Nemo invitus audit cum cogitur aut sumere
cibum Itaque mulier aliquot dierum abstinentia sicca passa est frangi per-
tinaciam suam Nec minus avide replevit se cibo quam ancilla que prior
victa est Ceterum scitis quid plerumque temptare soleat humanam satie-
tatem Quibus blandiciis impetraverat miles ut matrona vivere posset
vellet eisdem etiam pudicitiam eius aggressus est Nec deformis aut
infacundus iuvenis caste videbatur ancilla gratiam conciliante ac sub-
inde dicente placito ne etiam pugnabis amori Nec venit in mentem
quorum consederis arvis Quid diutius moror Ne hanc quidem partem cor-
poris mulier abstinuit victor quoque miles utrumque persuasit Iacuerunt
ergo una non tantum illa nocte qua nuptias fecerunt sed postero eti-
am ac tercia die preclusis videlicet conditorii foribus ut quisquis ex notis ig-
notisque ad monumentum venisset putasset expirasse super corpus viri pu-
dicissimam uxorem Ceterum delectatus miles et forma mulieris
et secreto quicquid boni per facultates poterat coemebat et prima statim nocte
ferebat in monumentum Itaque unius cruciati parentes ut viderunt laxatam
custodiam detraxerunt nocte pendentem et supremo mandaverunt officio
At miles circumscriptus dum desidet ut postero die vidit unam sine cadave-
re crucem veritus supplicium mulieri quid accidisset exponit Nec se expecta-

tatiorum iudicis sententiam. sed sed gladio ius dicturum ignavie sue quemdam modo pretium locum providet et facile conditorium. famulari ac viro facere

¶ Mulier non minus misericors quam pudica nec istud dii sinant. ut eodem tempore duorum michi carissimorum hominum duo funera spectem. Malo mortuum impendere quam vivum occidere. secundum hanc orationem iubet ex archa corpus mariti sui tolli atque illi que vacabat cruci affigi. Usus est miles ingenio prudentissime femine. Posteroque die populus miratus est. qua ratione mortuus isset in crucem. Eam hystoriam aut fabulam. quam hiis verbis refert Petronius pro libitu appellabis ita tamen quod facto accidisse effesi et Flavianus auctor est. Mulierem que tradit impietatis sue et sceleris parricidalis et adulterii luisse penas.

¶ Non quidem solus est in mulierum ineptiis ridendis aut comprimendis Petronius. Scribit beatus Ieronimus quia tote Euripidis tragedie in mulieres maledicta sunt et quod Epicurus quamquam Metrodorus discipulus eius Leontion habuit uxorem raro dicit sapienti ineunda coniugia quia multa incommoda admixta sunt nuptiis.

¶ Et quomodo divitie et honores corporum sanitates et cetera que indifferentia nominamus. nec bona nec mala sunt. sed velut in meditullio posita. usu et eventu vel bona vel mala fiunt ita et uxores sitas in bonorum malorumque confinio. Grave vero esse viro sapienti venire in dubium utrum bonam an malam ducturus sit. Si ergo tanta est molestia nuptiarum que procul dubio bone sunt et a domino institute ut eas sapiens reformidet quomodo non demens quisquam approbet voluptatem. que illicita est et tota versatur in sordibus quam homines culpant. et deus procul dubio condempnabit.

Nata

¶ Nam cum hee due voluptates scilicet gule et veneris quodammodo vicinorum sit. altera parti inmundiciam altera et parti videtur habere fetorem. ut enim pudicitia inter virtutes eminet. sic petulantia in viciis alucissima est. et cum illa utrumque deceat sexum muliebrem tamen magis exornat. Si quidem doctissimi viri vox est pudiciciam in primis esse retinendam qua amissa omnis virtus ruit. Hac muliebrium virtutum principatus est. Hec pauperem commendat divitem extollet deformem redimit. exornat pulcram.

¶ Hec ne vincatur de maioribus nec de matre erubescendum nec de patre dubitandum est. Bene in primis dispere. quam a continencia alicui corpus vendat. Captivitas nulla maior calamitas est quam ad alienam libidinem trahi. Viros consulares illustrat eloquentia in nomine eternum transfert gloria militaris triumphos quoque nove gentis consecrat. Multa sunt que preclara ingenia nobilitant. Sed mulierum proprie virtus pudicitia est. Ieronimus testis quod antequam religio christiana fulgeret in mundo mulieres

semper habuisse inter matronas decus. Pellas fortune muliebri sacra fieri
solitum nullum sacerdotum bigamum nullum flamine re maritum. Ierophan
tas quoque atheniensium dicitissime cicute sorbicione castrari. et postquam
in pontificatum fuerint allecti. viros esse desinere. Sed in immensum pagina pro
tenderetur si ea perstrinxero. que in hac parte virgilii oratores comici. satirici
poete ut de philosophis ethnicis et theologis taceam prodiderunt. Sed tamen vel ad
istas arbitror suffecisse. ad hanc non dico maliciam delendam aut reprimendam
sed vel ad componendam. Hec dixerim quod multi sunt corrupti. quia vel melior pe
dibus sileri. quem contigit alterum quam sine finem que finem vehitur cer
nere finem. hoc in iniuriam mulierum dictum malicia calumniabitur. Nichil enim
melius nichil utilius muliere pudica nichil corpore que possunt contagia
vel continentiis hiis qui continere non possunt aut nolunt. Sed dispiciendum
est ab hiis laudem sperare que veniam veritatis merentur quam coniugium si ta
men moderationis bono fuerit temperata alioquin non venia sed pena. Sed quoniam
ma utrumque libidinis maculam prosequitur nisi forte decorus habendus sit
qui in hircum transformetur aut suem. De brutis et insensibilibus quidam
appetunt conformari. et quanta humanitate cum servis vivendum sit et

Nullis utique animantium generi detrimentum reliquorum sensuum voluptate 12
veneris conformant qui summum bonum vite in gustandi et tangendi
voluptate. ne dicam luxuria posuerunt. Ceterum hec aliorum sensuum luxu
riam non excusat cum manifesta sit humane dignitatis abiectio si non
hirco aut sui. sed leoni aut pardo. sed panthere aut satiro sed pavoni philo
mene aut psitaco. sed cuicumque brutorum aut insensibilium studeat coequari
si quidem ad angelicam puritatem veritas aspirabit qui in ea creatus est dig
nitate originis. ut in tumulo vere et eterne beatitudinis perfectam auge
re possit et conservare. Nam et patrum incontusa sancxit auctoritas
quia nature humane mentis solus deus dignior est. et quod omnia fecit. que hu
manus miratur error. ut hominum famulent. alios facta sunt. qui hominem
fecit. ut eternitatis et beatitudinis sue participem faceret. Dominus ergo dominum
presidentis non vilipendat arbitrium. si sui vilem et abiectam affectat
conditionem. Non tamen quod servos dicam habendos esse contemptui nisi
similibus viciis inuat. Sicut enim vera et vivida libertas est servire vir
tuti. et eius complere officia ita unica et singularis servitus vitiis subiuga
ri. Errat plane quisquis alicuius conditionem alterutram opinatur atte
dere. Si quidem omne hominum genus interius. simili abortu surgit eisdem
constat et alitur elementis eundem spiritum ab eodem principio carpit. Eo
fruitur celo. eque moritur. eque vivit. unde et pretextatus in saturnalibus
evangelum respiciens hiis utitur argumentis. Servi inquit sunt. Immo ho

nunces. Servi sunt ymo conservi Si cogitaveris. tantudem in utroque licere
fortune. tam tu illum videre liberum potes. quam ille te servum. Nescis qua
etate. Ecuba servire cepit qua Cresus qua Darii mater qua Dyogenes qua
plato ipse. Postremo quid ita nomen servitutis horremus Servus est quidem
sed necessitate. sed fortasse libero animo servus est. Hoc illi nocebit si ostende
ris quis non sit. Alius libidini servit alius avaricie alius ambicioni omnes
spei omnes timori. Et certus nulla servitus turpior. quam voluntaria. At
nos iugo a fortuna imposito subiacentem tamquam miserum vilemque calcamus
Quod non nos nostris cervicibus inferimus non patimur reprehendi Invenies
inter servos aliquem pecunia fortiorem Invenies dominum spe lucri oscula alienorum ser
vorum manibus infigentem Non ergo fortuna homines estimabo sed
moribus. sibi quisque dat mores condicionem casus assignat Quemadmodum
stultus est qui empturus equum non ipsum conspicit sed stratum eius ac
frenos sic stultissimus est qui hominem aut ex veste aut ex condicione
estimandum putat Non est mi evangele. quod amicum tantum in foro et in
curia queras si diligenter attenderis invenies et domi ¶ Tu modo vi
ve cum servo clementer comiter quoque et in sermone illum. et in necessarium. no
numquam admittit consilium Nam et maiores nostri omnem dominis invidiam ser
vis contumeliam detrahentes. dominum patrem familias servos familiares
appellaverunt Colant ergo te potius servi tui. mihi crede quam timeant
nec tibi parum videatur esse quod diis satis est Nam qui colitur etiam amatur
Nec potest amor cum timore misceri Unde eum putas arrogantissimum
illud manasse proverbium quod iactatur totidem nobis hostes esse quot servos
¶ Non habemus hostes illos. sed facimus cum in illos superbissimi contumeliosis
simi et crudelissimi sumus. ad radicem rabiem nos cogunt venire delici
e. ut quicquid non ex voluntate videant iram furoremque promoveat Domi
cum nobis animos induimus tyrannorum et non quantum decet sed
quantum licet exercere volumus in servos ¶ Nam ut cetera crudelitatis
genera preteream sunt qui dum se mense capiunt. et aviditate distendunt
circumstantes servos. movere labra. nec in hoc quidem ut loquantur permittunt
Virga murmur omne compescitur et ne fortuita quidem verberibus ex
cepta sunt Tussis sternutamentum singultus magno malo luitur Sic
fit ut isti de domino loquantur quibus coram domino loqui non licet At
ille non tantum presentibus dominis. sed cum ipsis erat sermo. quorum os non con
suebatur. parati erant pro domino porrigere cervicem. et periculum
imminens in caput suum vertere In conviviis loquebantur sed in tormentis
tacebant ¶ Hec per textatus. et de fide servorum multa et preclara sub
iungit et que essent inquinamentis nobilitate sanguinis gloriosa et cum mis

mutanda Nichil enim decorum est quod non natura prosiluerit et se
nunc turpitudo et vitium infausto auditu tuens scribunt. Insolet autem
solo inmiciorum impulsu quorumque prolabitur ut corpus se deiciat. et deroneat
servituti. quibus natus est imperare. Qui ad spectacula confluunt aut
evocant ad se spectacula inhonesta aut se ipsos affectatis nugis vo
lunt esse spectaculo insipientium. qui hic lenocinia vanitatis recte
sapienti placere non possunt oculorum capiuntur illecebris. et licet iuci
us eludantur convincunt tamen. ad dignitate condicionis sue. et ad eam
quam diffitentur similem velabuntur. Quid ergo aliud faciunt mimi hy
striones parasiti. et huiusmodi monstra hominum nisi quod in captam conveniat
felicium servitutem. Sed et illi qui oculis capiuntur. licet auditu sen
sus purissimus. et defecatissimus sit. serviunt quidem inquo tamen
sumuntur vicioni si alias non prevaleant vicia. Nam alii olfactu impo
aliquis animo capitur. nisi forte lothophagum imitat. Non aliquid
adversus cantores aut musicos struo cum teste quintiliano valeriano
valerio flaviano et aliis multis. socrates etiam in senectute didice
rit musicam credens si musica deforet. sibi cumulum sapientie defu
turum. Pauca tamen nimium accupari. citra philozophicam gravitatem
est. Quid enim virum decebit sapientem. presertim quod etiam in spon
muliebri turpitudinis non effugit notam. Nam et salustius sempro
niam reprehendit. non quidem quod saltare et psallere. sed quod optime scie
rit. Ait enim psallere sed quod optime scierit Aut saltare elegantius
quam necesse est probe. Optime tamen cantare. si citra levitatem pos
set haberi plane desiderabile est. In omnibus enim que simpliciter corpo
tibiliaria sunt. Sed admittis possunt non nulla esse suspecta. lucius
silla. vir tanti nominis. optissime optime cantasse traditur. sed do
tem libidinis et crudelitatis nota perstrinxit. Catonem quoque visum
est bene cantare non seriis hominis esse. Unde numerorum marcum se
natorem non ignobilem cetilium spatiatorem et fescennium notat
cumque statiunculos dare hiis ubus ait. Descendit de cantero inde sta
tiunculos dare ridicularia fundere et alibi preterea cantat nisi collubuit
interdum grecos versus agit iocos dicit voces dimittit statiunculos
dat. Porro illa voluptas auribus grata est honestati que virtus
est amica. aut non est conscia turpitudinis. Oculorum vero voluptas
hystriones introduxit et mimos quos et stipis affricanus emilianus
in oratione contra legem iudiciariam tyberii grata non mediocriter repre
hendit. Docent praestigias inhonestas cum cinedulis et sambucis

psalterioque eunt in ludum hystrionum discunt cantare que maiores
nostri ingenuis probro ducier voluerunt. eunt inquam in ludum saltatorium
inter cinedos virgines puerique ingenui. ¶ Hec cum michi quispiam narra-
bat non poteram animum inducere ea liberos suos homines nobiles docere.
Sed cum ductus sum in ludum saltatorium plus medius fidius in eo ludo
vidi pueris virginibusque quingentis. In hiis quod me rei publice maxime misertum
est. vidi unum filium petitoris puerum preillatum non minorem annis xii. cum
crotalis saltare. Croton grece pulsus dicitur et inde cimbala sic dicuntur sic
dicitur et musicum notat instrumentum quod in sono vocem ciconie imita-
tur. Nam ipsa apud egiptios crotalus appellatur. Crotala quoque dicuntur
sonore specule que quibusdam granis intra positis pro quantitate sui
et specie metalli varios sonos edunt. Quam saltacionem impudicus ser-
vulus honeste saltare non posset. ¶ Patet ergo quanto affectu ingemu-
erit Affricanus quod vidisset cum crotalis saltare filium petitoris id est candi-
dati. quem ne spes quidem et racio adipiscendi magistratus quo tempore se
suosque ab omni probro debuit vindicare potuerit coercere quominus
faceret quod scilicet turpe non habebatur. Nam et ab eo tempore quo optimis
moribus in urbe vivebatur scilicet inter duo bella punica ingenui filii se-
natorum in ludum saltatorum commeabant et illic crotala gestantes sal-
tare discebant. Adeo quidem ut ab heroibus comminis. nequaquam arceretur
saltatorius ludus. Nam et socraticum symposium ab auctoritate philosophorum
qui illuc convenerant celebre est. et tamen non defuit qui sub illorum super-
cilio peteret saltriam intromitti. ut puella supra naturam mollior ca-
nora dulcedine et saltacionis lubrico exerceret illecebris philosophantes. Ceterum
hystriones non inter turpes habitos Cicero auctor est. qui sicut Furius
Albinus refert. Roscio et Esopo familiariter usus est. Adeo quidem ut res
racionesque eorum sua solercia tueretur. Quod tum aliis multis. tum epistolis
eius declaratur. Nam illa oracio celebritate sui innotuit in qua populum roma-
num obiurgat. quod Roscio agente tumultuaret. Et quidem constat cum
ipso histrione certare solitum utrum ille sepius eandem sentenciam va-
riis gestibus efficeret an ipse per eloquentie copiam sermone diverso pronunciaret.
Que res ad hanc artis sue fiduciam Roscium abstraxit. ut librum con-
scriberet quo eloquenciam cum hystrionia compararet. ¶ Hic est Roscius qui
etiam karissimus Sille fuit et anulo aureo ab eodem dictatore donatus
est. Tanta autem fuit gracia et gloria ut mercedem diurnam de publi-
co M. denarios sine gregalibus solus acciperet. Esopum quoque ex pari ar-
te ducenties sestercium reliquisse constat. Sed utinam si histriones videntur

ob auctoritatem Ciceronis et predictorum heroum incertum sapientiam ad
intendi. Eligantur Rosciis similes et Esopis qui et si non fatere quod ta
men illi noverant vel intelligere libros sciant et amatores sint potius
quam impugnatores litterarum quas nemo umquam sapiens aut bonus odio
habuit. Ciceronem refert Valerius litteras contempsisse et in contemptu ipso
fuisse fontem habundantissimum litterarum ob hoc forte quod studium omnibus
negotiis postponebat. Nam insistit eis etiam dum eas contempsit ipse
quod contemptus Ciceronis multorum studio studiosior est. Non facile tamen cre
diderim ad hoc quemquam impelli posse litteratum ut hystrionam profitea
tur licet facile inveniantur qui plurima quas non pudet agere et imple
sordidum hystrione. Bestus siquidem compromittit verum utilitate deducta
fertur beatus Ambrosius tres a mensa clericos conclusisse quia ipsos incompo
sitos vidit turpe ducens honesto et gravi viro in eius consortio ali
quem incompositum inveniri. Et quidem hoc laude maiori dignum est quam
si ut alios laudaret admitteret. Licet autem aliqua sit voluptas oculorum
in talibus vix sine turpitudine concedi poterit vel admitti. Est et
illa voluptas in viro gravi notabilis contensa luxurie que ornatu
suo in pretio vestium aut colore aut forma aut usus novitate con
sistere opinatur. Ut enim ait Flaccus Maltinus tunicis demissis ambulat
est qui inguen ad obscenum usque facetus. Alter pollis lignicis brume hor
rores contundit et dum omnia gelu constricta rigent tenui sudat in
cyclade et illius delicias etiam bombicinus. Victus palmis aut pre
mit. Hic cappa tunicatior densatus pellibus et epitogiis. Clamidi pe
nulam superducit quasi inglobatus in orbem. Rotundari quam incedere magis
ydoneus est. Ille nunc utitur penula nunc caput exerit id solum agens
ut aliis dissimilis videatur. Ille tantas conquisita ornatus affec
tat immunditias ut nimio splendore cultus oppositum ad sordes videatur
accedere. Quidquid enim dedecet et quodammodo polluit aut potius compel
lit honestatem sordidum est et habendum in sordibus. Non tamen ar
guitur quod novitas introducat quia non omnes omnia possunt. Et est
cuius natura compegit unde alius honoratur. Aut quod omnino ferre non potest
hoc aut plerumque percepit observari. Ut quisque in omnibus fugiat notam
indicens omnium vitudinem ne sit reprehensibilis sermonis cautelam
ne sit contemptibilis habitui modestiam ne sit notabilis. Intempe
riam namque nota convincit. In hodiernum diem arguitur intemperies Hor
tensii a quo isti dealbati adhuc dicuntur Hortensiani. Non quod primus
sed quod precipuus talium fuerit adeo ut sufficerit ad notam seculi sui. Vir
utique alloquio conprofesso mollis et imperitum ponens omnem decorem
suum. Fuit enim vestitu ad immunditiem curioso et ut bene amictus

uet faciem querebat in speculo. Ubi se intuens togam corpori sic applicabat
ut rugas non forte sed industria locatas artifex nodus astringeret et sinus ex
composito defluens modum lateris ambiret. ¶ Is quondam cum incederet
elaboratus ad speciem college de iniuriis diem dixit quod sibi in angustiis obvius
offensu fortuito structuram toge destruxerat et capitale putavit quod in humero
suo locum ruga mutasset. Nichil tale sapientem decet aut virum probum.
Verum et matrone honeste et virgines nupture facilius et felicius ob dotem
forme tantum cultus sui sollicitudine erubescunt. Ridiculum utique est qua in
prudencia etatis iure vultus gestare decoros imo iuvenibus rapuere mares.
Quid ergo quod milites quid quod clerici. Sed quid hec omnia fallacis meretricis
fucum et maliciam imitantur. ¶ Quid ergo cum speculo nisi in eo casu quo
illud Platonem gestasse testis est Flavianus, ut videret in eo quantum pe-
grinacio studii fervor ac cuncti temporis processus etatis de naturali sta-
tu mutasset. Facies indicat que bona et mala fidelissime protestatur.
Hoc quidem egit ut sanaret aut vere relevaret naturam ne labore et
dieta insueta corrumperetur. ¶ Ut aut ad alia tūscamus, quis istorum qui
dotes virtutum affectat virtus esse dignatur, aut cui non prenderit in-
tor leo vellet esse aut pardus. Dicunt phisiologi quia lincis aut panthere
odorem animalia cetera sectantur, istos tamen qui unguentis et speciebus cete-
ris placant olfactum et provocant velle si possent non arbitror in pan-
teram aut lincem transformari. Non utique credam quod qui fatuorum induit sa-
tiras esse velit sed nec ille qui sericos pluunt. Pavones inse potiunt trans-
formare colores. ¶ Cantitant hii et totius musice melos in prominibus
compleant nemo eorum philomenam equabit aut psitacum. Homini ergo
indecens et probrosum est humane celsitudini si postposita dote sua in
qua prevalet ad alienas in quibus superatur aspiret. Verum si moderatio ad-
hibeatur in hiis interdum secundum voluntate versari sapienti non arbitror
indecorum ut sepe numero dictum est. Nichil decorum est sine modo. Nam
et ociari interdum sapienti familiare est non tamen ut virtutis est consta-
tium evanescat sed quo magis vigeat et quodammodo reficiatur. Sic quod Leli-
us et Scipio illud par amoris insigne simul lectitabant et sicut venus-
sianus eorum certissimus testis Scevola auctor est curulibus fatigati nego-
tiis pila ludebant. ¶ Idem quoque Scevola alee et calculis interdum vacas-
se traditur cum bene ac diu iura civium ceremoniasque deorum ordinasset.
Ut cum in rebus seriis Scevolam ita in lusibus hominem agebat, quem rerum
natura continui laboris patientem esse non sinit. ¶ Quid quod videt Socrates
qui nullam sapientie partem dicitur habuisse ignotam, ideo quod non erubuit
tunc cum interposita arundine cruribus suis cum parvulis filiolis ludens

ab Alcibiade visus est. Homerus quoque celestis vates ingenii non aliud
sensit. Vehementissimi Achillis manibus canoras fides aptando nisi ut e-
ius animum militare robur levi patris studio relaxaret. In summa hystrionia sal-
tatoriam et similia lenocinia opere levitatis aut turpitudinis est. Sed de-
lectare in eis nunc ad ocia nunc ad flagitia accedit. Si enim modeste fi-
at ad recreacionem subornandi licencia excusatur. Si ad lasciviendum
animum voluptate trahit nocivum. Facillime distinguunt loca temporis modi
persone et cause superius memorata districtio. Quamvis forte nimis revolvere
potest lingua liberior, sed etiam mens tanta revolucione nimis aut continuo
non potest. Hec est enim fons et origo tocius modestie, sine qua nichil
recte in officiis geritur. Ab hac alios alia decere vel dedecere certum est. Na-
m quod turpe bonus servo utroque decebit turpissimum. Precipuum ergo erroris est ad
fundamentum fame et glorie censum inutiliter in talibus que aut ociose
occupacionis sunt aut flagiciosa negocia. Profecto sic delinquentium
particeps est qui eorum lasciviam cohibet et auctor videtur esse luxu-
rie aliene, qui eam mavult sumptibus prosequi vel favore quam prosequi
increpacione adhibita et sumptibus denegatis. Sic quidem ambarum fit
auctor, quia qui talibus donat peccatum grande committit. Hoc enim facit
in eis unquam nequissimi sunt.

De frugalitatis commendacione et vicio quam licet in senectam, et quomodo frugalitas possit ab avaricie suspicione deviari. Capitulum

Luxuriam prosequi videor
ad laudem frugalitatis undique ab
insulis inepte invehentibus et indiscrete loquentibus. Istud publice clade subsa-
nnando ingeritur, quia frugalitas boni rumoris inscia est. Hii sunt qui
dum luxuriam vitare nolunt vel nequeunt, quicquid pro virtute dicitur ava-
ricie patrocinium putant. Certus quidem est luxuriam esse turpem nemo
ambigit, et licet frugalitas sit tamquam virtutum omnium bonorumque operum
origo laudabilis, non tamen omnibus placet, nec credunt avariciam ma-
licie fomite posse vitari nisi et frugalitas fugiatur. Semper in doctorum
hec opinio est. Ut enim ait ethicus, dum vitant stulti vicia in contraria
currunt, recedentes a medio viciorum que regio virtutis est. Sunt tamen qui-
bus frugalitas est inhibenda, ut parte quoque quorum natura proclivior est
ad avariciam. Sunt tamen quibus indicenda castigatius, ut qui sua prodi-
gunt et racione contempta effundunt, non discernentes quid usus sit vel
abusus. Unus quidem intemperanter usum esse. Servium Oppidium Canusinum
in ultimis elogiis cum filios peste contraria videret occupatos refert Ora-
tius. Semper tamen constat frugalitatem in bonis numerandam, ut parte illam
que Saturno regnante regna aurea temperavit et corporum omnia dispensa-
vit omnia officia. Hec est que Astream et pudiciciam interius diucius tenuit
donec eis invalescente luxu regnante Iove ad superos contigit evolasse. Nos

Hec fabula respicit ut sciamus sine frugalitate non posse iusticiam aut
pudiciciam conservari. Et quidem voracitas comedendi luxus concludit iusticiam
et coitus voluptas pudiciciam expellit. Aut enim Qui festinat ditari non
erit innocens. Illud tamen eludii nequaquam denigrat frugalitatis hono
rem. sed videtur potius commendare decorem. Constat enim nequaquam malum
esse. quod in patrocinium. et conciliationem similis virtutis assumitur. Et
fuscus color nigrum contemnat. et quod turgidum est nomine plenitudinis ho
noratur. Est autem frugalitas virtus moderatrix utendi que nec avide ministrat aut timide. sed ei tamen rarius constat impendere. Rebus
quidem sibi magis parcit. Nichil autem nimium subtrahit usui sed luxu
rie nichil omnino indulget. Et quidem diligentissima est. possunt adicere
dationem eius suffitos. que zeno. que socrates que plato que aristoteles. que om
nium philosophorum chorus de frugalitate servanda tradiderunt. sed quia hec
pervetusta sunt nomina aut eorum non sunt precepta celebria. ut seneca nos
audiatur. qui eam tantis laudibus effert ut quisquis. aliquid omnino adi
cere temptaverit ociari quam aliquid agere verius videatur. Sunt tamen
qui eum contempnere audeant quadam auctoritate freti sinum eorum no
bilitantes iudicium si ei detrahant qui enim plurimis placet ut apud indoc
tos eorum gloriam videant precedere quorum virtutem nequeunt. Desipere
tamen de se ipsis videntur qui quoscumque secuti non verentur eum quem
et apostoli familiaritate meruisse constat. et a doctissimo patre Ieronimo
in sanctorum catalogo positum. Ut tamen et de quibusdam possis iudicare
iudicia verba ipsius que scriptoribus cunctis in suggillacionem senece pro
sunt hec sunt. Ex industria senecam in omni genere eloquencie distuli propter
vulgatam falso de me opinione. qua dampnare eum et invisum quoque
habere creditus sum. Quod accidit michi dum corruptum et omnibus
viciis fractum dicendi genus revocare ad severiora iudicia contendo tum
iam solus hic fere in manibus adolescentium fuit. Quem non equidem om
nino conabar excutere sed potioribus preferri non sinebam. Quos ille non
destiterat incessere cum diversi sibi conscius generis placere se in dicendo
posse in quibus illi placerent diffideret. Amabant eum magis quam imitabantur
tantumque ab illo defluebant. quantum ille ab antiquis descenderat. Foret
enim optandum pares. ac saltem proximos illi viro fieri. Sed placebat
propter sola vicia. et adeo se quisque dirigebat effingenda que poterat. De
inde cum se iactaverit eodem modo dicere senecam infamabat. Cuius et
multe alioqui et magne virtutes fuerunt. ingenium facile et copiosum plu
rimum studii multa rerum cognicio in qua tamen aliquando ab hiis qui
bus inquirenda quedam mandabat deceptus est. Tractavit etiam omnem

scire studiorum materiam. Nam et orationes eius et poemata et epistole et dyalogi feruntur. In philosophia parum diligens. Egregius tamen insectator viciorum fuit. Multe in eo clare que sententie. multa etiam morum gratia legenda. Sed in eloquendo corrupta pleraque atque eo perniciosissima. quod habundabat dulcibus vicijs. Velles enim eum suo ingenio dixisse alieno iudicio.

Nam si aliqua contempsisset si parum non concupisset si non omnia sua amasset. Si rerum pondera minutissimis sententijs non fregisset consensu potius eruditorum quam puerorum amore comprobaretur. Verum sic quoque iam robustis et severiore genere satis firmatis legendum vel ideo quod exercere potest utrimque iudicium. Multa enim ut dixi probanda in eo multa etiam admiranda sunt eligere. Eligere modo cure sit quod utinam ipse fecisset. Digna enim fuit illa natura que meliora vellet. que voluit effecit. Hec in Senecam Quintilianus. Ego an vere senserit sapientiorum iudicio derelinquo. Hoc tamen quod ei ille ascribit multam morum salutem elegantiam et si in eloquendo corruptam nequaquam arbitror detrahendum. Moralia ergo eius precepta admittantur. et eo genere loquatur quisque quod ceteris prestat. et planum erit virtutum rivulos de purissimo fonte frugalitatis oriri. Leguntur epistole eius liber de beneficijs aut clementia illi quoque quos ex oratorum sententijs sub ymagine declamacionum scolarum illustravit et hij quos de naturalibus questionibus edidit. et quos de philosophia parum diligentes arguit Quintilianus. ubique fideles custodes virtutis ubique viciorum hostes occurrunt. Tantus utique ut eum Frontonis sedem quosdam nepos Plutarchi. cuius meminit in primo Iuvenalis sit. Frontonis platani convulsaque marmorea. clamant semper enim. Inquam sit asserit minores conemiare errores ut aurea videatur secula reformare. et deos ab humano genere exulantes. eius opera revocatos. hominibus contraria societate inserere. Concedam facile lectatiore extitisse Quintilianum. et acumine et gravitate dicendi precedere. Sit ille diligencior est. et quantum in rethoricis vincitur tantum vincat in ethica. Ipse quoque Quintilianus in magnis et precipuis bonis frugalitatem ducit. et in commendacione eius tantus est ut ut solus possit sufficere. Nullus tamen est qui non laudet eam. Nullus non eam necessariam credit. Nec tamen a luxurioso sis arguar avarus frugalitatis laudator eam liberalitati credo et fateor coherere. Cicero michi testis est et iulius cesar. et alij quos nemo tenacitatis insimulare presumeret. Adversus hanc multa pluribus dicta sunt et liberalitatis officia ex libris officiorum facile innotescunt. Ut tamen liberalitatis ingenue facies demideretur modus ille largiendi nobilior et laudabilior est et ab ipsis omni tradicione optimus. qui speciem remuneracionis excludit. Si

quod ad retributionem dare a liberalitate alienum est. et consentaneum ava
ricie. Nam senator ut plus recipiat modicum aliquid prelargitur Unde
tocius dicitur Munera quod senibus viduisque ingentia mittis vis te munificum Gar
giliane vocem Sordidius nichil est. nichil est te spurcius uno. qui po
tes insidias dona vocare tuas Sic avidis fallax indulget piscibus
hamus. callida sic stultas decipit esca feras Quid sit largiri quid sit do
nare docebo si nescis dona gargiliane michi. Vis hominem vide liberalem
Vis verum et fructus sancte largitatis audire Deflecte oculos ad eum qui ver
minibus scatens iacet in sterquilinio et testa fluentem de corpore saniem radit
Audi quid loquatur vir iustus et timens deum et recedens a malo Non uti
que dicit cithara et lira saltavi et sambuca. et omne genus musicorum
instrumentis meis Non dicit epulabar cotidie splendide gustus per omnia
elementa. querens sollicitudinem multa contrahens unde confitetur ste
tora aut venter distentus facile in libidines despumaret Non dicit in
duebar purpura. et bisso opere vel plumario. affectans et quod in locis deus
complexionum pectine per ferrum falsis manus vite obduxit ymaginibus
et vestibus fulgebam deauratis. circumdatus varietate Non dixit ad
me confluebant undique mendici mime. balatrones hoc genus omne ve
natores clamosi dulcorarij mendaces hystriones nam et parasiti edaces
victrices dolose vinumgeruli falsiloqui et relatores aut contentores ma
nium fabulatores fabularum Non dicit leones ursos alebam et simias et
huiusmodi monstra aut probra nature Quid ergo Nonne hec sunt quibus
nostre etatis liberalitas illustratur Numquid sine hiis largitas esse potest. Hu
merus inquit meus a iunctura sua cadat. et brachium meum cum ossi
bus conteratur si negavi quod volebant pauperibus Si oculos vidue expec
tare feci. si comedi buccellam meam solus et non comedit pupillus ex ea
Si foris mansit peregrinus. et ostium meum non patuit viatori Si de
spexi pretereuntem. eo quod non habuit indumentum et absque operimento pau
perem Si non benedixerunt michi latera eius. et de velleribus ovium mea
rum calefactus est Uter tibi videtur liberalior hic an antonius qui libe
ralitati satis fieri posse non credidit nisi in gulam et tocius luxurie vicia
prorumperet. Vides ne quam multiplici via potest avaricie suspicio fruga
liter declinari Hospitalitatis dignum bonum commendat apostolus. propter quod deos ad
officiosi hospites placuerunt. ut eciam angelos hospicio recipere meruerunt
Abraham descendentibus in mambre occurrit. et comperiende liberalitatis
optatus comparat angelos in hospicium humilitate victos et precibus introducit
Eis tamen incentiva gule nequaquam apponit nec vitulum que de armen
to tollit impendiis verum. et cocorum arte fecit esse tenerum. Loth quoque
a luxurie punitores angelos. de nocte urgente. in domum suam cogit

et licet eis adulationem aliam vel luxuriam non sumeret nichil tamen de
fuit caritati. adeo quidem ut sodomitarum furori virgines filias quam hospi
tes mallet exponere. Cum in domo Thobie dies festus ageretur vade inquit
et adduc aliquos de tribu nostra timentes deum. neque enim diem festum agi
posse putabat nisi aliquem ad domesticum cetum caritas adiecisset. Sed
in omnibus hiis eadem est ordinate dispensatio caritatis quos enim per
viam descendentes aspexit abraham illis porcione prestant auctori
tatem qui in via morum lege sed deum gradiuntur. Et recte descendentes
scribuntur quos ad visitationem et prebendam maciam invenit ad con
spectum fidelis patris familias gratia destinavit. Sic et iste primo tribum
suam agnoscit que deum spiritualiter agnoscebat. et in ea ipsa. illos ceteris
prefert non quos sanguis. aut lenocinia mundi commaniti commendat
sed quos divinus timor illustrat. Non utique ventriloquos et vaniloquos
vir sanctus ascivit. sed eos qui dei quem colebat ymaginem preferebant. Sed
nequid dici festivitas sive cetus aut opulencia conviviorum. aggerendis
pro more sanctum hominem retardavit. Utique in ipsa leticia convivantium nunc
patus a fratribus hebreum quem ab impiis peremptum audierat pro
pe solis occubitum quia ante non licuit. profectus est sepelire. Nec
veritus est offensam principis dum compleret officium caritatis. ille pla
ne consimilis qui ipse et sobole quam in hospitibus recipere maluit ac
cumbus luxuriosis insignem iniuriam. Discipuli quoque persuasionibus
usi sunt. ut deum nolentem ire longius hospitio detinerent. et nobis
hospitalitatis formam prescribentes exemplo coegerunt eum. Usi
que sunt ei llocium cessisse primum quem postmodum agnoverunt deum in fract
tione panis. Alias namque delicias. nisi quas forte necessitas exigebat
ei non legimus fuisse appositas. Britania quoque nostra produxit al
banum ab officio hospitalitatis insignem qui se ipsum maluit tyrannorum
exponere telis. quam hospitem quem susceperat christianum. Quid de fideli
bus loquor cum etiam infideles consueverint etiam adversus hostes
et proprio periculo patrocinari quos infra quadriduum hospitio suscepis
sent. Crimine enim contrahebat notam. quisquis ante quintum diem
hosti i. peregrino humanitatis patrocinium denegabat. Auctore siquidem
cicerone ob equitatem hospitibus exhibendam hostis dicebatur antiqui
tus quem modo dicimus peregrinum. Et in quo spectus fuit inhumanus. de
iure antiquo iniquus est. Declarant hoc legum tabule et titulus iuris
qui est statutus dies cum hoste. Cum vero humanitate exhibet hospi
ti et caritatem implet. nichil eorum subtrahat que ratio permittit ex
pani. Effundit quidem in hospites viscera sua. sed memor officii. si distri

tus est ad turpia non impellit nec urget quempiam. quid inquam si nollet
urgeri. Est itaque in hospitem peregrinum. omnis hylaritas et sobria libera
litas ostendenda et indigne hospiti gratiam plenioremque referre debet tenacia
beneficiorum memoria peregrinus. Hanc quoque gratiam nec aduersus religionis
nec precedentis iniuriae titulus perimit. ¶ Nam et beatus gregorius
Neocesariensis Episcopus tum urgente tempore. et procelle angustia
in alpibus interceptus infamiam appollinis qui ibi ab indigenis colebatur
diuertisset. et a sacerdote loci licet profano officiosissime exceptus esset
hospicio memor officii et hospicii. appollinem quem suspenderit a respon
sis et ludificationibus animarum sacerdotis precibus relaxauit. Sicut quidem
apud eusebium cesariensem in ecclesiastica hystoria poterunt hec ple
nius inueniri. Eo quod re fonte constat. quod sacerdos queritur beatum gre
gorium prosecutus et agens aduersus eum ingratitudinis. et exprobrans
beneficii hylaritati sue. iniquo pondere esse repensum. hanc a sancto ui
ro ad appollinem suum epistolam reportauit. Gregorius appollini. Permit
to te redire ad locum tuum et agere que consueuisti. Cum ergo ydolo
sacerdos epistolam reddidisset. solutus demon responsis more solito
ludificare cepit. Unde sacerdos admiratus illius maiestatem. cuius precep
tis huiusmodi possunt sic etiam dii gentium in pace et uerbo suspendi et
torqueri contempto appolline suo sequens quod gregorium. adhesit ei. Factusque
discipulus christi qui sacerdos appollinis fuerat ita in fide et religione
profecit ut beato gregorio credatur in regimine Neocesariensis ecclesie
successisse. et sic quidem sedulitas hospitis hylaris primus. deinde salu
bri remunerata est. ¶ Postremo et si urbanitatis in hospites ex
ercende apud ethicos regula nulla esset. beatus Benedictus in capitulo
de hospitibus frugalem hylaritatem. non modo religiosam. sed etiam ci
uilem et urbanam uidetur exprimere. hoc tamen quod in libro consuetudinum
cisterciensium apud plerosque legitur et tenetur quod ad duos articulos spec
tat. hospitalitatis instituende. ab omni ciuilitate ne dicam hylaritate
alienum est. Si tamen uerum est hic intantum professionis consuetudinibus
inueniri. ut nec carnes apponantur hospitibus nec propter eos aliquid e
matur cum et ipsa ieiunia. propter hospitem professio soluat. et in multis
de rigore suo plurimum indulgeat caritati. ¶ Ethnicus quoque meo fideli
us et familiarius uidetur insistere uirtuti quod statuit. ut ea que intus
sunt hospitibus hylari modestia apponantur. quod quod domi non est. et ha
bet uicinus ematur. Crediderim satius esse. et perfectius. ut se ipsam
paululum uirtus soluat modeste quam desipiat. Nam et in loco desipere ut
ait ethnicus interdum dulce est. et tamen uirtuti consentaneum. quam hu
manitati Augustinus quoque et Ieronimus ad hanc rem pertinentia multa proponunt. Sed

et beatus Gregorius electionem cuiusdam quasi avari reprobat eo quod audierat ipsum
ad tenacitatem animi sui ostendendam neminem invitasse. Nec tamen crediderim
quod tantus pater hominem ideo qui nullum vellet instrui invitatis. Quis ergo
ambigit avariciam posse frugaliter declinari. Aut quis audebit Abraham, Loth,
Thobiam et Iob avaricie notare vestigio. Beati Iob descripcionem audisti. Nunc si vis
audi quomodo Marcus Tullius Philippicis describit Antonium. Ingredientes inquit ipsum
offendunt temulento sopore profligatum, totis precordiis stertentem. Iuxta
eos spurcis gemmare quoque clarissimi contubernales ab omnibus spondis tum sub paries
incubare. et reliquias crudiatem passim. que tamen consternate terrore ab hos-
tium adventu percepto concitare Antonium conabantur. nomen inclamabant frus-
tra. cervicibus tollebant blandius alie, acrius alie vellicantes innotescebat.
Non nulle etiam feriebant. Quarum cum omnium vocem tactumque nosceret
proxime cuiusque collum amplexu petebat neque dormire excitatus neque vigi-
lare ebrius poterat sed semisomno sopore inter manus centurionum concubi-
narumque iactabatur. Hec quidem aut vera sunt aut michi similia. Nichil enim
his neque incredibilius fingi neque vehemencius comprehendi neque manifestius os-
tendi potuit. In summa ergo aut virtuti insistendum est aut de gloria desperandum.
Gloria siquidem aliunde non provenit. Quod nichil ad gloriam fructuosius
est laude et favore bonorum et maxime scriptorum. et quod turpium fami-
liaritas non tam prodest quam obest. et quod unus bene factum vel dicto gloriam
Inter est sane inter cupiditatem glorie humane et cupiditatis parit
ardorem. Nam licet proclives sint, ut qui humana gloria nimium delec-
tantur etiam dominari ardenter affectent, tamen qui veram licet humanarum
laudum gloriam concupiscunt dant operam bene iudicantibus non displicere.
Refert enim plurimum quibus cui et unde placeat. Nec est abs re laudari glori-
osum. cuius familiaritas ignominiam redolet. Laus unius studiosi multum
proficit et sufficit ad gloriam. et multorum sepe commendacio in famam perit.
In rethoricis locus est celebris, a communi morumque similitudine indicat
et ab ea amicicie et commendacionis manare originem sepe proditum est. No-
lo inquit sapiens ab his laudari quorum laus vituperium est. nec ab his
culpari vereor quorum vituperatio laus est. Cum ergo histriones cum pa-
rasiti et huiusmodi inepcie homines nichil indice vita laudabile prebent. nomine
proprie desipiencie est illorum. ut quis fulgeat aucupari favore qui
sordibus obsiti sunt. et quorum gratia nisi per turpia acquiri non potest.
Huiusmodi monstris honorum amplissimum patrimonium Pompeii et fere totius
orbis opes contulit Marcus Antonius et tamen eorum preconiis non cla-
vesat. sed eo sordidior occurrit posteritati. Si unius sapientis si scriptoris
egregii graciam meruisset aliquid celebre illius manasset ad posteros. Vir-
gilius Marcelli citra magna virtutum merita perpetuavit gloriam et poetica
licencia fidem prestans historie Didonem licet pudicissima fuerit hospi- IX

quem comparatione temporum invidere non potuit. infesto amore posteris persua
sit fuisse corruptum. Nisus et eurialus manum non attigissent etatem
nisi eos oblivioni divina maronis carmina subduxissent. Implet ad hec
promissi fidem et nomina eorum situ non patitur aboleri. Vnice felices
si quid mea carmina possunt. nulla dies umquam memori vos eximet
evo. Quid est ergo quod qui scriptorum nituntur manus effugere ignominie. tanto spi
ritu conducunt gratiam honestis viris plus quam et maxime scriptoribus pla
cere non appetunt. Nunquid suas ineptias transmitti volunt ad posteros
ignotus esset Mevius nisi eum opere pretio illustrarent laudibus Cesaris
plus virgilius et varius horatius quam adiecerunt. qui in mensium illud
circumvenit quo urbem et urbem spoliant. Nemo pindaraz ithachi aut
pelide vires agnosceret nisi eas homerus divino publicasset ingenio. Unde
nichil michi videtur consultius viro ad gloriam properanti fidelium favore
scriptorum. Nichil stultius quam captare tigellium. qui nec suam potis
est reddere famam. Sunt autem multa in moribus bona de quibus ut
ti bene meditantur quamvis ea multi non teneant. et quo rariora eo preclariora
sunt. Per ea ergo nituntur quidam ad gloriam ad imperium et dominationem. Quis
autem sine cupiditate glorie qua veretur homo bene meditantibus displicere
dominari atque imperare desiderat etiam per apertissima scelera querit plerumque obtinere
quod diligit. Proinde qui gloriam concupiscit aut vera via nititur aut
certe dolis et fallaciis contendit volens videri bonus quod non est. Et ideo
virtutes habenti magna virtus est contemptus glorie. quia contemptus eius
in conspectu dei est. iudicio autem non aperitur humano. In laudatoribus eci
am suis quamvis parvipendat quod eum laudant non tamen parvipendit
quod amant. Nec eos vult fallere laudantes ne decipiat diligentes. Ideoque
instat ardenter ut potius ille laudetur a quo habet homo quicquid in eo iu
re laudatur. Cum autem glorie contemptor dominationis est avidus
bestias superat. sive crudelitatis vitiis sive luxurie. Tales quidem teste
magno patre augustino romani fuerunt. Nam cum eorum vitia per
civium genus nulla deterior. tum virtutes nulla potior invenitur. Ali
as tamen gentes non crudeli domio sed mansueto subiugavit imperio.
Et quod moderatio adquisivit aut crudelitas aut luxuria perdidit. Neo
rum consumationis amissa dominationis cupiditate caruerunt. Sed huius
vix summitate. et quasi arcem quidam nero cesar primus obtinuit. Cuius
et tanta fuit luxuries. ut nichil ab eo putaretur virile metuendum. Tan
ta crudelitas ut nichil molle habere crederetur si esset ignotus. Nemo eo
gulosior nemo cantor et hystrionum similitudine magis gaudebat conser
tio nemo luxuriosior. Et quidem ut se venditaret cultu. et liberalitatis ymagi
ne nullam vestem bis induit. Cuius tamen adeo perditus est ut ipsum lau

decuit ¶ Demostenes antequam virtus eloquii eius innotuisset cultus
operosioris dicitur appetisse victorem sciens quia purpura tamen sidit vendit
Et postquam notitiam et famam assecutus est eloquentie toga contentus
est dicens se velle sibi esse potius quam auctore vestium aut cultu conquisito
constare gloriam. Omnis Aristippum decuit color et status et res qualibet
indutus loca percelebrima vadit. Quem primus attollit honos vilitas
aliena non deprimit. Emendicatum laudis videtur esse suffragium quod ab
cultu vestis pendet. Profecto unus egregie virtutis titulus quisque clares
cit quam splendidissimo honore instrumento. et cum levissimo vanitatis
¶ Cum ergo virtus omnis esse polleat iusticia clarius enitescit. Huius rei
Temistocles testimonio est et exemplo. Dum cum saluberrimo consilio athe
nienses in classem migrare coegisset Xerseque rege et copiis eius Grecia pul
sis ruinas patrie in statum pristinum reformaret. et opes clandestinis
molicionibus ad principatum Grecie capescendum nutriret. dixit in conci
one se habere rem deliberatione sua provisam. que si sortiretur effectum
nichil maius aut potencius populo atheniensi futurum asseruit sed eam
vulgari non oportere postulans aliquem dari cum quo tractate communicetur ¶ Ei
ergo datus est Aristides vel ut aliis placet Aristotiles et si supportata
racio temporis indicet Temistoclem et Aristotilem coevos fuisse. Is autem
postquam cognovit eum velle incendere classem Lacedemoniorum que subduc
ta erat apud Gythium ut ea consumpta dominacio maris ipsis cederet. pro
cessit ad cives et retulit Temistoclem ut utile consilium ita minime ius
tum animo volvere. E vestigio universa concio clamat id quod iniustum est mi
nime expedire. eumque iussit desistere ab incepto ¶ Hic ergo edicto cum
ante lata est iusticia prudencie. ymo et non esse prudenciam sed potius cal
liditatem. cuius iusticia adversatur. Zeleucus urbe Locrensium esse salu
berrimis atque utilissimis legibus munita cum filius eius adulterii crimi
ne dampnatus secundum ius ab eo constitutum utroque oculo privari deberet
ac tota civitas in bono in honorem patris necessitatem pene adulescentu
lo remitteret aliquamdiu repugnavit ¶ Ad ultimum populi precibus evictus
primus suo eruto deinde filii oculo usum videndi utrique reliquit. Ita de
bitum supplicii modum legi reddidit. equitatis admirabili temperamento
se inter misericordem patrem et iustum legis latorem partitus ¶ Nomine me
moria fidelius inheret menti auditorum quam si nebulonem aliquem exer
citum quam si nebulonum aut imitatoria vestium inepte multitudinis aspec
tibus ingessissent. Age quid Solonis prudencia meruit felicitatis inquit
index dies ultimus est. et appellacionis honorem sapienti confirmat vo
gus. Si quidem rerum initia debentur fortune. philosophiam solus conservat finis
Idem nichil horum metuendum vel nec philosophiam finis confundat. Unde cum ex

amicis quendam graviter merentem videret. perduxit in arcem. hortatusque
est ut per omnes subiectorum edificiorum partes oculos circumferret. Deinde cogi
ta nunc tecum inquit quam multi luctus sub his tectis et olim fuerint et mo
do versentur et in sequentibus seculis sint futuri et mitte mortalium incommoda tam
quam propria deflere. Omnia si recte intendas urbes nichil aliud sunt quam humanarum
cladium miseranda conspecta. Rex etiam ille subtilis iudicii quem ferunt auc
tore Valerio. traditum sibi diadema. prius quam capiti imponeret retentum pan
nu quem si quis penitus. diu considerasse atque dixisse. O nobilem magis quam
felicem pannum quem si quis penitus cognosceret. quam multis sollicitudinibus
et periculis et miseriis. sit refertus. ne humi quidem iacentem tolleret. Aris
tophanes quoque non oportere inquit in urbe nutrire leonem sin autem alitus
sit. obsequi ei convenire. Monet enim ut precipue nobilitatis et concitati in
genii iuvenes refrenentur. nimio vero favore ac profusa indulgentia pasti
quominus potentiam obtineant ne impediantur. Quod perquam stultum et inutile
sit eas obtrectare vires quas ipse foveris. Aristotiles quoque Calistenem au
ditorem suum. ad Alexandrum mittens hortatus est. ut cum eo vel rarissime vel iucun
dissime loqueretur quo scilicet apud regias aures vel silentio tutior vel sermone esset
acceptior. At ille dum Alexandrum persica salutatione gaudentem obiurgat
et mores eius studet corrigere. vita privatus est. Idem Aristotiles de semet
ipso in neutram partem loquendum esse dicebat. quoniam laudare se vani. et vituperare
stulti est. Agesilaus cum adversus rem publicam Lacedemoniorum ortam se
ditionem de nocte comperisset. leges Ligurgi continuo abrogavit que indempnatis
tis supplicium sumi vetabant. Comprehensis autem et interfectis sontibus
e vestigio easdem restituit simul utrumque providens ne salutaris animad
versio vel iniusta esset vel iure impediretur. Hannibal navali prelio victus
timens amisse classis penas dare offensam avertit astutia. Nam ex illa in
felici pugna prius quam nuntius mali damni veniret. unum ex amicis misit
Cartaginem. Qui curiam ingressus statim quesivit an cum Romanorum copiis
que supervenerint oportet dimicare. inquit. victus et superatus est. non reliquit
eis locum ut dampnarent factum quod ipsi iudicaverant faciendum. Gorgias Leon
tinus Socratis. et complurium magni ingenii virorum preceptor ea innocentia
vixit. ut centesimo et septimo anno interrogatus quare tam diu vellet
in vita manere quia nichil inquit habeo quod senectutem meam accusem. Hoc credo
accidisse Gorgie gratia et multa precia litterarum quibus etate sua prestabat adeo
ut primus in conventu poscere ausus sit. qua de re quisque audire vellet. Unde et
ei in templo delphici Apollinis universa Grecia gratia statuam ex solido auro po
suit. cum ceterorum ad id tempus auratas collocasset. Occurrunt multa huiusmodi que
laudis vere poterunt prestare materiam. si quis antiquorum vafre dicta vel facta

strategemata et strategematica quoque retenseat. ¶ Ceterum quia sepe strategematum mencio facta est et res nominis non ipsis quaque cunctis innotuit Valerius maximus strategemata sit diffinit ut dicat quia est pars callidi tatis egregia et ab omni reprehensione procul remota. cuius opera quia appellatione nostra apte exprimi non possunt greca pronunciacione strategemata appellant Proprie tamen stratemata sunt que ad rem pertinent militarem Nam et alios duces stratilates. Que uero cetera proprie appellacionis notam ad rem alias pertinet uno frontino teste strategematica appellantur Distat enim strategematicum a strategemate quantum genus differt a specie ¶ Credit itaque publius clodius ut ipius pauca subiciam. quorum uel minimum dixisse maius est et fructuosius ad gloriam quam fecisse. quod faciunt qui se ipsos cruisterant. obmittere laudis amorem dat ergo Beneficium accepit dando qui digno dedit Ferras non culpes quod mutari non potest Cui plus licet quam par est plus vult quam licet Eo inest facundus in uia pro uehiculo est Frugalitas est miseria rumoris bona heredis fletus sub persona risus est Furor fit lesa sepius paciencia Improbe neptunum accusat qui iterum naufragium facit Nimium altercando veritas amittitur Pars beneficii est quod petitur si cito neges Ita amicum habeas ut posse inimicum fieri putes Veterem ferendo iniuriam inuitas nouam Numquam periculum sine periculo vincitur Necesse est ut multos timeat quem multi timent Positiuo uel tenui uirtutis iudicio siue in uerbo siue in opere fama pretenditur et uirtute relicta quantum licet libet suspicis. non tam gloriam quam ignominiam parit Honestatem aut solam aut pre ceteris expetendam. et in ea tota liberalitati locum esse proprium. et contra auariciam glorie plurimum aduersari 17

Sicut autem gloria que est ut cicero inquit placitur frequens fama cum laude a radice uirtutis oritur. et ipius lumine dum tangat illustrat ita ignominia confusio et si quid aliud dedecet a uicio trahit originem et prouentum Siue enim aut sola honestas bona sit ut stoicis quibusdam bonum sit placet siue precipuum. et pre ceteris expetendum sicut asserunt peripatetici hoc ipsis quaque indubium est quia nichil expetendorum adiustatur honesto ¶ Laudant recti et non insipientes optant ut bona valitudo clarus sanguis rerum copia. sed nichil istorum turpem aut inhonestum hominem facit esse laudabilem Si quidem de valitudine bona uiuunt uires de uiribus temeritas de temeritate violencia de uiolencia stimulus elacionis quasi odii et bellorum fax accensa inflammatur sequitur in ipsis contemptus legum preuaricacio et concussio inquieta publici status clarus sanguis elacionem parit potencias affectat conculcat inferiores pares contempnit superiores habere dedignatur loquitur grandia totus tumet alto maiorum sanguine tamquam fecit ipse aliquid propter quod nobilis esse debeat sui immemor eorum qui tetro esse

videntur oblivisci. et se in anteriora sine cultu virtutis ridiculus tra
sonis imitator extendit. Et inquit ethicus malo pater tibi sit tersites dum
modo tu sis eacide similis vulcaniaque arma capessas. quam te tersite similem
producat achilles. Nolo tamen ut in invidiam suam dictum nostri simonides opi
netur attamen quidem editus regibus. et capitolinis gaudeat. et marcellis
et omnibus ad podium spectantibus. et quam ceteris et felicioribus omnes
cordisus erumpit germanis et uterinis ut ei attestantur longe longe nobilior est
Crediderim facile quodcumque sit terrarum. et defectionis nature in massa generis
ipsius. ab initio contigit in ipsum ut quasi gentis sue stella prefulgeat confluxisse. quod vero feculentius. et obscurius resedisse in germanis et uterinis. Ille
tantum tamen sicut nuclearitate illius sic impura abiectione nobilitate generis
tum res exegerit ex causa cognationis prohibeantur. cum fratribus mat
rimonio copulari. Cesserunt ergo simonide simonide reges et presides prin
cipes tribunum centuriones et principum provinciarum sua mediocritate contenta
intuitu virtutis sua nichil in offitiosis legitimis vile ducunt aut ig
nominiosum. et culine si res exegerit. non dedignantur habere memoriam aut pi
stria. Recolunt quia animalia muta non generosa putat quis nisi for
tia. Nempe volucrem sic laudamus. equum facile cui plurima palma fervet
et exultat rauco victoria circo. Sed venale pecus corinthi posteritas et hirpini
si rara iugo victoria sedit. duos principes mutare iubentur. exiguis tritoque trita
hunt epiredia collo. Si quidem nobilitas sola est atque unica virtus. Ergo generosi
tas et clari sanguinis lumen. et si ea magnum quid esse presumit simonides
glorietur. nichil aliud sunt quam morum manifestatio gloriosa quidem
si bonum fuerit ignominiosa si mali. hec tamen unum meo iudicio quicquid ille
sentiat bonum habet generositas quod necessitatem inducit probitatis. Aut vero
copia nunc avaritiam attendit nunc in contemptum et contumeliam sive luxuriam
instruit huius ingeniosa gula est. Hec ad predam strepitumque lucri
suffragia vertit ut sit venalis populus venalis curia patrum. Hec vires
solvit et utrosque sexus frangit in venerem legis et nature imperio
reluctatur. hanc abrogat extinguit et sepelit. hanc infatuat enervat
et subvertit. Lex ergo ibi non est. et ei natura fere otiosa et ebria est. Que
vix se naturam nec invenit. Omnibus ergo storta placent fractique enervi
in corpore gressus et laxi crines et tot nova nomina vestis. Unoque
virum querit. sed utinam in hac dilatione luxurie maneant viri ut mu
lieribus similes nature tamen aut legi aut temperantibus. Ex hiis patet
quia nec valitudinis nec generositatis. nec copie est laus prima sed virtutis
cuius hec instrumenta sunt et ideo appetenda. Si quid non decet natura
que virtute aut solam aut fere preteris expetendam. ei non expetenda

fecisse instrumenta. Unde quia veteres videntur sentire peripatetici quod cum vir-
tutem sint fateantur ad exercicium agendorum egere instrumentis ipsa quoque in-
strumenta. et si propter aliud fatentur expetenda stoicis tamen placet sibi vir-
tutem sufficere ad beatitudinem. nec ego eos erroris arguo. sed expeditiorem dico
per instrumenta virtutem. Ceterum ut alias dixisse me memini. cum omnis virtus
graciosa sit. liberalitas gratissima est. eo quod plurimis prodest et certe
ubi facultas deest effudit viscera vel proximum largitur affectum. Alioquin quo-
modo iuxta apostolum in eo caritas manet qui pulsante necessitate proximi me-
tus viscera claudit. E contra iniquissimum est et odiosissimum vicium. quod nec
effectu prodest aliis nec affectu. Hec est avaricia latencium indagatrix lu-
crorum manifeste prede avidissima vorago. neque habendi fructu felix. et
cupiditate querendi miserrima. Quid non mortalia pectora cogit auri sacra
fames. Heri phile viri vitam auro distraxit suam philippo vendidit
grecia libertatem. et ut pergam valerius maximus hiis exemplis inchoetur
Tum admodum locupleti L. minucio basilo falsum testamentum quidam
in grecia subiecisset eiusdemque confirmandi gracia potentissimos civi-
tatis nostre viros. M. crassum et quintum hortensium quibus minucius ig-
notus fuerat. tabulis heredes inscripsisset. qui quamquam evidens fraus erat
tamen utriusque pecunie cupidus facinoris alieni munus non repudiavit
Quantam culpam quam leviter retuli lumina curie ornamenta fori quod scelus
vindicare debuerant. inhonesti lucri captura invitati auctoritatibus
suis texerunt. Sed minus aliquanto maiores vires in quinto cassio exhibuit qui
in hispaniam sillium et albinum pervium occidendi sui gratia cum pu-
gionibus deprehensos. quinquagies sextercium ab illo ab hoc sexagies
pactus dimisit. Quin ne dubites si alterum tantum daretur iugulum quoque
sibi suum equo animo illis fuisse praebiturum. Ceterum avaricia ante omnes
Lucii septimuleii precordia possedit qui cum gaii gracchi familiaris fu-
isset. caput eius abscidere. et per urbem pilo fixum ferre sustinuit. quia
opimius consul auro id repensurum edixerat. Sunt qui tradant li-
quato plumbo eam cavatam partem capitis quo ponderosius esset com-
plesse. Fuerit ille seditiosus bono perierit exemplo clientis tamen scelesta
fames in has usque iacentis iniurias esurire non debuit. Sed dys-
cincta septimulei avaricia ptolomei autem regis cypriorum visu prospi-
da nam cum avaris sordibus magnas opes coacervasset propter quas e-
as periturum se videret et ideo pecunia imposita navibus in altum pro-
cessisset ut classe perforata suo arbitrio perirent et hostes preda carerent
non sustinuit mergere aurum et argentum sed necis future sue pre-
mium domum retulit. Procul dubio hic non possedit divicias sed a divi-
ciis possessus est. titulo rex insule animo pecunie miserabile

mancipium. Hec valerius. Sed sunt etiam nequiora avaricie inveniri
exempla. Si quidem ipsius oculos cupiditas excecavit. et pecunia
corruptus apostolus dominum innocentem cruci figendum tradidit manibus
impiorum. Potest quidem de turpi acri verbis sed non satis. quia defor-
mior est et turpior. quam quod ore humano possit exponi. Ideo quam ante
est avaricia studiosius declinanda. quia tenacius inheret ab ymagine
utilitatis et specie sui nocet. ab exterminio caritatis. Unde est quod ridicu-
lam et miserandam cum senibus contraxit familiaritatem. ut quo mi-
nus egent avidius concupiscant. et quo rebus sunt citius carituri
eas parcius ministrent utilitati. Nam et manus in iuventute
porrecta ad dandum in senectute contrahitur. et que in iuventute con-
tracta est aut nunquam aut raro in senibus dilatatur. Cum vero eis
beneficio nature libertas vicina immineat se ipsos vano timore in
servitute subiciunt servituti. Si quidem diogenes ait. Indigencia nature
fortunam non timet. Tutus iam nimis grandis inquit exultacio
est animo cum parvo contentus suis mundum habet subpedibus
et omnes eius potencias epulas libidinosas et ea pariter que divicie
comparantur vilibus nutrire cibis et grossiori tunica compensare.
Hec quidem laudabiliora sunt si non fiant ad famam sed ad conscienciam que
omnia equanimiter portat. ut enim ait xenophon consciencia iusti stul-
maledicta contempnit. Usus ergo rerum laudabilis aut culpabi-
lis est. rerum dumtaxat indifferencia est. Unde diaspenus Pecunia pro-
fuso decus. avaro supplicium est. parvaram proditori. Fugienda sunt in-
quit macrobius omnibus modis et abscidenda igne et ferro totoque
artificio separanda. languor a corpore. imperitia ab animo. luxuria a ven-
tre. a civitate sedicio. a domo discordia. et in commune a cunctis rebus
intemperancia. De quatuor fluminibus que de fonte libidinis oriuntur
epicureis fluuntque diluvium quo fere mundus mergitur. et de aquis
16 Heu quidem hec universa concur- contrariis et vestibus esau. Capitulum
runt ut ostendatur quietum statum in rebus publicis aut
privatis non a fonte sapiencie quicquid sapiencie sonat epicureis
invenire non posse. Hunc enim esse ortum deliciarum uberrimum supe-
rius dictum est de quo quatuor virtutum flumina oriuntur. E diverso et
epicureorum ortus. fontem suum habet libidinem. qui et ipse parturit flumi-
na que irrigant. universam hanc vallem lacrimarum et miserie. in qua
eiectus est exul qui quod libuit quam quod licuit facere preelegit. Et qui-
dem quia primus vicium est amor habendi quo ad sufficienciam rerum co-
pia queritur in quo avaricia laborat preter licitum possidere vel scire alte-
rum luxurie lenocinia diffundit et defluit in varias voluptates. Ali-

ad tranquillitatis. et leticie gaudia tendens aspirat. Tercius vires colligit
quibus creatur nature libertate. et cuius ius molestie propulsare possit
iniurias. et cum viribus hic inundauit prosilit in odibilem tyrannidis venam
Quartus ab appetitu celebritatis. et reuerencie. dum eminenciam querit
fallacie intumescit. Hec sunt quatuor flumina. que infundunt et circu
eunt orbem. et de fonte prime voluntatis scaturiunt. qui sedem habet
primo et originem contraxit a luto vanitatis ¶ Cum autem conuene
runt diuersos corpore perimunt viros. et quasi intumescentibus aquis dilu
uij. mundum obruunt animaciaque perimunt. et sic omnia delent ut terra
videri possit in solitudine redigenda. nisi quia paucas .i. octo animas
resurreccionis scilicet filios domus dei archa conseruat ¶ Hij sunt utique
quos ex omni carne. deus preelegit. Verumptamen qui sunt in diluuio aq
uarum multarum ad eum non approximabunt. Et quidem amor commodi. de quo
predictum est has quasi mare altum fundit aquas et inualescente malicia
velut cataractis celi apertis. varias pluit deus in augmentum diluuij de
linquendi occasiones. permittens ut subtracta qui in sordibus est sordescat
amplius. et quem proprio committit arbitrio quasi ulciscens ferit. Non quo
appetitum commodi si temperatus sit. dicam esse culpabilem aut copiam
rerum sufficientem. aut leticiam mentis aut naturalem libertatis amorem
aut eminendi meritum ducam in crimine. Sed nichil istorum. quod pollicetur
affert. eo quod modo quo queritur contrarium parens operatur effectum ¶ Et h
aut omnia bona sunt si eis docente gratia recte filius ad usus carnem
luctans et sanguinem et a patre gaudij et exultacionis benedicendus
utatur. et eisdem quasi florido frugifero. et iocundo. induitur vestimento
Si vero sanguineus frater quia carnalis contempnens matris gratie fami
liaritate hec omnia morum indumenta usurpet. nec fragrant. nec decet
nec pascendo reficiunt Et hoc est forte quod vestes Esau placuisse perhibentur
in Iacob et eis aut non usus aut odorem suauitatis dedisse patri non
scribitur Esau Nam dum bonis abutitur sensibus integris gratus esse
non potest Ergo vana bonorum species nec satiat nec letificat nec libat
nec exaltat ¶ Porro ad usus luxuriam auariciam et cenodoxiam
quedam supra dicta sunt iniuriam affectacio. quodam modo hactenus
mansit intacta. que et si libertatis et celsitudinis videatur afferre suf
fragium. ciuitate utrumque scilicet preciosius abducit euntem Hec est enim que
preciosissima inducit pestem et tyrannidis procurans ortum compage
quietis. et pacis qua nichil salubrius est molitur extinguere ¶ Si quid
hec flumina caritate extinguunt hijs quibus vita negatur. Sub hijs tanta
plus laborat in fabulis. circa satietatem. et sermo propheticus. degentium
in hijs aquis increpat sitim Sicientes ergo. ad aquas inuitat oppositas

que assidue proflvunt absque quantitate gratis accepturus agricola vinum
et lac. Quare inquit appenditis argentum non in panibus et labore vestrum
non in saturitate. Audite audientes me et comedite bonum et delectabitur
in crassitudine anima vestra. Non utique in illa qua delectatum non habet anima
ma sed caro in illa in qua recalcitravit dilectus incrassatus impinguatus
dilatatus sed in qua benedicatur filius ut in voce supplementis gratie et pinguedine liberi arbitrii voluntate dei prudenter intelligat potenter imple
at tollet patienter. Hee utique impinguantes et dulces aque sunt
et que alias omnes temperant quia hiis salsuginem carnis absorbent lignum
in crucis et dulcorant eas. et sapientie celestis infusio easdem insalutem amaram et sanctitate fecit esse potabiles. Hee quoque liberant et
totius tyrannidis incursum impediunt aut puniunt aut premunt. Non
ergo vane vires sed veritas liberat in equitate consistens et licet vanitas promittat libertatem vere liberi nequaquam sunt nisi quos filius liberaverit. Tu nature gratie et glorie distingwe libertate. et invenies nullam
earum de vanitate contingere. nec tibi tam dicas magis servilis occurrit quam
tyranni. Si enim ubi spiritus domini ibi libertas in servitute profecto servitute
deprimitur quem spiritus nequam agitat. In quo tyrannus a principe differrit
et de tyrannide sacerdotum et in quo pastor fur et mercenarius ab invicem
11 Ex quo princeps differat a tyranno dum revolvitur aut differunt
tore Plutarcos institucio traiani supius dictum est ut que principis
sunt officia aut rei publice membra diligenter expositum. Unde facilius et
paucioribus poterunt innotescere que e regione dicenda sunt de tyranno. Est ergo tyrannus ut eum philosophi depinxerunt qui violenta dominatione populum premit sicut qui legibus regit princeps est. Porro lex
donum dei est equitatis forma norma iusticie divine voluntatis ymago
salutis custodia unio et consolidatio populorum regula officiorum exclusio et exterminatio viciorum violencie et totius iniurie pena. Hec autem aut violentia
aut dolo impugnatur et quasi aut leonis in manitate vastatur aut draconis supplantatur insidiis. Quocumque autem modo id fiat plane est gratiam
oppugnari. et deum quodammodo provocari ad prelium. Princeps pugnat pro
legibus et populi libertate. tyrannus nil actum putat nisi leges evacuet et
populum devocet in servitutem. Ymago quedam divinitatis est princeps. et
tyrannus est adversarie fortitudinis. et luciferiane pravitatis ymago.
Si quidem illum imitatur qui affectavit sedem ponere ad aquilonem et similis esse altissimo bonitate tamen deducta. Si enim bonitati studeret
esse conformis. nequaquam potencie aut sapientie gloriam preripere moliretur. Dominandi tamen auctoritate assumpta fortasse coequari. Ymago deitatis princeps amandus. venerandus est et colendus tyrannus prava

iniquitatis ymago plerumque etiam occidendus. ¶ Origo tyranni iniquitas
est et de ea radice toxicata mala et pestifera germinat et pullulat ar-
bor securi qualibet succidenda. Nisi enim iniquitas et iniusticia caritatis
exterminatrix tyrannidem procurasset. pax secura et quies perpetua in evum
populos possedisset. nemo quoque cogitaret de finibus producendis. essent etiam
sicut magnus pater testis est augustinus ita regna quieta. et ami-
ca pace gaudencia. sicut in composita civitate diverse familie aut in
eadem familia diverse persone. aut forte quod credibilius est omnino reg-
na non essent. que sicut ab antiquis liquet hystoriis. iniquitas per se
aut presumpsit aut extorsit a domino. Et quidem non soli reges tyran-
nidem exercent privatorum plurimi tyranni sunt dum id virium quod habent
in illicitum efferunt. Nec moveat quod reges tyrannis insertus sum socias-
se quia licet rex dicatur a recto quod principem decet tamen appellacio
eius ab usu cadit etiam in tyrannum. Unde est illud quod potuit potuit qui
quam perduxit liber. ascendi super quoque nichil in regina regna reliqui et illud
Pars michi pacis erit dextram tetigisse tyranni. ¶ Et si officium conti-
nens offitium et recte vivendi regulam dici licet sentencia minus omnium
aput officia ymo vicia tyrannorum. Photinus id est. a quo et ipsi pos-
sunt non inmerito appellari photiniani. primus in monstris pelee damnis
id est inter alia portenta egipti in invidia et crudelitate insignis qui pom-
peium leto dampnare ausus. aut potius mores tyrannorum sueta pre-
sumpcione comprimens ait. ¶ Ius et fas multos faciunt tholomee nocen-
tes dat penas laudata fides cum sustinet inquit quod quos fortuna pre-
munt fatis accede deisque. et cole felices miseros fuge sydera terra ut dis-
tant terra ut flamma mari sic utile recto. Sceptrorum vis tota perit si pendere
iusta incipit evertitque pari arces respectus honesti. libertas scelerum est
que regna invisa tuetur sublatusque modus gladiis facere omnia seve
non impune licet nisi cum facis. Exeat aula qui vult esse pius virtus
et summa potestas non coeunt semper metuit que seva pudebunt. ¶ Er-
go respectus honesti et iusti minimus. aut nullus est in facie tyrannorum
et sive ecclesiastici sive mundani sunt. omnia posse volunt contempnentes quid
potenciam antecedat hanc et sequatur. ¶ Utrisque tamen hoc persuaderi vel-
lem. divinum nondum comprobasse iudicium quos primogenitus. et seminum cor-
ruptum est ne possint etiam iusticie obtemperare cum volunt. Nam et
proverbio dici solet. quia qui non vult cum potest. non utique poterit cum
volet. ¶ Huius ubi et magnus basilius doctor est. Rogatus enim a muli-
ercula ut pro ea principi intercederet cartam eius accipiens sic scripsit prin-
cipi. Paupercula hec accessit ad me dicens Posse me apud te. Si ergo pos-
sum vide. Et dedit mulieri cartam. Que abiens dedit epistolam principi.

legens quod cum princeps rescripsisset hoc. Oportet vos o pater sancte volun im
perii multitudine. sed non potui. ideo quod tributis subiacet. Quod vero rescripsit
ei. si quod volens non potuisti. bene ut nunc se res habet. Si autem potes
voluisti ducet te Christus ad indigenarum thorum ut que voles non possis. Et
organo suo que semper electis adest virtus nequaquam defuit. Nam vivere
quod princeps idem imperiali indignatione temptatus ductus est inter
captivos ut pena sua satisfaciens iniuste oppressis. Oracione tamen basi
lii post sextum diem de abductione liberatus est. descendente signo imperiali
sicut vir sanctus optaverat. Itaque et tyrannus nomine rex et econverso inter
dum principis nomine tyrannus appellatur iuxta illud principes tui infide
les socii furum. Et alibi principes sacerdotum consilium fecerunt. ut ihesum dolo
tenerent et occiderent. qui utique iusto legis iudicio debuerat liberari. Nam
et in sacerdocio inveniuntur quamplures id tota agentes ambicione et omnibus
artibus eius ut sub pretextu officii suam possint tyrannidem exercere. Habet
enim et res publica impiorum caput et membra sua quasi civilibus institutis
legittime rei publice nititur esse conformis. Caput ergo eius tyrannus ymago
est dyaboli. Anima heretici scismatici sacrilegi sacerdotes. Et ut verbo plutar
chi utar prefecti religionis impugnantes legem domini. Cor consiliarii impii
quasi senatus iniquitatis. Oculi aures lingua manus inermis iudices
et legis officiales iniusti. Manus armata milites violenti quos cicero
latrones appellat. Pedes qui in ipsis humilioribus negociis preceptis domini
et legittimis institutis adversantur. Hec quidem omnia possunt a superioribus
facillime comprehendi. Michi vero indignari non debent sacerdotes. si et in
eis fatear inveniri posse tyrannos. alioquin quorsum est illud propheticum
Fili hominis propheta de pastoribus israel propheta. et dices ad eos hec dicit dominus
deus. Ve pastoribus israel qui pascebant semetipsos. Nonne greges [illegible]
pascuntur a pastoribus lac comedebatis lanis operiebamini. et quod crassissimum
erat occidebatis gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit
non consolidastis. et quod egrotum non sanastis quod fractum est non al
ligastis. quod abiectum non reduxistis quod perierat non quesistis. sed cum
austeritate imperabatis eis. et cum potencia. et disperse sunt oves mee
eo quod non esset pastor. et facte sunt in devoracionem omnium bestiarum
agri et disperse sunt. Quid sibi aliud adesse docet ezechielis hec im
putatio et increpacio nisi pastoribus abesse que adesse debuerant et ad
esse que abesse oportuit. Propterea hec dicit dominus. Ecce ego ipse super
pastores et requiram gregem meum de manu eorum et cessare eos
faciam. ut ultra non pascant gregem meum nec pascant amplius
pastores semetipsos et liberabo gregem meum de ore eorum. Et non erit
ultra eis in escam. Nonne tyrannidem sacerdotii videtur exprimere manifes
tam et vitam illorum depingere qui in omnibus que sua sunt querunt et que

ihu xpi sunt post tergum faciunt. Si quid uero meum sed alienum est
et profecto intemerate veritatis oraculum quo apud familiare altissimi
inter pastorem et mercenarium. et furem differentia manifesta prescribitur. Bo
nus est enim pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Cuius si quis
officium apud eundem dictum Ezechielem inueniet. Ecce ego ipse requiram oues
meas et visitabo eas. sicut visitat pastor gregem suum in die quando fuit
in medio omnium suarum dissipatarum. Educam eas de nube et congrega
bo de caligine. inducam eas in terram suam et pascam eas in montibus
israhel in riuis. et in cunctis sedibus terre in pascuis uberrimis in mon
tibus excelsis erunt pascue earum ibi requiescent in herbis uirentibus
et in pascuis pinguibus pascentur super montes israhel. Pascam eas
et accubare faciam quod perierat requiram et quod abiectum erat reducam
quod confractum fuerat alligabo. et quod infirmum erat consolidabo et quod pin
gue et forte custodiam. Hoc est enim diligencia qua gregibus debent
inuigilare pastores. Quid autem subiungit et pascam illas in iudicio
et iusticia et utique respondet quod premisit. sed cum austeritate imperaba
tis eis et cum potencia. Scriptum est enim quia pondus et pondus
mensura et mensura. utrumque abhominabile est apud deum. Apud ho
mines tamen quia negociacionem exercent grandis uidetur esse prudencie
sed tamen illicite que calliditas et dolus est. si alio pondere uel mensu
ra sua distrahant. et aliis comparent aliena. At impletoracio exigit
equitatis ut quod aliis imponit onus ipse preferat. et quod docere voluit ipse
studeat adimplere. hoc est enim in iudicio et iusticia pascere. et non in
austeritate et potencia imperare. Quod utique faciunt qui in humeros hominum
alligant onera grauia et importabilia et digito suo ea contingere no
lunt. Unde sequitur et cum purissimam aquam biberetis reliquam pe
dibus uestris turbabatis et oues mee hiis que conculcata pedibus uestris
fuerant pascebantur. et que pedes uestri turbauerant hec bibebant. Propterea
ecce ego iudico inter pecus pingue et macilentum pro eo quod lateribus
et humeris impingebatis et cornibus uestris ventilabatis. omnia in
firma pecora donec dispergerentur foras. Mercenarius autem oues qui
dem uel specie pascit. sed quia omnia facit ad precium si lupum uideat
venientem dimittit oues et fugit. quia non pastor sed mercenarius
est. nec quid animarum sed lucrorum habet. Canis utique mutus latrare
non valens ut uel clamore et tumultu lupum absterreat venientem
siquidem timet qui temporalium perdere facultatem. et cum non at
tendit qui animam cruciaturus est in gehenna. Cecus siquidem est
ad grandia et que nullius sunt precii horrescunt. De hiis inquit ve
prophetis insipientibus qui sequuntur spiritum suum et nichil uident. Quasi

vulpes in desertis prophete tui Israel. Non ascendistis ex adverso neque oppo
suistis murum pro domo Israel ut staretis in prelio in die domini. Nichil enim
in eis libertatis est ut timide potestatibus obloquuntur. Nichil virtutis
ut civitatem in periculo tueantur. In omnibus lucrum, in nullis aut parum
querunt salutem animarum. ¶ Dum in suis obticeant dum ad ambicio
nis aut avaricie succedat votum eorum, que ipsi proprii sunt iactura
contempnunt. Fiat pax in diebus eorum. Sint referte oves bone crasse pen
penuaria plena cibis et vasis. onusta mensa. in admiracionem intuen
cium splendeat varie et preciose supellectilis oppositus cultus. Gaudent
honorent et colant. actibus dicuntur insistentur a subditis in omnibus
nota — sit denique liberum impune. et sine nota facere quicquid libido dictaverit. Ad
singula dicunt. euge euge ut iuxta increpacionem propheticam luto abs
que paleis linisse. peccati indurati parietem videantur qui prospiciente
domino fuerat fodiendus ut irruet et abhominaciones pessime a domo
dei dispereant ¶ Hii sunt qui consuunt pulvillos sub capite omnis e
tatis et cervicalia supponentes. ut capiant animas et lac comedant la
nis operiantur ovium quas in precipicium negligencie vel audacie induxe
runt. Fur autem cognoscitur ab operibus suis. quia non venit nisi ut furetur
et occidat et mactet et perdat. Inimicus utique principio suis et aptus qui
nec vocem pastoris habet nec speciem. et vel ad modicum pascit sed suum lucrum
reputat eciam cum occidit ¶ Pastori itaque debetur amor quia diligit
mercenario paciencia quia videtur amantem imitari. Furi vero non debe
tur cura nisi penam ¶ Si sciret paterfamilias qua hora fur veniret vigi
laret utique et non sineret perfodi domum suam. Vocem pastoris audiunt
voces oves et sequuntur. Vocem mercenarii interdum interdum audiunt. sed
eum quia non vadit ad vitam sequi contempnunt. Vocem furis appropinquantis
horrent et fugiunt quia in manu eius vident et in ore audiunt opera
mortis ¶ Si quidem non modo fur est et latro. sed lupus rapax sequens pre
da leonis qui rugiens circuit querens quem devoret. Quis ergo illum
non appellat aut saltem fugiat qui ad hoc ovile ingreditur ut mactet
et occidat ¶ Si quis inquit episcopatum desiderat bonum opus desiderat. sed nes
cio quo pacto res in contrarium versa est ut tum omnes scire desiderent epa
ri. cum quod appetunt adepti fuerint ocio marcent. aut quod turpius est in
vanitatis operibus occupantur ¶ Quanta curratur ambicione. volui
quidem supprimere. sed ut se res habet plene non patitur complanare et profecto
quam inutiliter multi versentur in gradu dignitatis referre difficilius puto
¶ Unum tamen scio quia non ea aviditate currunt ut pro hiis animas po
nant qui fortune munusculum ut quod reverius dicerem gracie dei temporalia do

in hunc tamen concessa vsum · ut promoueant etiam · vetustatem in utilitate
fratrum erogare ¶ Hanc tamen esse pastoralis officii formam premonstra
uit tam exemplo quam verbo pastorum princeps. Ergo tanto conuenientes am
bitu mercenarii comparant aut fures fieri. Bene tamen agitur cum ambi
que illius custodie demandantur qui eas vel ad pristinum pascat. Nam et in
ipsis mercenariis gradus et differentie sunt. ¶ Alii laxant quidem omnes re
tia in capturam · sed in capturam animarum · et rerum illi res piscantur dum
taxat contempto periculo animarum. Et sepe turbant omnia · quo piscan
di adnotum uberior succedat occasio quam habere variam supellectilem et
vestes ut dicitur facultates apud eos qui predicant pauperem christum et qua
si non coguntur stipendiis militare euangelizant ut comedant et eu
angelistarum stipendiis abutuntur. ¶ Calicem quidem in quo Joseph augu
rari consueuerat in sacco suo ore reuoluunt · sed non descendit in manus illius
ua siquidem sacerdotis talis est eius qui in veritate est · et prefiguratione
nominis interpretatur saluator mundi institutus ut vaticinetur abscondita
et fidelium mentes potet eo spiritu quo repleti discipuli verbum fidei et salutis
eructuantes in mundum ebrii sunt · dispensantes granum frumenti quod intervaf
cordiis eorum tenderat et iam in ... eloquii eorum fructum plurimum
domino cumulabat. Alii quidem sine euangelio de euangelio viuunt · et bene
si viuunt tamen · ut non etiam laborent. Hos ergo mercenarios dixerim quia
non laborant ut manducent · sed sine labore non manducare quia vtilitatis
est · sed orare et laborare desiderant. ¶ Omnibus enim qui pastoris ex
ercent officium gratia debetur et reuerentia · et qui christum quacumque ra
tione annunciant et lucrum faciunt · tamen sua tamen et propria utilitate amatorum
pastoribus et salutis dispensatoribus aggregentur sintque amici sed et
venerabiles et patrum letentur honore et si mercenarii sunt merce
de sua magnum me periculum auctore. Utinam sit in istis qui verbum dei
loquatur qui edificet ecclesiam dei vel ad lucrum. Non in modico lucro · si opera
antecedat. Cum vero sic inhiant lucris ut que christi sunt vniuersa con
temptant et si nec heresim doceant · nec contentionibus ecclesiam scindant
nec pastoribus nec mercenarii digni sunt nec honore nec nomine
¶ Non loquor de legatis ecclesiam romanam que parens auctore deo · et ma
tricula fidei et morum et non potest ab homine audiri et argui celesti privilegio
munita relinquo intactam · nec enim incredibile est quod ea quam iterum pre
sumant vel dignantur que de iure gentilium in presidibus provinciarum et pro
consulibus · id est legatis cesaris constat esse illicita. Qua ergo impudentia
hoc attemptare audeat discipulus crucifixi vicarius petri pastor ani
marum quod vigente fidelium disciplina in famulis imperatoris sub of-

nota

ficas consul victor corporum presumere non audebat ¶ Porro repetundarum
compilationibus liquet et tam institutis legum quam hystoriarum exemplis
stilo meo innotuit. et quod nisi in causa esculenti et poculenti indicia provin
cialibus accipere non licebat. ita tamen ut accepta nequaquam excederent in mu
neris racione. Quis ergo prodest quod patres ecclesie iudices orbis et ut ita di
cam. clarissima lumina mundi diligant munera sequantur retribuciones. provin
cias circueant ut emungant loculos. excoriant alienos ut solident suos
illis prediscunt paupertate et criminibus addunctas exercent bonorum spo
lia dampnent commercia ut cum eis duntaxat metallis contrahere liceat
¶ Id agentes ut omnibus sint terrori amentur a nullo quietem doceant ut fa
ciant rixas indicant et famulentur ut venditent fastu aliena pulsantes et
suam foventes avariciam dictantes largitatem tenacitati insistentes. et ut
pauca loca huius anfractus et volumina spaciosa complectar cum scelera
tis et flagiciosis omnibus ponentes porcionem. aut flagicia vendicantes
in solidum ut videatur contradicere vanitatis in qua generacionem synagoga et
ecclesia malignancium in quorum manibus iniquitates sunt. et dextera eorum re
pleta est muneribus ¶ Absit ut hoc quisquam audiat suspicari nec cadat
in quemquam tantum scelus ut os suum ponat in celum et patrum que non
sunt pudenda deridet. Omnia eorum alba sunt et decora nichil in eis est
quod canino morsui pateat aut sanna ut satiricus ait possit vexari.
¶ Si tamen quispiam hoc presumpserit ei uno validissimo respondebitur argu
mento cui resistere et contradicere non audebunt omnes adversarii mei. Quo inquis argu
mento que ipsi faciunt testimonium perhibent de eis Si locum queris effec
tum quo de cause sinceritate constet attende Cuius enim opus bonum est
ipse quoque bonus est. Si auctorem eum qui ait A fructibus eorum cog
noscetis eos Non enim potest arbor mala fructus bonos facere aut conver
sim arbor mala fructus malos bonos arbor bona fructus malos ¶ Pos
sent pro eis si quis tamen est qui eis temptat detrahendum plurima proponi
sed in defensione eorum. hoc unum sufficiat Constat enim quia apostolorum
oportet adorare vestigia. et illos esse. ut patres honorandos colendos ut
dominos. qui eorum possident sedem. et imitantur vitam ¶ Illos potius hec
pagina respiciat qui plurimis vehementur pensilibus in fatuitate disputant
de eminentiis et quod illis asserunt operibus destruunt nec vero eunuchi regine
ethiopum clausis oculis scripturas locuntur et lectitant et eum. qui sicut
ovis ad occisionem ductus est et os suum coram se tondente non aperuit
respicere dedignantur. aut nequeunt. nec discipulum veritatis interpretem. do
nec descendant ad aquas. quibus mundentur ab operibus mortuis dignantur

collige. ¶ Utique licet scripturarum insideant rotis et pennatorum animalium im-
petu preferantur. lingua eorum cum de superioribus disputant. celum lingit
nec scripturas intelligunt. quia cor eorum non aperuit spiritus dei qui aperuit
sicut in actibus apostolorum scriptum est cor lidie purpurarie ut audiret ea que di-
cebantur a paulo. que fidelibus humili obediencia mandatorum quam disputatione ver-
bosa deum timentibus innotescunt ¶ Fur autem quis sit duplici racione colligitur
Nam ille qui de commissione terrena per superbie scalam ambicionis et viciorum gradi-
bus innitente in ovile ascendit Christo contempto vel neglecta recta via. et plana sinu-
osis anfractibus. luminaria suffodit aut parietum iuncturas irrumpit aut
per tegulas insidiosus illabitur. profecto fur est et latro ¶ Cum vero Christo aperiente
hostium vel etiam vocante ingreditur. et postmodum sub umbra pastoris efficitur
persecutor vel spoliat mactat occidit et perdit fur indubitatus est. ¶ Tu vide in
quo gradu ponendi videantur quibus non sufficit. divini iuris licencia tonde-
re et devorare pecus. nisi secularium legum implorent auxilia et officiales princi-
pum facti ea committere non verentur. que facile alius quilibet publicanus eru-
besceret Interim voluptati serviunt aut avaricie et qui eos elegerunt. vel admi-
serunt incustodiam sui depopulantur et perimunt. mortem quoque eorum desiderant quos
foveri oportebat materne et spiritualiter. Tenent profecto memoriter illud propheticum ecce
constitui te super gentes et super regna. ut evellas et destruas et disperdas. et
edifices et plantes ¶ Que ergo plantata inveniunt nituntur avellere ut edificet
sibi domum david in ruinibus. manus aut lingue aut obsequii. aut eos sub-
stituant complantatis. quos elegit affectio carnis id est aut genitos a se aut
sibi ab aliis carnaliter genitos In mensium hic agitur opus. et via talamos di-
latum. Sed subsisto precus articulis qui publicos affectibus ingerunt ¶ Si quis
autem hic quippiam dici durius calumpniatur. si ea que a patribus dicta sunt
legerit michi facile veniam indulgebit Si enim tyrannus secularis iure divino
et humano punitur. quis tyrannum in sacerdocio diligendum censeat aut colendum
¶ Quod si istud videtur acerbum. illum qui non nisi vera loquebatur. et dulcia
imperatoribus advocato beatum gregorium qui acerbius ista prosequitur Et ut cetera tace-
am. hoc unius omnibus notum est quia sine prelati debent. quod cum ipsi de-
linquunt tot mortibus digni sunt. quot ad subditos perdicionis exempla transmit-
tunt Ministros dei tyrannos esse non decet et quid sit tyrannus. et de
moribus gai galigule et neronis nepotis eius et exitu utriusque Capitulum
Ministros dei tamen tyrannos esse non abnego qui in utroque primatu 18
scilicet animarum et corporum. iusto suo iudicio esse voluit per quos puniren-
tur mali et corrigentur et exercerentur boni Nam et peccata populi faciunt regna-
re ypocritam. et sicut regum testatur hystoria. defectus sacerdocii in populo dei
tyrannos induxit ¶ Et quidem primi patres et patriarche. vivendi autem

optimatum. natura secuti sunt. Successerunt duces a moyse sequentes
legem et iudices qui iudices legis auctoritate regebant populum. et eosdem
fuisse legimus sacerdotes Tandem in furore domini dati sunt reges. alii
quidem boni. alii vero boni mali ¶ Senuerat enim samuel. et tamen filii eius
non ambulaverunt in viis suis. sed avariciam et iniusticias sectarentur
populus qui fortasse et ipse meruerat ut ei tales preessent sacerdotes adeo
quem contempserat sibi regem extorsit ¶ Electus ergo est saul regis ta
men iure predicto .i. qui filios eorum tollet ut faciet aurigas et filias ut
panifice fiant et focarie et agros et predia ut ea prohibito distribuet
servis suis. populi quod totum servitutis premeret iugo Hic tamen christus domini
dictus est. et tyrannidem exercens regni non amisit honorem Incussit enim
deus timorem omnibus. ut eum quasi ministrum domini cuius quodammodo
gestabat ymaginem venerarentur ¶ Amplius quid adiciam etiam tyranni
in gentium reprobati abiectus ad mortem ministri dei sunt. et sancti domini appella
tur Unde propheta Ingredientur portas babilonis duces videlicet cirus et da
rius Ego enim mandavi sanctificatis meis et vocavi fortes meos in ira mea
et exultantes in gloria mea Ecce quia sanctificatos vocat medos et per
sas. non quod sancti essent sed domini adversus babilonem implebant voluntatem
Talis quoque Ecce ego adducam inquit nabuchodonosor servum meum. et
quia servivit michi bene apud tirum. dabo eis egiptum ¶ Omnis autem
potestas bona. quia a deo est a quo solo omnia. et sola sunt bona Utenti
tamen inordinate bona non est aut patienti. sed mala licet quo ad universita
tem sit bona illo faciente. qui bene utitur malis nostris Sicut enim in
pictura fuscus. aut niger color. aut aliquis alius. per se esse consideratus
indecens est. et tamen in tota pictura decet. sic ipse quedam per se spectata
indecora. et mala relata ad universitatem bona apparent et pulchra eo omnia
sibi adaptante. cuius omnia opera valde sunt bona Ergo et tyranni potes
tas bona quidem est tyrannide tamen nichil est peius Est enim tyrannis con
cesse homini potestatis abusus ¶ In hoc tamen malo multus et magnus
est bonorum usus ¶ Patet ergo non in solis principibus esse tyrannidem
sed omnes esse tyrannos qui concessa desuper potestate in subditis abu
tuntur ¶ Potestas porro si potestas accedat sapienti qui verum omnium
novit. et habet usum omnibus bonis grata est et omnibus utilis Si
vero cedat insipientem. et si bonis quibus omnia cooperantur in bonum. ma
la esse non possit molesta tamen ad modicum temporis est Nam eam v
trisque contingere manifestum est. licet exigente malicia temporis nostri
qui in nos flagellum domini ingerit provocamus malis .i. insipientibus sepius
concedatur ¶ Quod enim in rebus humanis romano imperio potencius potest

nulla memoria recordari. Si tempora series ab urbe condita revolvatur
illud inveniunt mali gessisse sequentes. Quibus cum gaius galicula calli-
gula augusti tercio successore tercior aut in maior. preter neronem qui ante-
cessores et successores omnes turpitudine vite et inmundiciis flagiciis
superavit. ¶ Hic autem caligula omnium flagitiosissimus cum rexit aut
potius torsit imperium. ea quidem crudelitate ut ipse invidens felicitati
de condicione suorum temporum quereretur. eo quod nullis insignirentur calamitati-
bus publicis. Ille siquidem ortu suo pacaverat secula. qui delere venerat contra-
dictionis et mortis imperium. Licet cum hec immensitas pacis ascriberetur augus-
to. christo tamen potius ascribenda est qui civis romanus indictione census as-
criptus est regnante augusto. Sic quidem evangeliorum et historiarum concordi
ta relacione constat quia sub eo natus est auctor unicus patris deus ho-
virginis filius christus. cuius etiam dispositio ad unam pacem et felicissimi
regni beatitudinem conscripsit electos. cuius adventus multis prenunciatus
est et patefactus indiciis. ¶ Nam ut orosius refert cum cesar iulius inter-
fecto rege apollonio rediens urbem ingrederetur hora circiter tercia repente
liquido ac puro sereno circulus ad speciem celestis arcus orbem solis ambijt
et hoc octavo ydus ianuarij die qui dicitur epyphaniorum creditur accidisse quo
cesar primum iam portus sopitis finitisque omnibus bellis civilibus clausit
et augusti adeptus est nomen apicem declarans imperij. ut penes eum
doceretur summa rerum et potestatum esse quam monarchiam nominant greci.
¶ Refert idem hystoricus quod cum a sicilia rediens receptis legionibus a
pompeio et lepido. triginta milia servorum dominis restituisset. et omnia superio-
ra populi debita donanda. litterarum etiam monumentis abolitis censuisset in die-
bus ipsis fons olei largissimus de thaberna meritoria per totum diem defluxit
illum utique manifeste adesse in ipsis indicans qui servos dyaboli peccatores ins-
to dei domino subdere venerat et pauperum misereri. ¶ Cum ergo a facie christi siluerit
omnia et tantas miserationes altissimi abstupesceret mundus summa rerum et
potestatum inclinata ab augusto in Caligulam cecidit. Cuius feritas ut brevi-
bus liqueat proclamasse fertur. Utinam populus romanus unam tantum cervicem ha-
beret. Et quia hostis deerat magno et incredibili apparatu profectus est hostem
querere ociosisque viribus germaniam galliamque percurrens in hora occeani cir-
ca prospectum britannie substitit. romamque reversus est belli deficiente ma-
teria. et nullo completo negotio nisi quod belinum britannorum regis filium
quem pater expulerat. cum paucis in dedicionem accepit. ¶ Infestissimus
quod iudeis extitit et sacra illorum loca prophanari et statuis repleri iussit
et se coli ut deum. Pilatum iudee presidem tantis coartavit angoribus
ut sua se transverberans manu. malorum compendio mortis celeritate

quesierit. Sorores quas Caligula primum stupris polluerat dampnavit
exilio. et post omnes simul exules iussit occidi. Ipse autem a suis pro
tectoribus occisus est. In scrinio eius inventi sunt duo libelli. con
tinentes lectissimorum nomina civium quos morti destinaverat. cuiusque alte
rius inscriptio gladius alterius pugio. Archa quoque ingens multiplicium
venenorum inventa est quibus Claudio cesare iubente demersis maria
ipsa magno piscium exitio protestante traduntur infecta. Successit autem
Caligule Claudio tamen interposito Nero cesar verum avunculorum
que successor ymo transgressor petulanciam libidinem luxuriam avariciam
crudelitatem et scelere quoniam exercuit. Teste namque Orosio patus petu
lancia omnia pene Italie et Grecie theatra perlustrans assumpto etiam vari
vestitus dedecore certas i. contentiones citharistas tragedos et auri
gas sepe visus est superasse. Libidinibus quoque tantis exagitatus
est ut a matre quidem vel sorore ulla nec consanguinitatis reverencia ab
stinuisse referatur. Virum in uxorem duxit. Ipse a viro ut uxor
acceptus. Luxurie tam effrenate fuit ut retibus aureis piscaret
purpureis funibus. frigidis et calidis lavaret unguentis. nulla ves
tem bis induit. nec umquam minus mille carrucis confecisse traditur
iter. Denique urbis rome incendium voluptatis sue spectaculum fecit per
sex dies septemque noctes ardens civitas regios pavit aspectus. Hor
rea quadro structa lapide. magneque ille veterum insule quas discur
rens flamma adire non poterat. magnis machinis quondam ad externa
bella preparatis labefacte atque inflammate sunt ad abditorum mansiones bus
torumque diu sparsa infelice plebe compulsa. Quod ipse ex altissima
Mecenatiana turre prospectans. letusque flamme ut aiebat pulcritudine
tragico habitu Yeleifeles odam sonat sacerdotales ymnos civitatis in
qua solis splendor colitur decantabat. Avaricie autem tam precepite
extitit ut post hoc incendium urbis quam se augustus ex latericia mar
moream reddidisse iactavit neminem ad reliquias rerum suarum adire
permiserit. Cuncta que flamme quoquomodo superfuerant. ipse abstulit
decies centena milia sextercium annua a senatu sibi conferri imperavit.
plurimos senatorum nulla extante causa bonis privavit. negociatorum
omnium sub una die tormentis quoque adhibitis omnem penitus cen
sum abstersit. Crudelitatis autem rabie ita effrenatus est ut plurimam
mam senatus partem interfecit. equestre ordine pene destituit. Sed ne
parricidiis quidem abstinuit. matre fratre sorore uxorem ceteros
que omnes cognatos et propinquos sine ulla hesitacione prostravit.
Auxit hanc molem facinorum eius temeritas impietatis in deum. Naz

primus rome xpistianos suppliciis et mortibus affecit ac per omnes pro
vincias pari persecutione excruciari imperavit ipsumque nomen extirpa
re conatus beatissimos xpisti apostolos petrum cruce paulum gladio inter
fecit Mox acervatim miserrimam civitatem oborte undique oppressere clades
Nam subsequente autumpno tanta urbi pestilencia incubuit ut xxx^m in
lia funerum in racionem libitinaee venirent Britannia deinde clades
ex vestigio accidit qua duo precipua opida magna civium sociorumque clade
et cede direpta sunt Porro in oriente magnis armenie provinciis a
missis romane legiones sub iugum misse egre syria retenta
est In asia tres urbes hoc est laodicie ierapolis colose terre motu
conciderunt Hec orosius fere totidem verbis et sensu eo libencius utor
quia sancto xpistiano et magni discipulo augustini persuasit religionem fidei nostre vita
ti diligencius instituisse Hec quidem possunt et apud alios historicos in
veniri diffusius qui tyrannorum atrocitates et exitus miseros plenius
scribunt Nunc si quis diligencius recensere voluit legat ea que tro
gus pompeius iosephus egesippus suetonius quintus curtius
cornelius tacitus titus livius serenus et tranquillus et alii histori
ci quos enumerare longum sui comprehendunt hystoriis Ex quibus facile
liquebit quia semper tyranno licuit adulari licuit eum decipere et hones
tum fuit occidere si tamen aliter coherceri non poterat Non enim de privatis
tyrannis agitur sed de hiis qui rem publicam premunt Nam privati legi
bus publicis que constringunt omnium vitas facile cohercentur Sacer
dotem tamen et si tyranni induat personam propter reverenciam sacramenti gladium
materialem exercere non licet nisi forte cum exauctoritatus fuerit in ecclesiam
dei cruentam manum extendat eo quidem precepto obtinente ut ob eande
causam non consurgat in eum duplex tribulacio Porro rerum tamen
non videtur si hec que dicta sunt aliquibus astruamus exemplis De

Occurrit ergo in primis domus morte iulii cesaris et aliorum
cesarea qua nichil potencius gentilium romanorum Capitulum 19
aut gloriosius ulla etate vidit mundus Si quidem iulius cesar primus orbe
prudencie et rei militaris viribus adquisivit homo preclarior et cui nul
lum expresse similem adhuc edidit natura mortalium Licet enim a ci
cerone alicubi tyrannide criminetur qui citra omnem utilitatis aut hones
tatis speciem delectabatur iniuriis adeo ut cum ipsum peccare minaretur
idem tamen tantis laudibus eundem effert ut decorum conferat omnibus
cum virtutibus temperatum romano indultum imperio ut pace qui nec pro
speris extolli nec adversis frangi novit magnificus sine crudelitate
sine temeritate magnanimus Dominus enim si alius esset posset teme
rarius videri cesar tamen audax videri non debet tanta voluntas

decorum aspirante fauore semper in sua potestate fuit. Nemo serium
oppositus est cesarem nisi supplex rebellaret prouocatus iniuriis prius
fuit adueniam. Quos uicit uiribus prudencia antecessit. Excessus eius
uidebantur supplere et ad iusticiam aspirare. Ex eo quia potest quod nullo
per tempus sibi voluit esse plus quam rex. ¶ Huic uidetur orosius in parte
consentire. Cum enim in egypto magna pars militum eius cecidisset
et ipse sicut lucanus innuit cogeretur respicere scevam. qui singulari vir
tute cuneos inter cesarianos obsedit muros calcantes menia magnum
insistencium egiptiorum ui pressus cesar scapham ascendit. qua mox po
dere sequencium grauata et mersa per ducentos passus ad nauem una
manu elata. qua cartas tenebat natando peruenit. ¶ Hic tamen quia
rem publicam armis occupauerat tyrannus reputatus est. et mag
na parte senatus consenciente strictis pugionibus occisus in capitolio
sed et ibi honestatis memor extitit. Ut enim animaduertit se strictis pu
gionibus peti toga caput obuoluit simul sinistra manu sinum ad y
ma deduxit quo honestius caderet. ¶ Successor eius augustus fe
licissimus omnium. se sub interminacione pene dominum est prohibitus ap
pellare et tamen genus tyrannidis rem declinauit et notam. ¶ Ti
berius autem a iulio tercius ueneno obiit. cuius morte ita letatus est po
pulus ut terram matrem et deos manes orarent ne mortuo sedem
ullam darent. nisi inter impios. Et licet beneficium detestabile sit
fuit. venenum quo ille extinctus est. orbis censuit esse uitale signum
veneni etenim istiusmodi ossis quod cor inter ossa crematum inuentum est incor
ruptum. Ea enim uero estimatur natura. ut tinctum veneno igne
consumi nequeat. ¶ Quartus tyrannus gaius caligula. occisus est a do
mesticis suis. ¶ Tyberius claudius quintus a iulio. et si tyrannidem
uitauit. manifestatis ut alter tyberius ueneno extinctus est. ¶ Ne
ro sextus a iulio omnium iniquissimus et uilissimus hunc exitum
habuit. ¶ Postquam enim deformitate veterum edificiorum. et angustiis
flexurisque uicorum offensus ut predictum est urbem incendit ab
omni populo sicut suetonius tranquillus refert desertus est et cum in
gressus cubiculum quereret percussorem et non inueniret omnes quippe dis
cesserant. ergo ego inquit nec amicum nec inimicum habeo. Idem
paulo antequam se confoderet scrobem coram se fieri precepit ad corpo
ris sui modulum componique in ea si qua inuenirentur marmoris fru
sta et aquam simul et ligna conferri ad curandum cadauer flens ad singula
atque identidem dictitans. Qualis artifex pereo. ¶ Cum autem audiret se a se

natu ad iudicandum adiudicatum supplicio quale id esset interrogauit Et
tunc comperisset debere tradi hominis ceruice furce inseri corpus vero virgis
ad necem cedi conterritus duos pugiones quos secum extulerat arri
puit temptataque utriusque acie rursus condidit causatus nondum
esse fatalem horam Ac modo sporum ortabatur ut lamentari inciperet
modo orabat ut se aliquis ad mortem tum exemplo animaret ¶ Inter
dum segniciem suam hijs verbis increpabat Viuo deformiter tur
pius nerone Iamque equites appropinquabant quibus preceptum erat ut
viuum contraherent Quod ut sensit . ferrum adegit iugulo in eoque con
sumpta est omnis familia cesaris Et ne in illa sola familia aduersus
tyrannidem . tum licere legibus quispiam suspicetur . vitellius nomine
a iulio galba et othone inter neronem et vitellium inter sextis turpis
sime protractus est a cellula in qua se contruserat . vndique deductus
per viam sacram passim fimum in os eius coniectantibus alijs et appo
romano apud gemonias scalas in minutissimis ictibus excarnifica
tus vnco tractus est in tyberim ¶ Duodecimus domicianus vespa
siano et tito interpositis post multam et cruentam tyrannidem a suis
crudeliter interfectus est Ex qua causa tamen in christianos inimicus egerit
auctore eusebio cesariensi paucis aperiam . cuius verba sunt hec libro
iii° ca° xviij ¶ Apud ipsum vero domicianum tunc iussitque omnes perimi
qui de genere dauid et regia stirpe descenderant sicut vetus habet tra
dicio delati sunt quidam quasi essent de posteritate iude . quem fratrem
fuisse saluatoris . secundum carnem tradunt Duplici vero urgebant inuidia
veluti qui ex dauid genere . et propius ipsius christi propinquitate descenderant Ne
egesippus per ordinem hijs verbis refert Adhuc autem viuebant quidam
de carnali domini generis nepotes iude eius qui secundum carnem frater domini
dicitur quos quidam detulerunt tamquam ex dauid stirpe venientes hos
quidam euocatus nomine qui in hoc missus fuerat . perducit ad domicianum
cesarem Nam et ipse formidabat de aduentu christi et sicut et aliquando
herodes Interrogati ergo a domiciano si essent ex familia dauid confessi
sunt Tunc quesiuit quibus possessionibus vel quantis facultatibus essent
prediti At illi dixerunt quod utrisque non amplius esset in bonis nouem mi
libus denarijs ex quibus singulis pars media proportione debebatur ¶ Ne
que hoc sibi in pecunia substancie sed in estimatione terre que eis esset in xl . iug
vno iugere constituta . ex qua sua eam manibus excolentes . vel ipsi alerentur
vel tributa dependerent Simul et testes ruralis et diurni operis manus
labore rigidas et callo obduratas preferebant ¶ Interrogati vero de christo qua
lis sit regnum eius vel quis ipse aut vnde aut quando venturus dixerunt
quod non huius mundi regnum neque huius terre ei designetur imperium
sed celeste et per angelorum ministeria Quando sit aduentus in gloria

de vivis ac mortuis iudicabit et restituet unicuique pro factis et meritis su-
is ¶ Adhec domicianus cum in eis nichil criminis inveniret et utilitate
eorum quam maxime contempneret abire eos liberos iussit. Hec illi quo qui-
bus patet quod non quo mansuetudine que decet principem sed fastu imperio
a nonnullis fidelium crudelitatis sue cohibuit rabiem ¶ Hi ergo ad tantam
paucitatem et paupertatem genus regale deductum est. ut regnante domiciano
de stirpe david viri duo potuerunt inveniri. quibus sibi in carne et sanguine propa-
gatis prosperitatem esse confidit. Et quia etiam dei verbo et totum imperium la-
cerantis imperium laceravit domicianus eodem ipse dei iusto iudicio et ipse
laceratus est. Cuius cadaver vespillonis sandapila per inspiliones exportatum
atque ignominiosissime sepultum est ¶ Successor eius nerva omnia acta ei-
us revocavit iniuriarum et astriptus principibus non tyrannus morte con-
fectus diem obiit traiano adoptato in regnum. Qui tanta moderatione
successit ut sicut augustus felicissimus. ita et iste imperatorum optimus
dictissime habitus sit. et ut fertur apud seleuciam urbem isaurie profluvi-
o ventris consumptus est ¶ Et successit helius adrianus patris patre qui
rem publicam iustissimis legibus ordinavit. et iudeos scelerum suorum per-
turbatione exagitatos. ut in palestinam irruerent ultima cede perdomuit ul-
tus quod est christianos quos illi excruciabant. Precepit quod ne cui iudeo intro-
eundi ierusalem esset licentia christianis tantum permissa civitate. quam
in optimum statum murorum instructione reparavit. Precepit quod vocari hely-
am de suo nomine suo Antoninus cognomento pius tranquille et sancte gu-
bernavit imperium succedens adriano cum liberis suis. et merito pius et
patrie nominatus est. et intercedente iustino philosopho. se christianis benignum exhi-
buit ¶ Marcus antoninus verus successor pii. cum aurelio comodo fratre
suscepit imperium Aurelius autem casu morbi quem greci apoplexiam vo-
cant suffocatus interiit. Eoque defuncto fuit solus rei publice prefuit
vir quem admirari quam laudare. si eutropio creditur facilius est. A prin-
cipio vite tranquillus. et constans adeo ut ab infantia vultum nec gaudio
nec merore mutaverit philosophiam edoctus stoice eque deditus vita pariter. et
eruditione philosophus ¶ Institutus est ad philosophiam per appollonium calcedoni-
um ad studium litterarum grecarum per cheroneseum plutarchi per nepotem La-
tinas autem eum fronto nobilissimus orator docuit. et pro quorundam
opinione plutarchi nepos. Hic tantum bellum gessit quod pre magnitudine
punicis conferri potest. Et licet orationibus militum christianorum
sicut idem imperator litteris suis dicit attestatur magna confecit gra-
vis eorum excessit persecucio multique sanctorum martirio coronati sunt
¶ Postremo lucio comodo filio suo in regnum assumpto in pannonia con-
stitutus repentino morbo interiit ¶ Lucius antoninus comodus. quin-
tus decimus ab augusto per omnia crudelitatis luxurie. et obscenitatis

de decora depravatus. gladiatoriis quoque armis sepissime depugnavit
et in amphiteatro feris sese frequenter obiecit. Interfecit etiam plurimos
senatores maxime quos advertit nobilitate industriaque contollere fla-
gicia regis. Pena urbis insequitur. Nam fulmine capitolium ictum. ex
quo facta flammarum bibliotecam illam maiorum cura studioque compo-
sitam edesque alias iuxta sitas rapaci turbine concremavit. Fertur
tamen beatus Ieronimus bibliotecam combussisse gentilem quo divine pa-
gine gravior esset locus et maior auctoritas et diligencia studiosior.
Que licet sibi nequaquam obviant cum diversis temporibus potuerint
accidisse. Comodus autem cunctis incommodus vestibulum strangula-
tus est nimis ante hostis [illegible] quam quis indicatus. Et hic quidem est de-
scripcio tyranni qua complicatur res que latet in nomine. Sicut ergo dam-
natum hostem licet occidere sic tyrannum. hoc tamen non impediat si Sto-
icos veritatem hystorie. qui hic galbe othonis. et similium racio ne-
glecta est. Nec quis quotus sit imperatorum attendit. sed quomodo unumquemque
domuerit tyrannidem. aut repressit clemencia dei. qui pro decreto iusticie
quem vult flagellum induat. in delinquentem penam. et quem vult quos faciat
penitentes admittit ad veniam. Debeam hic desistere et ad alias avo-
camus transire hystorias. sed quia in cathalogum imperatorum ille a quo genti
mee nomen est. Severus occurrit qui adversus christi nomen severius tyra-
nidem gerentem exercuit illum adhuc solum adiciam ne severe vel severissi-
me parcere videar. Hic profecto hanc christianam in christianos et ecclesiasticam per-
secucionem celestis ultio prosecuta est. Emerserunt enim continua bella
civilia. quibus romani sanguinis plurimum effusum est. Hic quidem af-
fer genere tripolitanus ab oppido lepti. natura severus. multis sepe bellis la-
cessitus. fortissime quidem rem publicam sed laboriosissime rexit congres-
sus est cum multis gentibus. ut de multis triumpharet. Pescennium nigrum
ad tyrannidem aspirantem vicit et interfecit. Iudeos et samaritas rebel-
lantes ferro cohercuit. parthos arabes adiabenos que superavit. Hic est se-
verus generum victor. qui in britannias defectu pene cunctorum sociorum tractus
magnis ibi gravibusque preliis sepe gestis receptam partem insule a
ceteris indomitis gentibus vallo distinguendam putavit. Itaque ma-
ximam fossam firmissimum vallum crebris insuper turribus communitum
per centum. xxx. duo milia passuum a mari ad mare duxit. Ibique sicut oro-
sius et alii hystorici referunt apud opidum eboracum morbo obiit. Ubi
quidem britannia venena semper cohorruit et in principes non venit. sed pro-
suis principibus invictos gladios exercere. prefatum vero opidum. in id vi-
rium et [illegible] temporis processu convenerunt ut urbibus antiquis audeat se
conferre. hic ei forte tanti imperatoris contulit sepultura. Ipsum tamen

gentibus et vita et infidelium prauitate tyrannide in xpianos exercuisse. et
penas sceleris luisse certum est. Nemo enim a seculo se apostate ange
li egit ymaginem qui dampnationis eius et confusionis non fuit particeps

Quod auctoritate diuine pagine licitum sit et gloriosum et publicanos tyrannos occidere si tamen fidelitate non sit tyranno obnoxius interfector

20 Longum est si gen aut alias iustitiam aut honestatem non admitten
tilium tyrannorum ad tempora nostra seriem voluero trahere. Sed unius hoc
etatis non memorabitur homo. Hec enim mentem effugit. et linguam
vincit. libellus tamen qui de exitu tyrannorum inscriptus est quid de tyran
nis sententiam plenius poterit aperire. diligenti tamen compendio ut nec de pro
lixitate tedium. nec de breuitate obscuritas generetur. Sed ne romane hystorie
vilescat auctoritas que plerumque ab infidelibus et de infidelibus scripta
est. hoc diuine et fidelis hystorie comprobetur exemplis. Undique enim ap
paret. quia ait valerius. ea demum tuta est hoc diuine et fidelis hys
torie potentia que viribus suis modum imponit. Et sane nichil tam per
clarum est aut tam magnificum quod non moderatione desideret temperari. Pri
mum ergo tyrannum nobis obicit diuina pagina nemroth robustum coram
domino venatorem quem vivum dici non nulle testantur hystorie. et si ratio
temporis non admittat cumque fuisse reprobum superius dictum est. Regna
re siquidem voluit. et non a domino. et sub eo turrem in celum erigere cona
ta est certa dispergenda. et confundenda mortalitas. Progrediamur ad eum que
populus diuina prefecit electio datum quod in reprobam dominandi non regnandi
voluntate ita desevit adeo quod afflixit. urgente doloris angustia mortem
sibi cogeretur inferre. Nichil enim aut minimum prodest sana assumptio
si consequens vita dissentit. nec initia rerum apud iudicem obtinent. cuius
sententia pendet ex fine. Regum et libri dierum celebris hystoria est mag
auctore ieronimus israel edocetur sub tyrannis a biennio laborasse. et iuda pre
ter dauid iosiam et ezechiam reges omnes reprobos habuisse monstrarunt. Sa
lomonem tamen. et forte aliquos alios in iuda qualuisse. facile crediderim
domino reuocante. Quilibet facile persuadebitur populum dure ceruicis et corde in
domabili et qui semper restitit spiritui sancto. et non modo samuelem legis
sed dei dauid legis ab hominationibus gentium aduersandiam prouocauit pro
principibus meruisse tyrannos. Nam tyrannos quos peccata impetrarunt
inducunt et erigunt penitentia delet excludit et premit. Et quidem ante
reges suos sicut iudicum narrat hystoria seruierunt sepenumero filii israel
sub tyrannis multis et variis pro dispensatione diuina afflicti temporibus sepe
que sunt clamantes ad dominum liberati. Liberabantur finito tempore dispensationis ne
te. tyrannorum excutiebant iugum de ceruicibus suis nec quisquam eorum quorum
virtute penitens et humiliatus populus liberabatur arguitur. sed iocunda poste

virorum memoria quam minister dei honoratur. Ad suppositis liquet exem-
plis. Servierunt ergo filii israel eglon regi moab x. et viii. annis. Et postea
clamaverunt ad dominum. qui suscitavit eis salvatorem vocabulo aoth militum
filium gera filii gemini qui utraque manu utebatur pro dextera. Miseruntque filii israel
per illum munera eglon regi moab qui fecit sibi gladium ancipitem. habentem
in medio capulum longitudinis palme manus et accinctus est eo. subter sagum
in dextro femore obtulitque munera eglon regi moab. erat autem eglon crassus
nimis. Cumque ergo obtulisset ei munera prosecutus est socios qui cum eo ve-
nerant. Et reversus est de galgalis ubi erant ydola dixitque ad regem. Ver-
bum secretum habeo ad te o rex. Et ille imperavit silentium. Egressisque omnibus
qui circa eum fuerant erant. ingressus est aoth ad eum. Sedebat autem in estivo
cenaculo solus. Dixitque. Verbum dei habeo ad te. Qui autem surrexit statim
de throno. Extendit aoth manum sinistram. et tulit sicam de dextro femore
suo. infixitque eam in ventre eius tam valide. ut capulus ferrum sequeretur
in vulnere ac pinguissimo adipe stringeretur. Nec eduxit gladium. sed ita ut
percusserat reliquit in corpore. Statimque per secreta nature alvi stercora proru-
perunt. Aoth autem clausis diligentissime hostiis et affirmatis sera per posticum
egressus est. Et alibi. Sisara fugiens pervenit ad tentorium iahel. Uxoris
abner cinei. Erat enim pax inter iabin regem asor et domum abner cinei. E-
gressa igitur iahel in occursum sisare dixit ad eum. Intra ad me domine mi intra
ne timeas. Qui ingressus thabernaculum eius. et opertus ab ea pallio dixit ad
eam. Da michi obsecro paululum aque quia valde sitio. Que aperuit utrem lactis
et dedit ei bibere. et operuit illum. Dixitque sisara ad eam. Sta ante ostium thaber-
naculi. et cum venerit aliquis interrogans te et dicens. numquid hic est aliquis
respondebis Nullus est. tulit itaque iahel uxor abner. clavum thabernaculi. assumens
pariter malleum. Et ingressa abscondite. et cum silencio est. posuitque supra
tempus capitis eius clavum percussumque malleo defixit in cerebrum
usque ad terram. Qui soporem morti socians defecit et mortuus est. Ullande-
ne ergo aut vituperium consecuta est posterorum. Benedicta inquit scriptura
inter mulieres iahel uxor abner cinei. et benedicatur in thabernaculo suo.
Aquam petenti lac dedit. et in fiala principum obtulit butirum. Sinistram ma-
num misit ad clavum et dexteram ad fabrorum malleos. Percussitque sisaram querens
in capite vulneris locum. et tempus valide perforans. Ut autem et ab alia con-
stet hystoria iustum esse publicos occidi tyrannos et populum ad dei obsequi-
um liberari ipsi quoque sacerdotes domini necem eorum reputant pietatem. et si
quid doli videtur habere ymagine religionis ministerii dicunt domino consecra-
tum. Sic holofernes non virtute hostili sed suis vitiis gladio mulieris occubuit

et qui viris formidabilis fuerat luxuria et ebrietate victus a femina
interfectus est. Nec femine ad tyrannum patuisset accessus nisi hostilem
animum pia simulatione texisset. Non est enim dolus qui fit fidei et militat
caritati. Sed quid fidei est quod increpat sacerdotes quod divine misericordie pre-
scripserant tempus quod pacto hostibus se dedituri et urbem nisi infra quinque
dies eis deus subvenirit. Caritatis autem quod nulla formidavit pericula dum
fratres et populum dei ab hostibus liberaret. Nam et hic egrediens in sa-
lutem iudicant ibi. Fac inquit domine ut gladio proprio eius superbia amputetur
et capiatur laqueo oculorum suorum in me. et percuties eum ex labiis caritatis
mee. Da michi in animo constanciam ut contempnam illum et virtutem eius
et evertam eum. Erit enim memoriale nominis tui cum manus femine de-
iecerit eum. Vocavit ergo abram suam. et descendens in domum suam ab-
stulit a se cilicium et exuit se vestibus viduitatis et lavit corpus suum et
unxit se myrra optima et discriminavit crinem capitis sui. et imposuit
mitram super caput suum et induit se vestibus iocunditatis sue. induitque
sandalibus pedes suos. assumpsitque dextralia et lilia et inaures et a-
nulos et omnibus ornamentis suis ornavit se contulitque ei splendorem
dominus. quia omnis ista compositio non ex libidine sed ex virtute pendebat. Et
ideo dominus hanc in illa pulchritudine ampliavit ut incomparabili decore oculis
omnium appareret. Illuc ergo pervenimus et publicum captavimus hostem. Dixit Iu-
dith holoferni. Sume verba ancille tue. quia si ea secutus fueris. perfectam rem fa-
ciet deus tecum. Vivit enim nabuchodonosor rex terre et vivit vir-
tus tua que est in te ad correpcionem omnium animarum errancium quia non so-
lum homines sed et bestie agri serviunt illi per te et obtemperant ei. Nunciatur
enim motus et industria animi tui universis gentibus et indicatum est
omni seculo quia tu solus potens et bonus es in omni regno eius. et disci-
plina tua omnibus gentibus predicatur. Et adiciens ait. Veniens indicabo
tibi omnia ita ut adducam te per mediam ierusalem et habebis omnes popu-
los israel sicut oves quibus non est pastor et non latrabit vel unus canis co-
ram te. Quia hec michi dicta sunt per providenciam dei. Quid queso insidiosius
excogitari quid capciosius dici potest. hec iusti dispensatione consilii.
Dixit itaque holofernes. Non est talis mulier super terram in aspectu et pul-
critudine et sensu verborum. Cor enim eius concussum ardebat in concupis-
cencia eius. Dixitque bibe nunc et accumbe in iocunditate. quoniam invenisti
graciam coram me. Ipsa vero que luxuriari non venerat fidei et fortitudi-
nis sue instrumento usa est luxuria aliena et crudelitate quam semel su-
pervit blandiciis in ipsius liberacione caritatis armis occidit. Percussit ergo holo-

fecit in mentem et abscidit caput eius et tradidit illud ancille sue ut poneret
in peram meam reportandum in urbem que saluti fuerat consecuta in manu
femine. Hoc tamen cavendum docent hystorie ne quis illius moliatur inter-
itum cui fidei aut sacramenti religione tenetur astrictus. Nam et Sedechias ob
neglectam fidei religionem legitur captivatus et in aliis regum inde non me-
mini eruti sint oculi eius quia deum cui incurritur etiam cum pro iusta causa te-
netur tyranno lapsus in perfidiam non proposuit ante conspectum suum. Sed nec
venenum licet videam ab infidelibus aliquando usurpatum ullo umquam iure
indultum lego licenciam. Non quod tyrannos de medio tollendos esse non cre-
dam sed sine religionis honestatisque dispendio. Nam et David regum quos
legerim optimus et qui excepto sermone Urie Ethei in omnibus inculpatus
incessit licet tyrannum gravissimum sustinuerit et cum opprimendi sepe nactus fuerit
occasionem ei tamen parcere maluit confisus de misericordia dei qui eum sine peccato
poterat liberare. Decrevit ergo expectare patienter ut ille visitatus a domino
reddita caritate aut in prelio caderet aut alias iusto dei iudicio moreretur.
Siquidem vel ex eo potest agnosci patientia eius quod cum horam clamidis eius
precidisset in spelunca et alibi de nocte castra ingressus custodum negligentia
intercepisset cyphum regem coegit profiteri quia David causam agebat iustio-
rem. Et hic quidem modus delendi tyrannos utilissimus et tutissimus est
cum si premuntur ad patrocinium clementie dei humiliati confugiant et puras
manus levantes ad dominum devotis precibus flagellum quo affliguntur aver-
tant. Peccata etenim delinquentium vires sunt tyrannorum. Unde Achior dux
omnium filiorum Amon saluberrimum Holoferni dedit consilium. Inquire inquit
nunc domine mi si est aliqua iniquitas populi in conspectu dei eorum et ascendamus
ad illos quoniam tradens tradet illos deus eorum tibi et subiugati erit
sub iugo potentie subiugo potentie tue. Si autem non est offensio popu-
li huius coram deo suo non poterimus resistere quia deus eorum defendet illos et
erimus in obprobrium universe terre. Omnium tyrannorum finem esse mi-
seriam et quod in eos deus vindictam exercet si manus humana defecit
et hoc in Iuliano apostata et multis sacre scripture patet exemplis

Finis enim tyrannorum confusio est ad interitum quidem si in malicia 21
perseverant nec revocantur ad veniam. Nam et ipsi flagello patris miseri-
cordiam cum interventione filiorum eo sunt usus pater. Et inquit Achab venturus
est faciem meam non inducam malum hoc in diebus eius. At Iezabel mise-
riam perpetuam condigno crudelitatis exitu sanguinem suum canibus lingen-
dum exhibuit exhibuit in loco ubi sanguinem innocentis Naboth linxerant canes.
Quod si ita innocentis Nabothe sanguis exigitur quid tot innocen-
tum sanguinis inrequisitus erit. Quoniam iusti conquirunt impietas

et impugnacionem eius tocius regni iura amisit ¶ Punit autem malicia
semper a domino. sed interdum suo iudicio quam hominis ultrice telo in penam im-
piorum. Afflixit pharao populum dei et ab eodem gravissimus sicut in exodo legitur
flagellatus plagis ¶ Quas breviter ut fideles teneant metro comprehen-
sas curavi inserere ¶ Prima rubens unda rane tabesque secunda. Inde culex
tristis post musca nocentior istis ¶ Quinta pecus stravit vesicam sexta cre-
avit ¶ Pone subit grando post brucus dente nephando ¶ Nona tegit
solem primam necat ultima prolem ¶ Nec tamen quibus usus fecit. hoc solo
attendens quia plagas egipti sub pharaone satis compendiose comprehendit
¶ In hiis tamen omnibus non est aversus furor eius a populo dei. sed egredientem
persequens. cum curribus et equitibus suis in mari submersus est. Aquis
ergo proximo ad populi defensionem et prothelo ad submersionem tyranni usus
est dominus ¶ Salmanazar quoque regnante Ezechia premebat populum domini
cominus quoque rex impetus adversus ninivas tyranni. clipeum divine protecti-
onis apposuit. Unde et eum per prophetam confortavit dominus dicens ¶ Non in-
gredietur urbem hanc nec mittet in eam sagittam nec occupabit eam
clipeus nec circumdabit eam municio. Per viam qua venit revertetur et civi-
tatem hanc non ingredietur dicit dominus. Protegamque urbem hanc et sal-
vabo eam propter me et propter david servum meum. Factum est ergo in nocte illa
venit angelus domini et percussit castra assiriorum centum octoginta quinque
milia. Cumque diluculo surrexisset vidit omnia corpora mortuorum et rece-
dens abiit. Et reversus est Sennacherib rex assiriorum et mansit in ninive.
Cumque adoraret in templo Nesarach deum suum Adramelech et Sarasar
filii eius percusserunt eum gladio fugeruntque in terram assiriorum et reg-
navit Esaradon filius eius pro eo ¶ Nec moveat si alio et alio nomine
censeatur in diversis hystoriis quia pro contradictione hebreorum sicut Iosephus
auctor est idem pentenominus extitit dictus est enim Salmanasar
et Sennacherib et Phul et Teglad Phalazar et Sargon. Nisi enim polino-
minus notatur hystoricorum quadam contrarietate dissidencium quorumque valida
vacillabit auctoritas. Hic ergo angelico gladio primum adversus Ezechiam u-
sus est dominus deinde adversum impium manibus filiorum ¶ Ipsa quoque na-
ture vindictas stupet interdum altissimi et hominum provocante malici-
a creatoris sui legibus immutabiliter acquiescit. Homo est qui adversus deum
Nabuchodonosor intumescens. coactus septennio bestiam egit. et pe-
nitens est demum reversus in hominem velut restitutus et regno licet
eo postmodum meruit imperio exitu spoliari ¶ Ad tempora transeo chris-
tiana quoniam in omni gente et populo manifesta est nequicia tyrannorum
et eiusdem pena ¶ Iulianus ille apostata et perdicius imperator

dolo potius quam viribus persecutus est xpm nec tamen viribus tempta-
uit. Nam sub eo grauissima xpianorum exorta est persecucio, dum galilei
quem dicebat tanatum impiis nomen moliebatur extinguere. Anno domini adu-
sus parthos infaustam expedicionem ageret et ydolis in reditu suo pro sacri-
ficio eadem deuoueret xpianorum magni basilii aliorumque sanctorum precibus mi-
ssus est deus mercurium quem martirem destinauit qui tyrannum in castris man-
dato beate virginis lancea perforauit moriente que coegit impium confiteri ga-
lileum xpm scilicet quem persequebatur esse victorem et de se triumphasse. ¶ Cum
enim prefatus episcopus fideles [illegible] ecclesia perpetue virginis dei pernoctan-
tes in oracionibus collegisset ipsa nocte beatam virginem in visione sanctus
agnouit. et huiusmodi consolacionem accepit. Vocate inquit illa michi mercurium
et abibit interficere iulianum in filium meum et deum tumide blasphemantem
Deus autem cum armatura adueniens velociter abiit. Et adnotauit que
apparuerat magnum basilium dedit de ei libro scriptum in hystoria. omnem mun-
di facturam. Sextum scilicet in homine adam plasmatum. Principiis autem
libri superscriptio erat die sexta homine iam plasmato parte. Basilius
itaque librum legit ab inicio usque ad parte. ¶ Similem quoque visionem vidit
eadem nocte questor iuliani in expedicione libanius. ¶ Rediens basilius
ad martirium sancti mercurii nocte ipsa mercurii arma non reperit. Sed die se-
quenti inuenit ad eam et lanceam recenti sanguine cruentatam. Orosius
tamen de mercurio nichil non facit mencionem sed in expedicione parthica ti-
rannum refert obuii militis telo esse peremptum. Eutropius quoque qui roma-
nam eleganti compendio describit historiam peremptum fatetur in castris
sed nullum exprimit cedis auctorem persecucionem tamen qui eadem auc-
tore in xpianos supra modum exercuit ei constat plurimum nocuisse. ¶ At hy-
storia tripartita diligencius persequitur flagicia iuliani. et quanta in insanitate
persecutus sit xpm quem galileum nominabat toto sexto volumine compre-
hendit. Ex quibus ad laudem galilei non nulla inseruimus compendiose decerp-
ta ab hiis. que de eo scriptores theodoritus et sozomenus teste cassiodoro
tradiderunt. ¶ Iulianus ergo de regio sanguine oriundus et ex constanti-
no. nepos constantini magni qui bizancium a suo nomine constantino-
polim appellauit. ab inicio extitit xpianus crescens que in auditoriis con-
stantinopolitane urbis exercebatur. in basilica ubi doctores erant ha-
bitu priuato procedens. Pedagogum habebat nomine mardonium gra-
maticum melodem laconensem. Rethoricam vero legebat apud ecebolum
sophistam iam opera et diligencia magni basilii xpianum. Prouidebat enim
imperator ne apud paganum sophistam legens ad impietatis dogmata
declinaret. Proficit ergo ut ei fama deferret vires imperii gubernandi.
Unde in suspicionem ductus imperatori ab urbe regia iussus est abstinere

mio mediam prohibitus quenire apud libanium sophistam sirum paga
num quod qui ibi a pedagogis constitutus politanis propulsus morabatur
Utebatur tamen lectione librorum eius. et in rethorica proficiens ma
ximo philosopho ephesio quem postea quasi artes magicas docentem va
lentinianus imperator fecit occidi familiaris effectus est. Cumque ab eo il
la philosophistica pregustasset cepit eius imitari religionem magis et
magis cupidine succensus imperii. Imperatorem vero timens suspicionem
que tamen tonsuris monachiam simulabat vitam agens proditore in habitu
christiano. et in ecclesia nichomedie lector ordinatus sit furorem declinavit
imperatoris In manifesto autem sacros christianorum legebat libros. et late
ter contendebatur in philosophia. invalescente semper ambitione imperii. Unde
et amicis dicebat felicia fore tempora quibus ipse rerum potiretur imperio
Et quidem manus non evasisset imperatoris nisi imperatrix eusebia innuens
latitante. et pro eo intercedens obtinuisset. ut ad philosophandum mit
teretur athenas. Refert theodoritus quod cum inde discurrens. omnemque hellada
vates quereret consulens an ad imperium perveniret inventi quodam viro. qui se
potentissimum in magica fatetur introductus est ab eo in locum ydolorum
ut in abdito evocatis a mago demones. perfectus consuleret. Quibus
sollempniter apparentibus compulsus est iulianus. frontem suam crucis mu
nire signaculo Quo facto repente demones disparuerunt. Magus itaque
cepit culpare iulianum. At ille pretendens metum crucis se dixit abstupuis
se virtutem eo quod signum hoc demones effugerunt. Non suspiceris hoc
bone vir inquit magus quia timuerunt sicut ais. sed abhominati hoc sig
num potius abscesserunt. Et ita capiens in eorum odio christianum signaculo
replevit iulianum. Post hec sicut socrates auctor est imperator constantius
iulianum cum constituit cesarem et data sorore constantia in honore. ipsum
contra barbaros destinavit ad gallias. Successit ergo ei fecit quod sibi im
tum vincendi barbaros. quod amore sui apud milites collocavit. Refertur
etiam quod dum aliquam civitatem fuisset ingressus corona laurea quibus so
lent ornari civitates inter columpnas pendens rupto fune super caput eius
decidit. omnesque aptissime coronavit. quo facto cuncti clamaverunt quia ei
signum foret imperii. Congrediens deinde cum hostibus tanta felicitate
potitus est. ut a militibus appellaretur augustus. Cumque corona deesset
imperialis unus signa portantium que circa habebat capiti eius circumposuit
et hoc modo factus est imperator iulianus. Que vero postea gesserit
ille plus indicant audientes Nam in ipso principio omnia pro libito disponebat
firmamentum quoque christiane religionis abiecit. et singularum urbium templa aperiens
ydolis offerebat dicens se ipsum esse pontificem paganorum Intestino

quoque bello laceratas imperium nisi ei degenti incruenta fuisset mors imperatoris
Constantii nunciata. Ut vero favorem multitudinis sibi conciliaret ius
sibi presidende religionis omnibus indulgebat. ¶ Studebat ab hoc omnibus
omnia fieri. hinc vane glorie causa largus. hinc et affectata simulatione philosophi. et
quod maxime erat. ne crudelis haberetur mansuetudine mentiebatur. Ceterum qua-
lis esset religione monstrabat. Episcopos ergo in exilium deportatos iussit
revocari confiscatas eorum sibi reddi substancias. Templa quoque paga-
norum velociter suis usibus precepit aperire. et que eis ablata fuerunt incunc-
tanter restitui. ¶ Palacio expulit eunuchos tonsores. et cocos. Eunu-
chos quidem eo quod uxor eius obierat postquam non duxit aliam. Cocos autem
quia in ore plurimum cibis simplicibus utebatur. Tonsores. quia ut ipse ait unus
sufficit multis. ¶ Scriptores plurimum venerabantur cultores quoque disciplinarum
sed maxime philosophantes unde et fama viros huiusmodi undique congregabat
circa palacia qui circumamicti palliis magis habitu quam magisterio pande-
bantur. Erant quoque graves universis christianis seductores viri. et imperato-
ris semper religionis faventes. ¶ Noctibus vigilans conscribebat libros
quos in senatu publice recitabat. Solus enim imperatorum a Iulio Cesare in
curia recitavit orationes. publicum cursum mulorum et caballorum inhibuit
iubens eos utilitatibus publicis ministrari. Hec huius opera laudant pau-
ci plurimique vituperant. quia remoto fastu palacii contemptibile videatur
imperium. ¶ Apud Sozomenum fertur quia mox in ipso principio sic aperte
et impudenter negavit christianam fidem ut quibus sacrificiis et immola-
tionibus quas expediationes paganorum vocant. et sanguine immolaticio
nostrum baptisma studeret abluere et abrenunciare ecclesiastice confessioni. Ex illo
enim tempore tam secretum quam publice. et in templis paganorum licenter sacri-
ficia celebrabant. ¶ Fertur autem quia dum aliquando sacrificaret. ostensum
est ei in visceribus hostie signum crucis corona circundatum. Quo viso alii
quidem pertimuerunt vere religionis virtutem et christiani dogmatis eternitatem
intellexerunt eo quod corona victorie indicium est et ambitus circularis in se
rediens est finis ignarus. Princeps autem confortans eos prospera mundi
sibi monstrari asseruerit. et quia signum dogmatis christiani coherceretur
ut ei dilatari liceret circuli termino esse conseptum. ¶ Cum autem adhuc
pueri sint Gallus et Iulianus ad sepulturam Mamme martyris opere inter se
diviso certatim basilicam fabricarent res dictu mirabilis. et forsitan
incredibilis accidisse narratur. ¶ Galli namque pars augebatur et illi
crescebat. Iuliani vero labores alii quidem fodiebantur. alii terra ipsa evome-
te videntibus implebantur. aliquotiens terre deposita fundamenta copulari
non poterant ac si quedam violenta virtus ab inferiore loco ea repelleret

endo depelleret. Res prodigiosa visa est omnibus existimantibus quia
non esset vir ille in christiana religione salubris. Nec falso quod patuit ex
post facto. ¶ Nam etiam et ministros possessionibus et privilegiis spo
liavit. et quod nimis grave et plane nimiosum est clericos iussit mili
bus aggregari. duci provincie futuros. plurimos quoque eorum curie tra
dit. Populum vero christianum cum uxoribus et filiis inscribi precepit et tam
quam iudeos tributa persolvere et galileos omnes censuit infelici domi
nicorum capitis subiacere. ¶ In initio autem christianis parcentis mitior visus
est. sciens priores persecutores nichil profecisse in pena christianorum qui
magis inde creverant et facti sunt gloriosi pro dogmate morientes. In
videns ergo eorum glorie abstinuit a tormentis iudicans esse necessarium
eorum, ut sermone patimus. et admonitione ad paganitatem colendam plures
suadet. Persianus etiam hinc se monstrare dementem. ¶ Dicitur enim quia
dum Constantinopoli apud fortunam sacrificaret urbis accessit ad
eum Maris episcopus calcedonie et publice impium. et sine deo aposta
tam vocitavit. At ille palam ei improperavit cecitate eo quod senex cecus
manum altius agebatur adiecit. Nec galileus deus tuus curare te
potest. Respondit Maris gratias ago deo qui hic egit ne te videm pieta
te nudatum. Imperator autem silens abscessit philosophum simulans, ut osten
tatione patientie paganitatem roboraret. ¶ Lege autem inhibuit ne ga
lileorum filii poetarum rethorum. et philosophorum legerent disciplinas propriis in
que telis gladiis propriis vulnerarentur. Nostris enim armati sermonis contra
nos bella suscipiunt. ¶ Posuit et aliam legem precipiens galileos expelli militiis. Adiecit et aliam ut galileis bona
auferentur quia proprius eorum eos pauperes esse precepit. ¶ Scripsit Apollinaris vir doctus et ingeniosus civitas versibus pro homeri po
emate hebraicam antiquitatem. et in alio opere imitatus est comedias
menandri fabulositate deducta. Euripidis quoque tragedias et liram
pindari secutus est et absolute dicendum. quia ex divinis scripturis ar
gumenta sumens omnes enticheas vel enclecticas lectiones tempore ac prae
composuit. nimis virtute moribus cum scriptione caracte et dispositione
grecorum valde pares. ¶ Scripsit et libros nobilem ad ipsum imperatorem sine
contra philosophos inquo tacitis sacre scripture testimoniis illos irrefraga
bili ratione desipere probavit et semetra sentire de deo. Hunc legens im
perator clarus tunc scripsit episcopis legi et reprehendi. Cui episcopi rescripserunt.
Et si legisti non agnovisti. Si enim agnovisses nequaquam reprehendisses.
¶ Basilii autem capadoceni creditur hec fuisse epistola. ¶ Clemens au-

theophilum imperator eo quod ei esset barba valde prolixa dicentibus an-
thiocenis. Tondeatur ut ad funes barba eius proficiat. Et quia thaurum
consueverat ymolare tauros. et aram suo formam precepit in solidis sculpe-
rentes ergo dicebant. iste taurus evertit mundum. et ut cum libanius
revocasset gravius afflixisse antiochenos. Adversus quos tres libros satis
urbanum scripsit. ¶ Ut autem etiam iudeos denuo animaret et armaret
in xpm templum ierosolimis eos instaurare precepit. Convenientibus quoque
quos de toto orbe commoverat plurima ministravit. iussit quoque presidem im-
piorum coactorem dignissimum preceptorum. ¶ Aiunt enim quod ad rep in-
gnu faciendum argenteos hamos et caphinos et scaphas habuerunt.
Cumque fodere iam cepissent statuta quidem die. hoc multitudo plurima
faciebat. Nocte vero spontanea terra de valle crescebat. Solutis itaque prioris
fundamenti reliquiis non omnia preparabant. Cumque gipsi et calcis multa
modiorum milia congregassent ventus magna ventorum repente respirans tem-
pestates atque procelle. subito fecit quicquid congregatum fuerat dispserunt.
¶ Adhuc autem insanientibus eis divina longanimitate correptis. maximus
primo terre motus factus est. et quibus quis non fuerat divinis misteriis imbu-
tus. vehementer attritus est. ¶ Cum vero hoc neque terrentur indicio ignis
de fundamentis que suffodiebantur egrediens plurimos fodientium concre-
mavit aliorum membra dissolvit. nocte plurimis in vicina porticu dormi-
entibus cadens subito cum tecto ipsa porticus dormientes oppressit. ¶ Al-
tera vero die in celo signum splendens crucis salutaris apparuit. Sed etiam in-
deorum vestes crucis signaculo sunt replete non signate cum splendente
colore sed nigro. Hec itaque dei rebelles considerantes. et divina contre-
miscentes flagella ad propria sunt reversi confitentes esse deum qui ab eorum
progenitoribus ligno ligno probatur appensus. ¶ Julianus tamen omnibus
non est avisus furor impii sed indurato corde precepit sacrificari. ut qui-
cumque palatium non intrarent. et neque collegio neque foro neque arbitrio
neque dignitate vel qualibet administratione participarent. Cum vero torque-
bantur xpiani aut spoliabant eis pacienciam indicebat. qui hanc galile-
us eorum compositor verbis legis et testimonio operis suos docuerit secta-
tores. Unde et multi xpianorum retrorsum abierunt aut strati metu
aut capti dolo. et invalescebat secta paganorum. ¶ Ut autem ad ydo-
latriam milites facilius assuescerent studuit ad pristinam formam reformare
illud signum sublimius romanorum quod constantinus in forma crucis mu-
taverat. Unde in publicis ymaginibus iovem quasi de celo sibi coronam de-
ferentem et purpuratum mercurium quoque et martem ipse respicientes velud

pro testimonio sapientis et fortis depingebat hoc agens in ymaginibus
ut sub occasione imperii latenter adorarentur dii et hoc modo subiecti clanculo
fallerentur. Quod inde sit capti facilius impleturum quod vellet. Si vero detrec-
tarent torquerentur tamquam imperii contemptores. ¶ Approbabat autem studia
christianorum. licet persequeretur fidem et gratia virtutum quo paganorum cor-
roboraret errorem apud galileos non vera memorabat esse sed ficta. De-
crevit ergo eis virtutes praeripi. et paganos christianis absque fide moribus
institutos philosophice voluit esse ficto cultores sicut Arsacio pontifici galatie
scripta ab eo in hunc modum docet epistola. Paganorum ritus nondum agere
studium intentionum nostrarum propter cultores eius in negligentia positos. Nam de-
orum claritas magnitudo atque sublimitas omni oratione atque spe maior
est. Sed propicii sunt nobis dii propter negligentiam quam habemus cum illorum pro-
videntia. In parvo tempore tanta mutatio facta sit quantam neque orare
primitus quisque presumpserat. ¶ Cum ergo credimus hoc posse sufficere
nequaquam respicimus. quemadmodum superstitionem christianorum auxit circa
peregrinos. et circa sepulturas et mortuos multa solatia. honesteque con-
versationis studia non vera sed ficta. Quas res arbitror apud nos debere
sublimitate geri. Non ita satis est te talem esse. sed omnes absolute circa
galatiam sacerdotes. Quos aut deprecare aut ratione flecte aut ter-
re festinent a sacerdotali ministerio remove nisi diis cum coniugibus et
filiis atque servis colla submiserint non ferentes ultimus eorum suos
aut filios hoc facere contempnentes. aut galileos impie contra deos age-
res et impietates pietatibus preponentes. ¶ Deinde cunctos admone ne
quis ad spectacula procedat neque in tabernis bibat aut vilibus arti operibus
quod turpibus aut impudentibus presit. Qui obediunt honorentur inobedien-
tes compelle. Xenodochia constitue per singulas civitates ut nostra peregrini
clementia fruantur. Non tantum nostros sed etiam ceteros pecunia indi-
gentes ut habeas unde fiat. ¶ Statim decrevi singulis annis xxx milia
tritici modios. per universam dari galatiam et sexaginta milia vini sex-
tarios. Horum quinta pars pauperibus templis observantibus debet con-
pendi. reliqua peregrinis indigentibus que distribui. Turpe namque est ut
iudeos non abiciant sed potius imitantur impii galilei. et suos propter. nec
non etiam nostros. nostri vero indigentium solatio deserant. Doce propter dare et
collationes facere paganos ad talia ministeria paganorum que vicos offerre pri-
micias frugum. Eosque huius modi beneficiis instrue docens eos hoc
opus olim fuisse nostrorum. Homerus enim hoc probat introducens eumeum
sic talia facientem. Nos ergo neque bona morum imitamur sed aliis remitti-
mus negligentia non confusi. magis autem deorum reverentiam respu-

entes Si igitur hoc te faciente ego cognouero leticia plenus ero. Presides
prouinciarum raro domi suscipe frequenter eis scripta transmitte ingredi
entibus eis ciuitatem sacerdotum nullus occurrat. Cumque ad templa ue
nerint deorum intra ianuas eos nemo precedat militum forte aut precede
ntium officiorum sed qui uoluerit subsequatur. Cum adipiscuntur templa preuenit
priuatus consistit. Tu enim sicut nosti initus es iudex hoc etiam tue sacre
sanctioni uidetur competere. Obedientes igitur pietate pii sunt reluctantes
uane glorie comprobantur. Quid enim proderit. aut quid mereatur a pesinuntiis
qui matrem deorum propiciam habere noluerunt. Dum ergo eam neglexerunt
non solum sine querela non erant. sed etiam ire indignacionis impetum
sustinuerunt. Neque enim fas est ut illi patiantur qui deos habent inimicos
Suade significans eis ut si mea uolunt frui tuitione omnes matri deorum stu
deant offerre culturam. Hec scripsit quidem et ad similitudinem ecclesie demo
num templa constituit. et instituit ministros in diuersis gradibus adin
star clericorum ut sicut qui rectores docent cultum pro fide et penitentes post
culpam secundum tradicionem christianorum correctione mediocri reformarent. Ni
chil autem quod a paganis committeretur in christianos enorme uidebatur. Adeo qui
dem ut nec seuire in mortuos inhumanum aut crudele paganis uideretur.
Unde in ciuitate sebastea iohannis baptiste sepulcrum aperuerunt. igneque tradi
derunt ossa necnon ac puluerem disperserunt. Sed uel capita flagitiorum eius
uel similium que passim in orbe ad istius ceadem gesta sunt. nolumus enarra
re multis quippe magnisque uoluminibus tanta egebit materia. Nos progre
diamur ad finem quem christus galileus uirginis filius impio persecutori suo
ad consolationem ecclesie sue. et ad gloriam. maiestatis qua patri coequalis et
consubstancialis est potenter inflixit. Porrigens ergo se ad persicam
expedicionem promouere iussit delphos. et delum atque dodonem consulens
an expediret ad bella procedere. Uates itaque unusquisque uictoriam promittebat
Unum inter cetera annectam responso. quod pro exemplo mendacii ac seductionis
inserere non pigebit. Est autem huiusmodi Nunc omnes aggredimur dei uic
torie trophea referentes circa flumen therem horum ergo dux ero bellige
rator mars. Quibus ergo plurimum in sacrorum principem. et deum uaticin
iis credidit uim et mentem carminis huius interpretetur. Quo in usque ani
matus commodam sibi uictoriam compromittens etiam galileos delere putabat
Apollinis tamen ut oportuit nullis apostata contemptus est. In anthio
chia namque uir quidam optimus pedagogus adolescentium habitabat erat
quippe illic famosissimus sophista. libanius expectans uictoriam iuliani hominis contra
populus minas eius dixit ergo ueram deridendo religionem Quid faber fi
lius quid putas agit At pedagogus completus gratia dixit Mundi fa

phylsta creator omnium quem tu fabri filium nominasti. loculum sepul
ture iuliano componit Post paucos dies mors nunciatur iuliani et in lo
cello aductus est innumeris quoque timor euacuatus ¶ Eodem quoque tempore vir
religiosissimus iulianus cognomento saba subite hilaritatis causam a mi
nistris interrogatus respondit ferus sacre vinee deuastator penas co
actus est vastacionis sue iacet quoque mortuus terroribus minisque frustra
tus ¶ Hic comprimendus est ordo quo decessit impius persecutor Cum ergo
tam tunc quam hostes bello persicos laboribus. et fame multiplicat vehemen
tius afflixisset veniens thesifontem incautum obsedit regem ut crebris
legationibus ei offerret partem regni dum solutus bello discederet Sed
imperator contemptor sit elatus nec attendens quia vincere quidem bonum est su
peruincere nimis inuidiosum Confidebat enim magicis artibus et arbi
tratus secundum pitagoram opinionem animas diuersa corpora peragrare
se credebat possidere animam allexandri aut quod potius in alio corpore cet
alius allexander Ducebantur ergo romani de principe qui bellum fini
re volebat resistebant tamen instantibus persis. ita ut frequenter nunc hy
nunc illi verterentur in fugam ¶ Porro iulianus in equo residens exercitu
confortabat Incautus quidem spe felicitatis sue presumens Contiguo
iaculum repente delatum destruens per brachium in latus inmersum
est Eo hac ictu suscepit terminum vite Quis vero iustissimum intulit vul
nus hactenus ignoratur Quoniam alii quendam inuisibilem hoc intulisse fe
runt alii unum pastorem ysmahelitarum alii militem et itinere fatigatum Sed
siue homo siue angelus fuit. patet quod diuinis iussionibus ministrauit Aut
enim quia cum fuisset vulneratus mox manum compleuit sanguine
suo et in aerem proiecit dicens. Vicisti galilee vicisti et in eo ipso confessus
victoriam est et si blasphemus ¶ Defunctus est autem tercio anno
imperii sui vite tricesimo primo nimium tamen. vixisse visus est bonis
qui non modo in ecclesiis. sed etiam in theatris predicabat victoriam galilei
Unus enim clamabant Maxime fatue ubi sunt vaticinia tua Vicit deus
et christus eius ¶ Defuncto impio inuenta sunt in templis simulachri
stupenda principis et mira insignia sapiencie sue conclamante et famo
sissime pictoris Nam in carris apud templo quod usque ad reditum suum
clausum esse preceperat inuenta est mulier a capillis appensa manibus
et extensis huius apud uterum incisum secure euentum belli persici fuerat
speculatus ¶ In anthiochia quoque archas in palacio plurimas humanis
capitibus plenas inuenerunt et demersa puteis in unum corpora mor
tuorum ¶ Prodigiosa. et scelesta illius que nec imperatorem nec philosophum decu
erunt sed impium et magnum dei hostem et hominum turpitudinum lacius pandit
hystoria ad comprescendam et puniendam tyrannidis vallum gloriosissimo

martiris et regis eadmundi manum expertus est. Cum enim sua vi britan
nie insulam quam ex magna parte occupauit vastaret spoliaret et me
bra christi persecutionibus multis affligeret indictione census quem lingua
anglorum danageldum nominant prouinciam honerauit preter pos
sessiones memorati martiris conferre intendens. Supplicatum est ei
contempsit preces preces iterauit. Iussus a viro religioso fratre sub intimatione
inhibitum ne etiam christi domum martiris et liberam familiam eius tyrannus
indebita premeret seruitute. Sed impietas ad preces obsurduit minantur
ad prohibitionem comminas indixit et conuiciis et iniuriis afficiens humi
lem nuncium dei ultricem accelerauit manum flagellum prouocauit et pa
tientia dei contempta temeritate tetrus incurrit mortem. Nec mora in
militibus agens in castris solus sicut ipse confessus est cum telo vidit
adesse beatum eadmundum increpante eum durissime et tendente eum
ad mortem. Itaque tyrannus e uestigio expirauit. Et ab ea quidem die insula
graues tyrannos sensit. Ecclesia beati eadmundi a prefata indictione fisci
mansit immunis. Nemo enim corpus martyris ausus est probare. Aut in
eius menda ecclesia eius periculum facere sui. Nostris tamen temporibus eu
stachius filius stephani qui in ecclesiam dei fenire decreuerat cum omnia
de viribus desperatus esset et terram beati eadmundi. tunc omnes predones
detulerant uideret opulenta sibique non esset conspicuus opibus regni
unde semel et secundo militibus eam prederunt iam enim defecerant
donatiua. Predia iam dicte ecclesie depopulatus est. nondum tamen diges
serat cibum quem de facultatibus loci acceperat ipsa qua die antequam se do
mui sue reciperet que nimis vicina erat tractus est mortis manum et
letali percussus morbo die tertia octaua velut cessit et vita. Quid
moror in paucis. Ubi sunt ut de domesticis loquar Gaufridus Agilo
Ranulfus Alanus Symon Gillebertus non tam comites regni quam
hostes publici. Ubi Willelmus sareburiensis ubi Marius qui impellente beata
virgine incidit infamiam quam parabat. Ubi alii quorum ut nomina con
ficiant libro. Horum utique malicia insignis est infamia celebris infelix
exitus. et que prius etas ignorare non potest. Si ergo quis antiquas
nescit hystorias. si ignorat quomodo tiranis tunc reges terga prebebant
a regina scitarum tamirii prostratus est si casus et propria prudentiam no
verolit tirannorum uel ea que acculis ingesserunt mentis attendat et luce
clarius intuebitur omnes tyrannos miseros esse. De gedeone qui for

Quid itaque sibi velint qui ma persidenciam et antiocho captiu
rem publicam. l. populum dei indebito seruitutis iugo in(itunt)

opprimere non video nisi forte ea de causa potentiam affectant ut tormen-
ta inferre potentes ferant. Si enim regem tantum affectent non dubi-
orius officii merentes. nequaquam tanta urerent aviditate. Voluntas
enim regentis de lege dei pendet et non preiudicat libertati. At tyra-
ni voluntas concupiscentie servit. et legi reluctans. que libertatem fovet
conservis iugum servitutis conatur imponere. ¶ Docet hoc scriptura cui
contraire non licet. Dixerunt omnes viri israhel ad gedeon. Domina-
re tu et filius tuus et filius filii tui quia liberasti nos de manu ma-
dian. Quibus ille ait. Non dominabor vestri nec dominabitur in vos filius meus
sed dominabitur dominus. Dixit quoque ad eos. Unam petitionem postulo a vobis. date
michi inaures ex preda vestra. Video michi in hiis luce facile quod dixe-
ram intueri. Nam gedeon qui interpretatur circuiens in utile vel temp-
tatio iniquitatis corporum nomine et ubique videtur principis officium indi-
care. ¶ Cuius enim est circuire inutilia. et ea vel delere vel renovare
ad frugem et quod iniquum deprehendit excludere a finibus suis ut feli-
ci adversus hostes procedat victoria. Defertur ei honor domini et recusat
legi tamen subicit quos dudum servitutis absolvit. Patri filiorum suc-
cessivus defertur honor at ille deum maluit honorari. ¶ Quis cor-
poribus et cruoribus ut filios possint. non tam honoris quam rapine
et iniquitatis habent heredes. Quis est enim qui legem dei et iustitiam
eius que in sola caritate consistit filiis anteponat. Qui amat inquit
plus patrem aut matrem aut filios. plusquam me non est me dignus
et profecto qui iniustitiam Christo preponunt. quis iniustitiis titulus iniustitie
ut eorum perpetuatur gloria apud quos postpositus aliis Christus manet
inglorius. ¶ Ergo casum timeat princeps qui liberorum aut carnis motus
affectu. honorem domini minuit. immemor caritatis. ¶ Sed nemo est qui
in deum se fateatur insurgere insurgunt tamen plurimi. et iam ista pa-
lam fiunt. Intraverat antiochus sanctificationem cum superbia et hoc quidem
faciunt multi. Ozias quem tot irrefragabiles iustum in multis fuisse
commemorant aut mortuo zacharia sacerdote cui cognomine fuit intelligens
ordinem sacerdotalem non tam pie quam audacter invasit. et reclaman-
tibus levitis. Nonne tu es ozias rex. et non sacerdos audire contemp-
sit. Statim quoque lepra partem illam corporis eius invasit quam sacerdos
ex lege auri tegebat lamina ut iuxta imprecationem prophetiarum facies
eius ignominia repleretur. ¶ Rex quidem notus est et ex Iudeis regibus
et eo maxime quod anno mortis eius natus est romulus. a quo gens
est romanorum. ¶ Imitantur plurimi oziam sacerdotalia presumentes. sed lepram
eius parvissimi erubescunt. Plures tamen sectantur antiochum qui non

cum devotione ut offerat more sacerdotis sancta ingreditur sed ut deleat
si quid est in templo domini sanctum. Cum enim antiochus desolationis et ab
hominationis idolum fabricasset libros legis dei combussit igni et scidit
eos et apud quemcumque inveniebantur libri testamenti domini. et quicumque obser
vabant legem dei secundum edictum regis antiochi trucidabat eum. Vidi
temporibus meis non nullos sacerdotali se ingerentes officio. et hymnos
temerarie supponentes ut archam prorsus abicerent levitarum. loci im
memores. qui in perpetuum diem dicitur ore prophetisse. Alios vidi qui libros le
gis deputant igni nec studere verentur si in manus eorum inciderint
aut tineae. Tempore regis stephani a regno iussae sunt leges romanae quas
in britanniam domus venerabilis patris theobaldi. britanniarum primatis asciverat.
Ne quis etiam libros retineret edicto regio prohibitum est. et vacario nostro
indictum silentium. sed deo faciente eo magis virtus legis invaluit. quo eam
amplius nitebatur impietas infirmare. Plus autem nitat militibus
regnare affectantium esse nulli similis gedeoni. Aut quis legem silio (?) ...
duarum et populo. Omnibus tamen unum illud debet sufficere quod gedeon a sub
ditis petiit. id est si solas inaures sibi conferant in auribus. Si enim quae lex
loquitur iudicare curavit et ei obediens populus adquiescat ut non sit ini
quitatis et contradictionis in civitate et populo tamen quod est debet praesto sufficere prae
sidenti. Consilio bruti utendum esse adversus eos qui pro summo ponti
ficatu non modo certant sed scismatice dimicant et quod tyrannus nichil

Sed esto ut hiis liceat qui carnales sunt contendere de primatu. quietum
manum meis ecclesiasticis hoc usquequaque arbitror esse illicitum. Carna
lium tamen exemplo sub ymagine religionis obrepsit impietas. et iam non
modo contenditur pro sacerdotio sed pugnatur. Antiquitus quondam trahebantur
inviti presules ad martirium. primas cathedras carcere premens. et cruce fugiebat.
Contra palam iam loquuntur sacerdotes et precibus nullo dicunt. No
lumus inquiunt martires esse. sed sedium nostrarum gloriam non damus alii. Mi
sera quidem et miserabilis nostri more sacerdotis qui christum sic agnoscit
ut se nolle sequi palam confiteatur. Dubitari poterit an verus moriatur
confessor qui persecutorem si opus fuerit non expectat. Aut enim cypri
anus eius si timet actum est de eo. Si liceat timere non stare in neces
sitate illicitum est effugitivus inutilis infamis est. Est tamen in quo
videntur constantiam martirum imitari. pro cathedra. sed fuit detestandum
fertur a quibusdam et verum est. quod super romano pontificatu ab ambitiosis
quibusque nimis saepe litigatum et non sine sanguine fuso sancta sanctorum ingres
sus sit pontifex. Concitata sunt iterum bella plusquam civilia et caesarem
et pompeium. et quae fuerunt philippis leucade mutinae in egypto hyspania
ve perscriptum est quantum impie gestum pugna sacerdotalis absolvit. Num
quid christiani sanguinis precium effusionem. ut eis pro sacerdotis liceat pro virgine

quod pastoris est animas ponere. Unguiculum etiam dirumpunt prophanant sancta
ut sit quod edificari et sanctificari oporteat. ¶ Concutiunt populos regna
sollicitant ecclesiarum diripiunt facultates forte ut sibi faciant materiam pro-
merendi ut componant omnia ut pauperibus impendi et providendi aliis con-
venientibus necessitate precipiant. Sed cum ut plura sibi impune. si ut pe-
cuniam congregent si ut carnem et sanguinem foveant latent et corrumpant
ut si familiam nobilitent si denique ut gloriam suam querant. videro diuantes
non forma facti gregis ex animo licet labiis et simulatione officii pastorem
induant tyrannis quorum plurimis facilius accedunt ¶ Dicunt physici et verum arbi-
tror. nichil in rebus humanis utilius homine et in ipsis hominibus principe etiam
tyrannus prelatus aut ecclesiasticus mundano nemo utilior. E diverso nichil homine perniciosius homine. et inter
prelatos ecclesiasticus perniciosior est. Sed profecto utriusque generis
prelatum ecclesiasticus antecedit. Sal enim infatuatum ad nichil ammodo valet
nisi ut proiciatur foras et conculcetur ab hominibus. Porro usque adeo solus
servitium mortem quam timere. amicum nescit amor pervenit districtione nullo amicus
se leges iustissima verum tamen monstris opes ¶ Ergo dum datur virtutis
integritas scinditur sinceritas corrumpatur maculetur et sanctitas. mundi nam
inditum celebretur et princeps eius qui in passione Christi eiectus est vadiens
scandala spargit ut letus sit qui non capitur tendiculis eius. Tanto ne
honorum proventu scelerum querunt uter imperet orbi. Vix tanti fue-
rat civilia bella movere ut venter. Verissimam eminendi viam docuit Christus
qui discipulos suos regibus gentium noluit conformari ut dominentur
in subditis et qui potestatem exercent. benefici dicantur. sed qui maior est ipse
se minoretur et solum preceteris vite quiete viribus et contentione
remota. sibi vendicet officium ministrandi. At isti aliam pretulerunt a Christo
deviantes ex adverso fiunt et ministrandi humilitate reiecta. appetunt pre regibus
gentium dominari. Nec dubium quin frigescente primo extincta caritate
sedem suam et ipsi ponant ad aquilonem. Sed quid productos adire patres
Utinam secuti essent qui ea viderunt tempora consilium Bruti. a quo cum i
nuncte bello civili Catonis audit auctoritas ¶ Decernat enim manus
suas ab armis continere et civilibus quibus quanto quisque liberius et
fortius se immiscetur. tanto iniquior et in maior est. Ait ergo Nunc neque
Pompeii Brutum nec Cesaris hostem post bellum victoris habes. Si ergo
sapiant hii pro quorum dono scismatica litigant eos solos cum eorum placant
alterutrum metuant opem ferre Martis quis victor futurus sit teneatque quieta
ta. quoniam gerimus vincam victis in vincat nulla manus belli mutato in
dice pura est. Nam et victrix causa deo placuit sed victa Cathoni. Gaude-
at planc mundus cum alter solus vicerit sed suspensum letetur gaudio si

vicerit uterque uel neuter ¶ Commeniant ergo si placet in insula licaonia aut alio si quis tamen locus belis sine duellis est aptior · nam anti
qui teste quintiliano bellos dicebant quos modo duelles appellamus · et sine
orbis et urbis periculo uincat alter duellorum quem deus salus approbauit
aut uictorem esse permiserit · Victus quoque si id uictori placeat demergatur
inutilium aut si tum eo mitius agendum uidetur retrudatur intraneam
Cum tu abbas loci claustrum uno tantum aperuerit protestetur se non illud ei
qui dampnatur permisse sed victo Ei quidem nulla fides umquam miseros elegit
amicos Qui non vicerit · i · qui violentior fuit in leporem · aliam ne insu
lam compulsus pretenus deportetur ad marmora secanda · aut ad metella dampnetur
factionis cuius scismatis · quos insimulat equat · in qua plerumque qui
fortior, primo ferocior idem et iniquior est Quid periculosius aut adibilius
bello ciuili Nichil plane preter rabiem scismaticorum aut hereticorum
pestem Quorum utrum periculosius sit non facile dixerim · si tamen in hys
numerus est ut alterum recte segregetur ab altero ¶ Cessabunt plane
bella ciuilia si presumptioni desit temeritatis adiutor Nec est qui co[illegible]
possit urgere ad furorem · nisi eos aliquatenus ipsa delectet insania Utique
necitas confinendi · aut nulla omnino · aut ut multum ymaginaria est hoc
quoque per multis maximisque periculis patet quorum nemo satis declinat euen
tum nisi preueniat facultate Inuenit hoc poeta grauissimus aut si iuxta
quintilianum · uerius dicere maluerit oratore · non repugno dum constet per
tacenda esse etiam que possunt euenire pericula et uniuersitate ab uno quo
libet cogi non posse ut scelere obsequatur inuita Ait enim hic quinus ullo
maculatus sanguine miles que potuit fecisse timet Quid pectora pulsas
Quid uesane gemis Quid fletus fundis inanes Nec te sponte tua scele
ri parere fateris Usque adeo ne times · quem tu facis esse timendum Clas
sica det bello diuos tu neglige cantus Signa ferat cessa Jam iam ciui
lis conuidet animus et cesar generum priuatus amabit Sic sic si ecclesia di
cirgatur si spes libertatem si misterium sceleris subire detractat aut omni
no scismata sepiuntur aut compage unitatis soli inter se scismatici dimi
cabunt ¶ Auterum contineat ecclesia manus suas · qui gladius petri qui
sanguinem carnali sitiebat affectu mandato domini ad prius tegitur in uagina
et discipuli eradicare zizania properantes preponuntur messores angelos exspec
tare Decet unitatis integritas ut in se colligat dissidentes lapis incisus
in quo fundatur ecclesia quem scismatici reprobant qui fecit utraque unum et
uestem suam in sortem fidelium quam secari Decet in quantum ne deficiat fides
et eam competens membris patheticas non diffidat conualeat et tirtitium
Decet pacem querat pacem · et persequatur etiam fugientem dicuntur

eius qui cum posset producere plus quam xii legiones angelorum exaltatus
manu arma adquisiuit Ipsa enim commercia adeo meruit exaltari ut
ad gloriam eius flectatur omne genu. Scismaticos nocentes attingunt. sed
compescentes istos nocentes faciunt bella sacerdotalia. Nunc stant ergo sta
tes a longe cum petro ut videant finem vel solam illud extremum. Si celo
lis furor arma dedisset aut si terrigene temptarent astra gigantes non ta
men auderet pietas humana uel armis uel uotis prodesse ioui hoc quidem
videtur esse seruandum in hys ubi quis iustius induat arma siue nephas
¶ Nam si hereticus scismaticus ue catholicus impugnat assistere ueritati pium
est et romano pontifici deuotissime famulari. Hic quidem cum innotuit
nam scismaticus se catholicum esse sepe mentitur. Quis enim presumet sum
mum iudicare pontificem. cuius causa dei solius reseruatur examini. Uti
que quisquis hoc attemptauerit laborare quidem. sed proficere nequaquam potest
Nec adiungens nomen pontificis arto habeatur hic pontifex cuiuscumque
canonica precessit electio. Ionas ut naufragium tolleret naufragium fe
cit maluit ipse solus. quam alios inuolui periculis suis nec tamen re
gende nauis curam susceperat. Salomon abeo maternum comprobat affectum
quod integrum meretricis calumpnie filium cedere maluit quam perire ¶ At
isti prelati malunt ecclesiam et scindi. quam honorem non usurpare et in
nocenti ecclesie non inferre calumpniam. Hec est inquit mater eius que ex di
lectione refugit sectionem. E contra hic iniquius est. qui ferro rimatur
uiscera matris ¶ Quot et quantos tumultus et strages dedit illa collisio
qua filius petri leonis aduersus innocentium bone memorie quantum pre
decessorem domini adriani cuius uitam et felicitatem in se in eum protendat
dominus donatus est ab aquilone ascendere Rome et stellarum partem
secum traxit ruina eius. Quis nescit egidium tusculanum. Quis petrum
pisanum. Cui nullus aut uix similis alter erat in curia. Quis recenseat
episcopos qui in tota fere ytalia corruerunt. Profecto dum ruine illius cota
lat etate nostra memoria incredibile est quemquam adeo miserere ambitiosum
esse. ut etiam scindi non formidet. Neminem ita stupidum esse credo qui non
malit sedeleri quam ut pro eo tanta fiat turbatio ¶ Si delictis nostris co
gentibus carnificum istorum quisquam ascendit sedem petri et adrianus
gubernaculum eius domino indignante accesserit plane naufragium non
inmerito faciet. tunc et petrus uocatus a domino ad ualidiorem fluctibus
animum cepit mergi. et nauis que dum habebat rectorem de salute desse
ret demet iopus dominicus piscalus exitus. Utique qui nunc ascendit ro
tatur infirmus et inferiume deicietur nec letus hinc exitus a que ma
lo sunt inchoata principio. Discordia enim seminarium iniquitatis. et destis

medicum est. Si quidem minima rerum discordia turbat pacem summa te
nent. Pheton in fabulis dum paternos currus affectat incendit orbem. et
tandem inspiratione dei. et ipse succensus corruit preceps currui disiecto. Tunc
ipse diem sine sole fecerunt. et dum flagrat etiam succensa scismate. vix potius vi
detur abesse. Ycarus quoque dum elatus iuuenili etate leuitate fertur
in equum marinus fluctibus mergitur. Deiectus enim est dum alleuaretur.
Subuersio siquidem impiorum. grauioris ruine preparacio est. Nunc autem eo iam
processum est ut quia ministerium patris sacrificandi officium in vicarios mittit et carnifici
um. Quorsum queso tanta insania. Numquid ad uitam sed eorum finis inte
ritus. An ad gloriam sed gloria eorum in confusione est. An ad uoluptatem. Ergo et
eorum deus uenter est. An ut nobilitentur in carne et sanguine. Sed caro et
sanguis regnum dei non possidebunt. Nam aduersus carnales non ego. sed
hec et grauiora hiis apostolica intonat tuba. Quorum inquit finis interitus. Quorum
deus uenter est. et gloria in confusione eorum qui terrena sapiunt. Si
ut suam compleant uoluntatem aliis dominantes. quia tyrannorum est eis nichil
minus prouenit. Tyrannis siquidem nichil tutum est aut quietum. Interro
ga damoclem. et se hoc a tyranno Sicilie didicisse fatebitur cum ei undi
que. incandescentes primas ruina imineret. ad summum iugum et quasi texentis
licio. dependens gladius inter regales delicias timeri illius similis fere
ti crucet. ¶ Hoc idem apud claudianum astruit theodosius. Ait enim. Qui
terret plus ipse timet. sors ista tyrannis. conueniunt inuideant claros fortes
que trucidant. Muniti gladiis uiuant septique uenenis ancipites habeant
artes trepidique minentur. Tu ciuem patremque geras tu consule cunctis.
Non tibi nec tua te moueant sed publica uota. Erubesce si dominus ait ma
re quia iam carnalis loquitur que uir spiritualis audire non potest. Si
enim audirent sacerdotes uocem hanc nequaquam per tela per hostes ruerent
ut primas in cathedras occuparent. Sed licet omnes summum pontificatus
apicem deferant quatinus salua religione licet fugiendum quam suscipiendum
arbitror sapienti. ¶ At enim pro conscientia uerum loquar illius laboriosis
sima. et quatinus ad statum presentis seculi pertinet. miserrima uidetur esse
condicio. Si enim auaritie sunt mors ei est. Qui aut non effugiet ma
nus et linguas romanorum. Nisi enim habeat unde obstruat ora eorum
manus que cohibeat ad comicia ad flagitia et sacrilegia proferenda aures
oculos claudet et animum. ¶ Vera quidem sunt que preteriis etiam prudenti
um animi iudicium subuertunt amor munerum acceptio personarum facilitas
credendi. Nam ad ista moueri. et iusticiam dispensare nullus homo potest.
Ergo et ab hiis minime romanum uidere est eo pontificem qui animum co

